Humanioribus litteris optime eruditus, patris consilio morem gerens, studiis disciplinae medicae incubuit in Universitate Caracarum, civitatis principis, in qua annos viginti quattuor natus doctoris gradum maxima laude consecutus est. Pro egregio merito ab ipso Reipublicae Venetiolanae Praeside ad perficiendam suam medicae artis peritiam Lutetiam Parisiorum missus est, unde post biennium in patriam

est reversus. Mox cathedram in Universitate Caracensi nactus, disciplinas speciales histologiae, psychologiae experimentalis ac bacteriologiae non solum discipulos docuit sed etiam sagaci investigatione non parum auxit, famam insignis magistri tum in patria tum extra patriam adeptus, libris etiam editis maxima laude ubique celebratus.

Nec docendo tantum sed et medici artem in aegrotorum iuvamen exercendo, Servus Dei apud cives nomen optimum sibi promeruit : nam non solum assiduis curis infirmorum corporibus medebatur, sed et animarum saluti christiana caritate consulebat, ita ut passim dictus sit artem suam quasi sacerdotium exercuisse. Pauperum vero curam nulla accepta pecunia suscipiebat, qua de causa *medici pauperum* nomine appellabatur. Ceterum a pecuniae possessione maxime abhorrebat, nihil illa periculosius esse dictitans pro christiana virtute. Quapropter eius artis emolumenta in caelestes thesauros manus deportaverunt pauperum.

Porro huiusmodi liberalitas ac terrestrium bonorum contemptus altius in Servi Dei animo velut in radice fundabatur : singularis nempe Dei amor et assiduum orationis studium, quibus, rebus caelestibus continenter intentus, quidquid divinae caritati contrarium esset, sedulo vitabat, solitus dicere se malle mortem obire quam Deum offendere. Divinae Eucharistiae amantissimus, pane caelesti summo mane, antequam proprii muneris officiis incumberet, reficiebatur; cultum vero in B. Mariam Virginem quotidiana Rosarii mariani recitatione fovebat.

Castitatem maxime coluit, sensus vigilanti cura custodiens ; qua virtute sodalibus medicis maximae erat admirationi.

Qui tamen, fama licet viri doctissimi et virtutum fulgore omnibus praeeminens, sincera humilitate omnem honorem ad Deum referebat a *quo omne datum optimum et omne donum perfectum* descendere noverat.

Fidem catholicam non solum exemplo vitae suae promovit, sed et verbo et scripto, omni humano timore seposito, invicte profitebatur, et quidem in talibus convictus socialis adiunctis, imprimis inter cultores scientiae medicae, materialismi et agnosticismi erroribus tunc temporis plurimum indulgentes, ut vel hoc solo nomine ipse quasi exemplum viri vere catholici sit praedicandus.

Hanc tamen assiduam christianae virtutis exercitionem minime sibi satis esse arbitratus, perfectioris vitae rationem amplecti bis conatus est. Anno 1908, iam annos natus quadraginta quattuor et fama viri doctissimi ubique gaudens, saecularibus rebus valedicens, inter

Cartusienses religiosos in asceterio *Farneta*, iuxta Lucam in Italia, ut humilis novitius solitariam vitam aggressus est; a qua tamen, post menses octo, ob infirmam valetudinem, discedere coactus est.

In civitatem Caracensem reversus et cathedram Facultatis medicae denuo conscendens, post annos quinque, scil. anno 1913, Collegium Pium Latinum in Urbe pro sacerdotio capessendo petiit, sed paulo post, pulmonum morbo affectus, ab incepto invitus destitit.

Post reditum in patriam, aegrotis curandis incensiore caritate, iis imprimis qui hispanica lue affecti erant, non sine propriae salutis discrimine se dedidit, donec die 29 Iunii a. 1919, cum ad puerum infirmum se conferret, in publica via derepente autocineto perculsus, sacramentis Ecclesiae tempestive receptis, animam Christo Salvatori reddidit.

Servi Dei funebria, plurimis adstantibus ecclesiasticis viris et civilis potestatis proceribus ac frequentis populi concursu, celebrata sunt.

Fama viri sancti pro eximia omnium christianarum virtutum exercitione adhuc vivens gavisus est. Quae sanctitatis fama post eius obitum immensum crevit, plurimis continuo ex tota Venetiolana dicione ad eius sepulcrum confluentibus, sive ad gratias a Deo eius intercessione impetrandas, sive ob precationum suarum exauditionem ad gratias Deo agendas.

Hinc factum est ut plurimi huius insignis Dei Servi glorificationem ab Ecclesia efflagitarent, missis etiam ad Sanctam Sedem Litteris Postulatoriis, quas episcopi Reipublicae Venetiolanae omnes etiam una simul ad Summum Pontificem dederunt. Quare processus informativus super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere apud archiepiscopalem Curiam Caracensem aa. 1957-1958 celebratus est, cui accessit anno 1961 processus additionalis, necnon processus rogatorialis a. 1957 in Curia episcopali S. Christophori in Venetiola instructus, quorum acta ad S. Rituum Congregationem delata sunt. Servatis itaque omnibus de iure servandis, eadem S. Congregatio Rituum, scriptis Servi Dei perpensis, ad ulteriora procedi posse edixit die 2 Aprilis anno 1964.

Hinc, instante Rev. Domino Marcello Venturi, Causae huius legitimo postulatore, habitus est die 25 mensis Ianuarii a. 1972 Congressus Peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum, quem secuta est Congregatio Peculiaris Patrum Cardinalium die 11 Aprilis eodem anno, in qua Em.mus ac Rev.mus Cardinalis Carolus Confalonieri, Causae Ponens seu Relator, dubium discutiendum proposuit: *An introducenda*

sit Causa beatificationis, in casu et ad effectum de quo agitur, deque ea rettulit. Et Patres Cardinales, omnibus mature deliberatis, affirmando responderunt de introducenda Causa, si Summo Pontifici placuisset.

Quibus de rebus facta demum Summo Pontifici per subscriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacrae Congregationis ratam habuit et approbavit, die 4 mensis Maii anno 1972.

PAULUS Card. BBRTOLI, *Praefectus*

L. ^ S.

£3 F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

II

NEAPOLITANA

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Christinae ab Immaculata (in saec. Adelaidis Brando) fundatricis Congregationis Sororum Victimarum expiatricum a Sacramentato Iesu.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit

Ex augustissimo Eucharistiae mysterio, « ut ex fonte, gratia in nos derivatur et maxima cum efficacia obtinetur illa in Christo hominum sanctificatio et Dei glorificatio, ad quam, uti ad finem, omnia alia Ecclesiae opera contendunt » (Const. *Sacrosanctum Concilium,* n. 10).

Quam efficax validumque incitamentum sit hoc ((immensae divinae caritatis memoriale perpetuum » *(postcomm.* olim d. 28 apr.), tum ad caritatis perfectionem erga Deum assequendam, tum etiam ad apostolatus fraternaeque caritatis opera inter christianum populum exercenda, plurium Servorum Dei exemplum, qui eximia virtutum laude praeclarisque factis Ecclesiam exornarunt, luculenter demonstrat. Quorum numero accensenda esse videtur humilis at fervens Dei Famula, quae recenti aetate in Neapolitana floruit Ecclesia : Maria Christina ab Immaculata, Fundatrix Congregationis Sororum Victimarum Expiatricum a Iesu in Ss.mo Sacramento praesenti.

Soror Maria Christina Neapoli, parentibus Ioanne Iosepho Brando et Maria Concepta Brando, die 1 Maii 1856 nata est, in baptismo, quo

ipso terreni ortus die ad gratiam filiorum Dei regenerata est, Adelaidis indito nomine. Infantula quinque vix dierum matre orbata, sed sedulis curis in paterna domo nutrita, pie religioseque educata est. Singularem ad divina propensionem a teneris inde annis ostendit, cuius rei argumentum est quod, duodecimum aetatis annum vix assecuta, virginitatis voto sese Deo obstrinxit. Eodem tempore de amplectendo religioso Instituto cogitabat, eo praesertim consilio ut divinam Eucharistiam propensius veneraretur hominumque offensas, protractis moris, reparare posset.

Itaque a. 1871, variis superatis impedimentis, Neapolitanum S. Francisci monasterium Olarissarum, quas Florentinas vocabant (Via Arco Mirelli), ingressa est : a quo tamen haud ita post, adversa obsistente valetudine, semel atque iterum abscedere debuit. Nec meliorem exitum sortita est cum, paucis post annis, die 11 Aprilis 1875, ad Sorores, quas Perpetuas Adoratrices Iesu in Ss. Sacramento praesentis vocant, convolavit : nam, biennio religiosae vitae vix exacto, gravi iterum praepedita morbo, ad saeculum redire cogitur.

Nec tamen iteratae eiusmodi religiosae vitae experientiae vacuae aut inutiles eidem Dei Famulae exstitisse dicendae sunt. Ex tunc enim mature cogitare coepit de religiosa condenda Sororum Congregatione, quarum id potissimum esset — quod ipsa inter Sorores « Sacramentinas » assequi non potuerat — sanctissimae Eucharistiae venerationem quam impense promovere, necnon divini Amoris offensas piacularibus actibus assidue reparare.

In hunc finem initiale experimentum cum aliquibus sodalibus in oppido v. d. *Torre del Greco* primum, deinde in paterno domicilio vel privata quadam Neapolitanae urbis domo, permissu dumtaxat Ordinarii loci, aggressa est, perpetuae Eucharistiae adorationi puellarum humilioris condicionis curam adiungere satagens. Tandem a. 1884, in Casauriae oppidum se recipiens, novae religiosae Congregationis, ad duplicem praedictum finem sollerter persequendum, canonica fundamenta iecit, cuius adprobationem ab Ordinario Neapolitano primum, deinde a. 1903 a Sede Apostolica, sub titulo Sororum Victimarum Expiatricum a Sacramentato Iesu, impetravit.

Institutum a se conditum ipsa Famula Dei religiosis domibus necnon apostolicis operibus auxit, atque ad diem usque 20 Ianuarii 1906 sapienter gubernavit, quo nempe, brevi morbo patienter tolerato, fere quinquagenaria migravit ad Dominum.

Inter praeclaras vero virtutes, quibus Famula Dei ornari visa est,

fervens praeprimis eluxit pietas erga augustissimum Eucharistiae mysterium, una cum sincero mortificationis et reparationis spiritu, necnon operosa erga proximum caritas, in pauperioribus praesertim puellis adiuvandis religioseque instituendis.

Quod quidem egregium exemplum, si pleniore resplendeat luce, validum providumque videtur exstiturum incitamentum tum ad Eucharistici mysterii venerationem et piacularis amoris flammam erga divinam altaris Victimam in fidelium cordibus ferventius alendam, tum ad actuosam in pauperes caritatem, in quibus Ecclesia «imaginem Fundatoris sui pauperis... agnoscit» (Const. *Lumen Gentium*, n. 8), impensius fovendam.

Servae Dei obitum sanctitatis fama est subsecuta magis in dies, tum intra tum extra religiosi, quod ipsa condiderat, Instituti saepta, eamque supernis signis Deus visus est confirmare. Quapropter factum est ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta sit. Instructus est itaque auctoritate ordinaria in Curia Neapolitana annis 1927-1941 processus informativus super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere Romamque transmissus. Plures interim ad Summum Pontificem pervenerunt litterae Cardinalium, Archiepiscoporum et Episcoporum, Religiosorum necnon Laicorum introductionem Causae apud Apostolicam Sedem petentium.

Servato iuris ordine, die 1 mensis Martii a. 1955 decretum prodiit S. Rituum Congregationis quo edixit ex parte scriptorum Servae Dei nihil obstare quominus ad ulteriora procederetur. Hinc, instante Rev. Domino Petro Naruszewicz, Causae legitimo Postulatore, habitus est die 22 mensis Decembris anno 1971 Congressus Peculiaris huius pro Causis Sanctorum Congregationis, in quo Quiciales Praelati Patresque Consultores Causam esse introducendam, si Summo Pontifici placuisset, affirmaverunt. Quod responsum Patres Cardinales sua sententia sanxerunt in Congregatione Peculiari diei 11 Aprilis anni 1972, relatore Pericle Cardinali Felici.

Referente denique de praemissis omnibus infrascripto Cardinali, Paulus Papa VI eam sententiam ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 4 mensis Maii a. D. 1972.

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

L. m S.

✠ F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

III
MAIORICENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Caietanae Albertae Giménez fundatricis Congregationis Sororum a puritate B. M. Virginis.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit

Inter egregias mulieres, quae altera saeculi xix parte Ecclesiam Sanctam pietate navitateque sacra illustraverunt, numeratur Serva Dei Oaietana Alberta Giménez. Femina fortis, at teneris simul sensibus, experimento variorum ditata vitae generum, eo tempore et loco vixit quo socialis condicio mulierum funditus mutari coepta est atque converti. Verum, ubi ex rerum ipsa perturbatione aliarum pietas naufragium fecit, Serva Dei vitam in Christo per sequebatur, ut clara eius virtutum existimatio ac fama non solum per totam insulam Maioricam, sed etiam omnem Hispaniae ac paeninsulam diffonderentur.

In oppido Pollentiae nata insulae Maioricae die 6 Augusti anno 1837, postridie Christo Domino et Ecclesiae in fonte salutaris lavacri renata est. A piis parentibus Alberto et Apollonia optime instituta est et proinde iam puella manifesta pietatis signa prae se tulit. Postquam Barcinone cum parentibus consedit, diploma ludi magistrae obtinuit. Die autem 7 mensis Aprilis anni 1860 pientissimo viro Francisco Civera nupsit, qui et ipse magister litterarum erat; sic coniux uterque educationi puerorum in scholis operam dabat.

Mox tamen domui Servae Dei caligo maeroris offusa est. Primum enim tres ex quattuor liberis tenerrima aetate mortui sunt; deinde anno 1869, nono nempe a matrimonio inito, vir quoque eius vita excessit, eamque viduam et filium duos annos natum divinae Providentiae commendavit. Caietana vero, quae tunc trigesimum tertium annum agebat, impensius precationi et operi se dedebat; immo iam ad vitam religiosam amplectendam inclinabat, cum se plenius Deo consecrare cuperet. Attamen filii aetatula eam ne ingrederetur ordinem vel congregationem religiosam impediebat. Sed cum episcopus Maioricensis ab ipsa petivisset, ut celebrem scholam puellarum a Puritate appellatam regeret, utpote quae tunc in magno discrimine versaretur,

Serva Dei proprium et perpetuum vitae munus gradatim reperiebat, dum onus renovationis huius scholae in se recipiebat.

Eius pietate permotae et operibus allectae, aliae similiter piae feminae cum ea sese consociaverunt, quibuscum ipsa anno 1874 fundamenta Congregationis Religiosarum a Puritate iecit, vita communi rite instructa et habitu religioso induto. Die 14 Septembris anni 1878 perpetua nuncupavit vota.

Ab eo autem tempore vires omnes et studia in Congregatione firmanda ac dilatanda necnon in ministerio educationis christianae explendo magnanima locavit et fixit. Decem itaque Congregationis domus cum scholis inaedificatis condidit, ubi spiritum religiosum et apostolicum Sororibus instillavit. Inde factum est ut anno 1892 episcopus Maioricensis Constitutiones Congregationis approbaret ipsamque Servam Dei Moderatricem supremam destinaret, anno vero 1901 Leo XIII *decretum laudis* Congregationis ederet. Serva Dei munus et officium Antistitae Generalis viginti quattuor annos magno cum Sororum plausu obiit ad annum usque 1916, cum gravitate valetudinis et aetate confecta deposuit illud. Quod ad ministerium educationis christianae attinet, ita eo exercendo de Ecclesia et patria bene merita est, ut scholae ad instituendas magistras Consilium Ministrorum Hispaniae eam praefecerit et anno 1912 Gubernium ipsum cruce regis Alphonsi XII cohonestaverit. Postremis denique sex annis precatione, silentio et religiosa observantia ad mortem se paravit, quam placide et sedate die 21 Decembris 1922 occubuit octogesimum septimum annum agens.

Percrebrescente virtutum eius laudatione, qua etiam viva circumdata erat, Processus Ordinarii super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in universum, super scriptis et super cultu liturgico eidem Servae Dei non adhibito, annis 1960-1963 in Curia Maioricensi constituti sunt, ad quos accessit Processus Rogatorialis in Curia Caesaraugustana anno 1962 instructus. Quae inquisitiones canonicae ad Sacram Rituum Congregationem una cum Litteris Postulatoriis delatae sunt. Sacra vero eadem Congregatio, scriptis Servae Dei diligenter examinatis, ut ad ulteriora procedi posset die 15 mensis Iulii anni 1965 permisit.

Instante denique Rev. P. Theodoro Zamalloa, huius Causae Postulatore, habitus est die 16 Maii a. 1972 Congressus Peculiaris Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, quem secuta est Congregatio Peculiaris diei 11 Iulii eodem anno, in qua E.mus Cardinalis Arturus

Araoz Tabera, huius Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit : *An introducenda sit causa beatificationis, in casu et ad effectum de quo agitur,* et de ea rettulit. Patres autem Cardinales, omnibus mature perpensis, suffragium tulerunt affirmativum, nempe causam introducendam esse, si Summo Pontifici placuisset.

Quibus de rebus facta relatione Summo Pontifici Paulo VI per infrascriptum Cardinalem, die 7 Octobris 1972, Sanctitas Sua sententiam Patrum Cardinalium ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 7 Octobris a. D. 1972.

PAULUS Card. BBRTOLI, *Praefectus*

L. © S.

£ß F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

TRIBUNAL VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

CALARITANA SEU ROMANA

Nullitatis matrimonii (De Sole-North)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Heather Susannae North, in causa de qua supra conventae, eandem citamus ad comparendum coram Tribunali Appellationis Vicariatus Urbis (Piazza S. Giovanni in Laterano 6, Roma), aut per se, aut per procuratorem legitime constitutum, in diem 8 martii 1973, hora 12, pro concordatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, fideles quicumque notitiam habentes actualis commorationis praedictae dominae Heather Susannae North, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur.*

Philippus Giannini, *V. Officialis*

Ex Aedibus Tribunalis Vicariatus Urbis, die 4 mensis Ianuarii a. 1973.

Franciscus Maggi, *V. Cancellarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Heather Suzanne North, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal du Vicariat de Rome (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma) le 8 mars 1973, à 12 heures, pour concorder le doute ci-dessous rapporté:

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Heather Suzanne North, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA COMMISSIONUM

PONTIFICIA COMMISSIO DECRETIS CONCILII VATICANI II INTERPRETANDIS

Responsum ad propositum dubium
(de iure accusandi matrimonium)

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis, proposito in plenario coetu quod sequitur dubio, respondendum esse censuerunt ut infra :

D. - Utrum, attentis decretis Concilii Oecumenici Vaticani II, atque prae oculis habitis Constitutione Apostolica *Regimini Ecclesiae Universae,* diei 15 augusti 1967, et Litteris Apostolicis *Causas Matrimoniales,* diei 28 martii 1971, vigeat adhuc responsum S.S.C.S. Ofiicii diei 27 ianuarii 1928, et art. 35, § 3 Instructionis S. Congregationis de disciplina Sacramentorum *Provida Mater,* diei 15 augusti 1936, vi cuius acatholici, sive baptizati sive non baptizati, actoris partes agere in causis matrimonialibus nequeunt, nisi de licentia S. Congregationis pro Doctrina Fidei, singulis in casibus impetranda.

R. - *Negative,* seu amplius non vigere.

Ss.mus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 8 ianuarii 1973 infrascripto impertita supradictam decisionem ratam habuit, adprobavit et publicari iussit.

PERICLE Card. FELICI, *Praeses*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato, 13 Gennaio 1973, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il signor ATO ABATE AGEDE, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Etiopia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Il Santo Padre Paolo VI ha istituito un Comitato per la Famiglia, con l'incarico di studiare i problemi spirituali, morali e sociali della famiglia, in una visione pastorale.

Del nuovo organismo, cui è stato fissato un primo periodo sperimentale di tre anni, Sua Santità, in data 11 gennaio 1973, ha nominato:

Presidente: S. E. R. il Sig. Cardinale Roy Maurice, Arcivescovo di Québec (Canada)

Primo Vice Presidente: S. E. R. Mons. Gagnon Edouard, già Vescovo di San Paolo dell'Alberta (Canada)

Secondo Vice Presidente: Sig. Bachelet Vittorio (Italia)

Assessore Teologo: R. P. Visser Jan, CssR. (Paesi Bassi)

Assessore Giurista: Sig. Galichon Alain (Francia)

Consigliere: Sig.ra Cavallaro Vedaldi Emma (Italia)

Segretario: Sig. Dousse Michel (Svizzera)

Membri:

S. E. Mons. Ahr George, Vescovo di Trenton (Stati Uniti)
Sig.ra Bahincinthie Eugenie (Costa d'Avorio)
Sig. Chullikal Antony (India)
Fr. Duffy Quentin, dei Fratelli Maristi (Australia)
Sig. Keegan Patrick (Gran Bretagna)
Sig. Lanctot Claude (Canada)
Mons. Magnoni Antonio, Sottosegretario della S. Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti
Sig. Martino Carlo (Italia)

Sig.ra Bottiglieri Martino Romilda (Italia)
S. E. Mons. Moreira Neves Luca, Vescovo tit. di Feradi Maggiore, Ausiliare di Säo Paulo (Brasile)
Mons. Pavan Pietro (Italia)
Sig. Piana Agostinetti Giuseppe, della S. Congregazione per l'Educazione Cattolica
Sig. Rendu Charles (Francia)
Sig.ra Rendu Elisabeth (Francia)
Sig.na Sallé Lucienne (Francia)
S. E. Mons. Tenhumberg Heinrich, Vescovo di Munster
Mons. Tomko Jozef, della S. Congregazione per la Dottrina della Fede
Sig.ra Victory Carmen (Spagna)

Consultori :

Mons. Bodet Henri, della Segreteria di Stato
Mons. Mariani Goffredo, Sotto-Segretario della S. Congregazione per i Vescovi
Mons. Fiorelli Leone, della S. Congregazione per le Chiese Orientali
Mons. Bovone Alberto, della S. Congregazione per il Clero
Mons. Scalzotto Tiziano, della S. Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli
Mons. Noè Virgilio, Sotto-Segretario della S. Congregazione per il Culto Divino
Mons. Pinto Gómez José Miguel, Prelato Uditore della Sacra Romana Rota
P. Theurer Wolfdieter, CssR, del Segretariato per l'Unione dei Cristiani
Prof. Giacchi Orio, della Pont. Commissione per la revisione del Codice di Diritto Canonico
P. de Riedmatten Henri, O.P., Segretario del Pontificio Consiglio «Cor Unum ».

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

19 gennaio 1973. Le LL. EE. Cirarda Lachiondo José Vescovo di Cordoba e May John Lawrence, Vescovo di Mobile, *Membri della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

» » » Il rev. Labelle Lucien, Presidente dell'O. C. I. C, *Membro della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali «durante munere ».*

» » » L'avv. prof. Petroncelli Mario, *Membro del Collegio degli Avvocati del Sacro Concistoro.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato

Assistenti al Soglio Pontificio:

24	marzo	1972.	S. E. Mons. Noser Adolfo Alessandro, Arcivescovo di Madang.
12	maggio	»	S. E. Mons. Rosenthal Giovanni Battista, già Vescovo di Queenstown.
2	luglio	»	S. E. Mons. Van Melckebeke Carlo, Vescovo di Ningsia.
28	agosto	»	S. E. Mons. Démets Antonio, Vescovo tit. di Cadossia.
10	ottobre	»	S. E. Mons. Margéot Giovanni, Vescovo di Port-Louis.
21	novembre	»	S. E. Mons. Pizzoni Emilio, Vescovo tit. di Gunugo.
28	»	»	S. E. Mons. Fraghì Sebastiano, Arcivescovo di Oristano.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

Protonotari Apostolici soprannumerari:

26	aprile	1972.	Mons. Musaka Victor (Masaka).
»	»	»	Mons. Curtin Geremia (South wark).
30	ottobre	»	Mons. Irizarry Raul (Ponce).
10	novembre	»	Mons. Cain Giacomo (Stockton)
15	gennaio	1973.	Mons. Calvaresi Costantino (Ripatransone).

Prelati d'onore di Sua Santità:

11	aprile	1972.	Mons. Downey Leo Vincenzo (Auckland).
»	»		Mons. Mackey Giovanni (Auckland).
6	giugno		Mons. Alozipan Giuseppe A. (Cebù).
»	»		Mons. Caballa Felino (Cebú).
»	»		Mons. Kriekenbeek Federico (Cebú).
26	»		Mons. Kaminski Leo (Köln)
25	agosto		Mons. Becker Giovanni Maria Uberto (Köln).
9	settembre		Mons. Ermecke Gustavo (Paderborn).
4	ottobre		Mons. Engels Ermanno (Köln).
18	»		Mons. Fiedler Hans (Bamberg).
»	»		Mons. Heggelbacher Othmar (Bamberg).
»			Mons. Reinwald Giorgio (Bamberg).
»			Mons. Gergen Eugenio Vincenzo (Great-Falls).
19			Mons. Werner Martino Edoardo (Great-Falls).
»			Mons. Bierster Leo N. (Harrisburg).
»			Mons. Leitch Tommaso (Harrisburg).
»			Mons. Lentocha Giorgio V. (Harrisburg).
»			Mons. Overbaugh Lorenzo (Harrisburg).
30			Mons. Schraaf Carlo (Köln).
			Mons. Kenedo Angelo (Providence).

10	novembre	1972.	Mons. Cloherty Giacomo Kevin (Stockton).
»	»	»	Mons. O' Rourke Bryan Tiernan (Stockton).
»	»	»	Mons. Stare Giacomo (Stockton).
»	»	»	Mons. Vieira-Alvernaz Emanuele (Stockton).
21	»	»	Mons. Cunningham Antonio (Southwark).
23	»	»	Mons. Hammerl Giuseppe (Innsbruck).
»	»	»	Mons. Schramm Hans Gioacchino (Innsbruck).
24		»	Mons. Glynn Patrizio (Galway).
28	»	»	Mons. Tassini Francesco (Città della Pieve).
30	»	»	Mons. Songy Donald Giuseppe (Baton Rouge).
14	dicembre		Mons. Armbruster Giovanni (Berlin).
20	»	»	Mons. Duffy Francesco (Galloway).
25	»	»	Mons. Peric Marco \Mostar).
29	»	»	Mons. Chakiamury Giacobbe (Verapoly).
21	gennaio	1973.	Mons. Verzini Giuseppe (Cagli e Pergola).

Cappellani di Sua Santità:

31	gennaio	1971.	Mons. Oaggiano Pietro (Pompei).
»	»	»	Mons. Rendina Giuseppe (Pompei).
12	»	1972.	Mons. Mahony Giovanni Patrizio (Liverpool).
13	giugno	»	Mons. Festing Enrico (Paderborn).
15	luglio	»	Mons. Grimm Francesco (Köln).
»	»		Mons. Kilinski Giuliano (Köln).
27	»	»	Mons. Hanslik Erardo (Paderborn).
5	agosto	»	Mons. Gospos Pietro (Wroclaw).
25	»		Mons. Biith Luigi (Köln).
4	ottobre	»	Mons. Kempem Emilio (Köln).
9	»	»	Mons. Ceballos Daniele (Jaro).
»		»	Mons. Chiù Raimondo (Jaro).
		»	Mons. Parcon Policarpo (Jaro).
»	»	»	Mons. Perez Enrico (Jaro).
»	»	»	Mons. Piamonte Alberto (Jaro).
19	»	»	Mons. Hävers Guglielmo (Köln).
»	»	»	Mons. Lessenich Pietro (Köln).
	»	»	Mons. Loosen Massimiliano Giuseppe (Köln).
30	»	»	Mons. Zielinski Carlo (Chelmno).
»	»	»	Mons. Abramski Sigismondo (Warszawa).
21	novembre	»	Mons. Callaman Francesco (Southwark).
»	»	»	Mons. Moran Giovanni (Southwark).
24	»	»	Mons. Stonehill Terenzio (Arundell).
»	»	»	Mons. Albinger Giuseppe (Fulda).
28		»	Mons. Cicaloni Achille (Città della Pieve).
»	»	»	Mons. Vetuli Licurgo (Città della Pieve).
1	dicembre	»	Mons. Celata Pier Luigi (Sovana-Pitigliano).
2	»	»	Mons. Szelazek Sigismondo (Szczecin).
14	»	»	Mons. Allendorff Giovanni (Berlin).
»	»	»	Mons. Krajewski Felice (Berlin).
»	»	»	Mons. Popan Flavio (Maramures).

20 dicembre 1972. Mons. Loria Giuseppe (Oppido Mamertina).
29 » o Mons. Fernandez Francesco (Verapoly).
» » » Mons. Kaniampurath Saverio (Verapoly).
» » » Mons. Mavely Agostino (Verapoly).
3 gennaio 1973. Mons. Maccio Martino (Genova).
» » » Mons. Massa Amedeo (Genova).
» » » Mons. Rebora Angelo (Genova).
27 » » Mons. Imperati Giovanni (Amalfi).

NECROLOGIO

23 dicembre 1972. Mons. Mendonça Monteiro Antonio, Vescovo di Bonfim.
24 » » Mons. Kovács Sândor, già Vescovo di Szombathely.
31 » » Mons. O'Flanagan Dermot, già Vescovo di Juneau.
2 gennaio 1973. Mons. Olalia Alejandro, Arcivescovo di Lipa.
8 » » Mons. de Aguirre José Carlos, Vescovo di Sorocaba.
12 » » Mons. Prosper Dodds, Vescovo di Saint Louis du Senegal.
13 » » E.mo Signor Cardinale Cento Fernando, del titolo della Chiesa Suburbicaria di Velletri.
» » » Mons. Raballand Gustave André F., Vescovo tit. di Eguga.
16 » » Mons. Solis Fernández Juan Vicente, Vescovo tit. di Tueca di Numidia.
20 » » Mons. Torrini Antonio, Arcivescovo di Lucca.
22 » » Mons. Zucchetta Antonio Silvio, Vicario Apostolico di Mogadiscio.
27 » » Mons. Hasz Stefano, Vescovo tit. di Sura.
29 » » Mons. Lanzo Egidio Luigi, Vescovo di Saluzzo.
» » » Mons. Mignani Gaetano, Vescovo di Kí-an (Cina).

An. et vol. LXV 28 Februarii 1973 N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

EPISTULAE

I

Ad Exc.mum P. D. Aloisium Lorscheider, Angelopolitanum Episcopum, Conferentiae Episcoporum Brasiliae Praesidem, eiusdem Conferentiae coacto Coetu.

Apresta-se essa Conferencia Nacional dos Bispos do Brasil para mais uma Assembleia Geral. De per si, mais um encontró de procura, reflexâo e oraçâo em comum, a partir de fraterna permuta de pontos de vista e de experiencias atuadas e vividas, e do interesse com que os seus Membros acompanham no plano vital e doutrinal, a marcha do Povo de Deus no nósso tempo.

Foi-nos grato tomar conhecimento do Programa Geral dos trabalhos. Nele perpassa a preocupacäo nítida de uma serena e fiel renovaçâo e atualizaçâo, ao ritmo do mundo atual. Com referencia ao II Concilio do Vaticano, a dez anos da sua abertura, e na linha de antiquissima tradiçâo — segundo a quai os Bispos de todo o orbe sempre comunicaram entre si e com o Bispo de Roma, no vínculo da unidade, da caridade e da paz, e se reuniram para decidir em comum coisas importantes, depois de ponderada a decisäo pelo parecer de muitos [1] — vai abrir-se al um diálogo, de grande interesse e alcance, tendo como tema central « a dimensâo comunitària da Igreja particular ».

Unido na oraçâo, queremos também nos inserir-nos, de algum modo,

[1] Cfr. Concilio Ecumènico II do Vaticano, Const. dogmática *Lumen Gentium,* n. 22.

nêsse diálogo, começando por exprimir a nossa complacencia pelo acerto na escolha dos assuntos a tratar e a estudar, e urna palavra estimulante a todos ós intervenientes, a dedicarem-lhes a sua habitual e generosa atençâo. A isso os impelirá, sem dúvida, o zèlo apostólico e os propósitos de comunhâo eclesial que os animam, para tornar mais visi vel e irradiante a sua unidade em Cristo, garantía e incentivo para as comunidades de fé, de esperança e de amor, onde se desenrola a sua atividade pastoral, que, no desempenho do nosso supremo ministerio apostólico, bem conhecemos e apreciamos.

A amplidào, profundidade e rapidez das transformaçôes no mundo em que vivemos e a repercussâo destas sobre os individuos e os grupos humanos, conjuntamente com a facilidade e o evidente influxo das comunicaçôes que — quase poderi amos dizer — tornam os homens, hoje, sempre presentes uns aos outros, seja quai for a latitude em que se achem, obrigam a aplicar-nos, constantemente, para, em Igreja, nos situar, aperceber e discernir os sinais dos tempos. E isso, levados por evangélico e sereno interèsse de urna presença a este mundo, atual, adaptada e operante, da mesma Igreja, multissecular « instituiçâo, sempre viva e coerente com as suas raízes, e, ao mesmo tempo, sempre receptiva daquilo que é susceptível de fazer desabrochar, em perene primavera, a linfa do Espirito Santo que sem cessar a percorre » .[2]

Dada a necessària solidariedade de intentos entre os Pastores — para secundar esta continua e misteriosa açâo do Espirito Santo na Igreja, para conservar integro e vivo o Evangelho e fazer com que este responda aos apelos peculiares das situaçôes concretas onde os homens transcorrem a sua vida — no desempenho da sua tríplice funçâo de ensinar, santificar e governar, <(com Pedro e sob Pedro », hâo de os seus esforços de atualidade seguir sempre determinadas coordenadas : urnas, com caráter perene, tragadas por Cristo e pela Igreja e avivadas amiúde pelo Magisterio; outras, ditadas pela prudencia e eficacia pastorais e ateridas pela comunhâo responsável na Colegialidade Episcopal e pelo bem de toda a Igreja.

Déste modo, apoiados na força da uniäo mutua e na graea do Espirito Santo e visando confirmar os homens na vivencia plena da propria condiçâo eclesial ou trazê-los à fé, os mesmos Pastores, ao renovarem-se contìnuamente, serâo exemplo e estímulo, também neste ponto, para os

[2] Cfr. nosso Discurso na Audiencia Geral de 8 de Novembro de 1972: em «L'Osservatore Romano» de 9 de Novembro de 1972.

seus colaboradores e para as instituições católicas, em ordern a urna sempre crescente conjugaçâo de esforcos, na irradiaeäo atual, serena e simpática da Boa-Nova, que se processa, antes de tudo, na paz e na alegría de urna santidade cada vez maior, que é sempre, ((para todo o gènero humano, o mais firme germe de unidade, esperança e salvaçâo » . [3]

Nêste sentido, porque em tudo feitos modelos do rebanho do Senhor e comprometidos, a título especial, na sequela do « Unico Mestre », convém aos encontros entre Bispos o caráter de diálogo, com Cristo a presidir, porque entabulado em seu nome, e sob o alhar complacente do Pai, porque prosseguido para a sua glorificaçâo. E assim, com as luzes do Espirito Santo, em clima de amor e de confianca, assentes na aceitaçào e compreensâo recíprocas, brilhará a verdade aliada com a caridade, e a fortaleza com a humildade e mansidäo ; e, acima de tudo, se verá resplandecer a unidade do tao ardente anelo do Senhor, expresso em oraçâo interessada, num momento bem significativo na presença do Colegio dos Doze, continuado no tempo pelo Colegio Episcopal : que ((... também êles sejam um em nos, para que o mundo creia que tu me enviaste » . [4]

Certo de que é nêste tom de diálogo que vai desenrolar-se a Assembleia Plenaria dos Veneráveis Irmâos Bispos do Brasil, queremos aproveitar a ocasiâo para lhes testemunhar o nosso aprêço pelos esforços generosos envidados no campo da pastoral das vocaçôes e da formaçâo do clero; igualmente, pelo modo corno acompanham, assistem e tratam os sacerdotes, que já compartilham das suas funçôes e solicitude em prol do Reino de Deus. Que, com a graça do Senhor, possam continuar e colher éxitos cada vez maiores nesta louvável aplicaçâo!

Quanto aos sacerdotes, em particular, como « filhos e cooperadores da Ordern Episcopal » e, ao mesmo tempo, « corno irmâos e amigos », insidiados, por vezes, por nuvens que podem colhé-los desabrigados, em solidäo, com a perturbaçâo, o desalentó, ou a insatisfaçâo pessoal, que êles, encontrando no Presbitèrio estima e afeiçâo e um ambiente de confiança fraterna, de amizade franca e de caridade firme, vejam sempre, no Bispo que o preside, alguém que tem muito a peito o bem déles, quer material, quer sobretudo espiritual.[5]

Conhecemos ainda a preocupaçâo dos Membros dessa Conferencia, urgida, em nao poucos casos, por angustiante escassez de clero, por

[3] Concilio Ecumènico II do Vaticano, Const. dogmática *Lumen Gentium,* n. 9.
[4] *Io.* 17, 20-21.
[5] Cfr. Concilio Ecumènico II do Vaticano, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 7.

inserir os leigos nas atividades eclesiais, dado o papel insubstituível, apesar de subsidiario do sacerdocio ministerial, que ai lhes cabe. Que continuem, assim, a atuar a exortaçâo do recente Concilio : ((apascentar os fiéis e reconhecer-lhes os serviços e carismas, de tal maneira que todos, a seu modo, cooperem unánimemente na tarefa comum)).[6]

Salientamos, por firn, na agenda dos trabalhos da Assembleia, o estudo de urna melhor organizaçâo dos Tribunais Eclesiásticos, no territòrio da sua competencia. Dado que a comunhâo na realidade orgànica, que é a Igreja, nâo dispensa urna forma jurídica, do fácil acesso e bom funcionamento, sempre animado pela caridade, dos mesmos Tribunais, podem advir grandes vantagens pastorais e espirituais, para todos aqueles que deles precisam de servir-se.

Na certeza do interèsse cornue constantemente acompanhamos a solicitude pastoral dos Veneráveis Irmâos Bispos desse dileto Pais, com a nossa caridade fraterna, concluímos com os votos pelos melhores frutos desta sua Assembleia Geral. Para isso, invocamos sobre todos as luzes do Espirito Santo, para que, guiados por Cristo-caminho, sintonizados com Cristo-verdade, e confortados em Cristo-vida, ai façam resplandecer o rosto sem mácula da Igreja, Mae e Mestra : com a nossa Bencáo Apostólica, extensiva a todos os fiéis brasileiros !

Vaticano, 20 de Janeiro de 1973.

II

Ad E.mum P. D. Laurentium Iosephum S. R. E. Cardinalem Shehan, Baltimorensem Archiepiscopum, quem mittit ad Eucharisticum Conventum, ex omnibus nationibus Melburni in Australia habendum, ut celebritatibus praesideat.

PAULUS PP. VI

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Melburni, in urbe egregia Australiae — quae terra continens iterum, post Sydneyensem Congressionem, eiusmodi fruitur honore et divincitur officio — mox, ut notum est, XL celebrabitur Conventus Eucharisticus ex omnibus nationibus. Qui cura et studio Venerabilis Fratris Iacobi Roberti Knox, istius sedis Archiepiscopi, peritorum opera sociata, ita paratur, praesertim renovatione pastorali, ut facile

* *Ibid.;* Const. dogmática *Lumen Gentium,* n. 30.

prospici possit eum fore religionis ardore insignem, decursu alacrem, prosperum exitu.

Variae autem inceptiones per sacri huius coetus dies ad effectum deducentur, quibus hic, ut statutum est, peculiari quadam nota populari conspicuus, praestantior ac salubrior reddatur. Quas inter iuvat memorare eam, quae ad fideles pertinet, qui, stirpe, sermone, moribus diversi, in Australiani immigrarunt : hi enim suas habebunt liturgicas celebrationes et circa altare Domini una congregabuntur ; etiam rei oecumenicae, ut accepimus, suus locus tribuetur.

Quodsi apparatus rationem probamus, summo tamen praeconio dignum arbitramur argumentum praecipuum, huic Conventui propositum ; quod est mandatum novum, quo Salvator praecipit, ((ut diligatis invicem, sicut dilexi vos w.[1] Quod quidem aptissimum esse videtur ad rem supernaturalem in animis hominum inculcandam, qui hac aetate ob tot causas saepe inducuntur, ut naturalia potius ac temporalia respiciant. Haec autem res supernaturalis, id est caritatis nobilissima virtus, ab Eucharistia, quae est sacramentum ineffabilis amoris divini, ut e fonte uberrimo manat. Ee quidem vera mente concipi nequit arctius et validius vinculum caritatis, quam convivium illud, quod Deus ut supremum et maximum dilectionis suae testimonium et pignus instituit. Hic unus panis, quo nutriuntur, et unus potus, quem bibunt, Christi asseclas ita coagmentant et coagmentare debent, ut unam veluti familiam efficiant, illud iterato spectaculum mundo praebentes, quod in Actibus Apostolorum describitur : « Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una » .[2]

Sitiunt profecto hanc « caritatis unitatem » ,[3] homines, qui saepe tot discidiis, discriminibus, immo saevis dimicationibus confiictantur. Recte ergo Ioannes Chrysostomus, lumen Ecclesiae orientalis, doctrinam Apostoli explanans, secundum, quam unum corpus sumus, et membra ex carne et ossibus eius,[4] ait : « Ut ergo hoc simus non solum per dilectionem, sed etiam re ipsa, cum illa carne commisceamur ; id enim efficitur per cibum quem ille dedit, ut ostendat nobis quanto erga nos ferveat amore. Ideo se nobis commiscuit, et in unum corpus totum constituit,

[1] *Io.* 13, 34.
[2] 4, 32.
[3] S. AUGUSTIN. *Serm.* 356; *P.L.* 39, 1577.
[4] Cfr. *Eph.* 5, 30.

ut unum simus, quasi corpus iunctum capiti » .[5] Quibus e verbis etiam patefit non agi de pio universalis cuiusdam amoris somnio, sed de caritate, quae factis seu operibus exerceatur. Valde igitur exoptamus, ut Eucharisticus hic Conventus — quemadmodum ii, qui illum apparant, sollerter conituntur — animos inflammet ad mutuum auxilium, ad magnanimam curam advenarum, ad fraternam relevationem indigentium, derelictorum.

Itaque haec omnia auctoritate et quadam quasi praesentia Nostra confirmare et corroborare volentes, te, Venerabilis Frater Noster, qui, Cardinalis dignitate spectabilis, Baltimorensi sedi es praepositus sedulumque agis Praesidem Stabilis Consilii Eucharisticis Internationalibus Conventibus provehendis, Legatum Nostrum eligimus et renuntiamus, ut, Nostram gerens personam, Melburnensi ex omnibus gentibus Congressioni Eucharisticae praesideat. Minime vero dubitamus, quin, pro impensa, qua ardes, pietate in mirabilis Sacramenti altaris mysterium, in quo Christus Redemptor incruente se immolat, animas pascit, extra haec sub sacris speciebus vere, realiter et substantialiter praesens adest, commissum tibi munus feliciter et frugifere sis impleturus.

Nos denique Deum supplicibus precibus rogamus, ut proximus hic Conventus reapse ferax sit fructuum spiritualium, qui exspectantur, et ut hi in profectum terrae Australianae, cuius suavis apud Nos viget memoria, et totius orbis bene vertant.

Haec ex pectore ominati, tibi, Venerabilis Frater Noster, Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Antistitibus, sacerdotibus, religiosis universisque fidelibus, qui eucharisticis istis celebritatibus intererunt, Benedictionem Apostolicam, caelestis gratiae et solacii auspicem, amantissime impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXV mensis Ianuarii, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri decimo.

PAULUS PP. VI

[5] *In Ioannem Horn.* 8; *P.C* 59, 259; iii. *I.* Rouet De Journel, *Enchiridion Patristicum,* n. 1166.

NUNTIUS GRATULATORIUS

Ad E.mum P. D. Stephanum S. R. E. Cardinalem Sidarouss, Coptorum Alexandrinum Patriarcham, quinque condentem lustra ab episcopali ordinatione suscepta.

Heu quam fugacibus annis labens temporis circulus mox tibi, Venerabilis Frater Noster, candido signandum lapillo revehet diem : quinque enim exacta decurrent lustra, ex quo ipse episcopalem ordinationem suscepisti.

Huic praeclarae occasioni consentanea, bene precantia ultro dicimus verba, quae quemadmodum Nobis ad proferendum grata, ita tibi erunt in accipiendo iucunda. Decet sane, valde oportet, fas est, ut sollemniter a te celebranda memoria, quae a sacrorum Antistitibus solet devotae mentis observantia recoli, votis approbatione dignis clarescat, atque adeo afferat caelestis gratiae uberiora dona tibi viro desideriorum [1] ac tecum universis qui te norunt et diligunt, ut durabili sint profectui et oblectamento.

Hanc ad rem hoc potissimum pertinet, ut vos omnes aemulo studio solidam, illibatam, integram fidem, quam Apostolorum Principes, duae oli vae ad latera candelabri sancti coram dominatore universae terrae,[2] Romae, in catholicis orbis capite, annuntiarunt et Evangelista Marcus, florentissimae Alexandriae inclita gloria sanguine suo sanxit, corde, ore, vita profiteamini.

Quod quidem ut in Patriarchatus istius finibus et arduis laboribus feliciore usque exitu eveniat, in te sitas et collocatas optimae spei rationes Nos tenere persuasum prorsus habemus. Nam tu homo prisci moris, apertus et simplex, catholicae unitatis sensu eximie praeditus, dictis et factis ministerium tuum nobilitasti atque, iugi magisterio incumbens, constanti nisu id tibi praestituisti, ut agni gregis tui, imo Christi, omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, benedictionem promissae hereditatis possideant.[3]

Haec vero quae ipse bonus pastor in populo docuisti et doces con-

[1] Cfr. *Dan.* 10, 11.
[2] Cfr. *Zach.* 4, 12-14.
[3] Cfr. *1 Pe.* 3, 8-9.

sono nitore morum confirmare persequere. Hac de causa, virtutum laude crescens, aeternitati vive et hanc in aula, mentis, ubi sol solis Logos radios emittit, meditari perge assidue, ut eius inenarrandi praemii post fructuose actum terrestre iter feliciter sis compos, auspice Beatissima Virgine Maria, decore praesidioque tuo, in qua gratia omnis viae et veritatis.[4]

Haec ominatis, nihil Nobis reliquum est nisi, ut tibi, Venerabilis Frater Noster, et universo gregi, sollerti moderationi tuae commisso, Apostolicam Benedictionem, arrham abundantium caelestium munerum, impertiamus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxx mensis Decembris, anno MCMLXXII, Pontificatus Nostri decimo.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Romanae Civitatis Magistro et Administratorum Coetui, novo ineunte anno Beatissimo Patri fausta ominantibus.*

Si rinnova oggi un incontro tradizionale, e sempre molto gradito, che offre a voi l'occasione di porgerci i vostri auguri per il Nuovo anno, e a noi di ricambiarli con tutto il cuore. Ringraziamo il Signor Sindaco, per le parole che ha voluto rivolgerci anche a nome dei suoi valenti collaboratori ; e vi assicuriamo la nostra riconoscenza per tanta cortesia. Gli auguri non sono certo una pura formalità ; nel caso odierno corrispondono al desiderio, certamente reciproco — da parte sia del Vescovo di Roma, responsabile della cura spirituale di questa Città unica al mondo, sia del Sindaco e della Giunta di questa stessa Roma, responsabili del suo sviluppo civico e sociale — di gettare uno sguardo, ciascuno dalla rispettiva sfera di competenza, non separata ma complementare anche se diversa, sulla realtà, sulle esigenze, sulle aspettative della molteplice vita dell'Urbe.

[4] Cfr. *Eccli.* 24, 25.

* Die 15 mensis ianuarii a. 1978.

Guardiamo dunque a questa Roma, a cui dedicate le vostre attenzioni, coadiuvati dall'efficienza dei singoli organi dell'apparato necessario a reggere tanto complessa e delicata amministrazione. Come già altre volte ne avemmo l'opportunità, vi diciamo la nostra sollecitudine e sensibilità, il nostro rispettoso e cordiale interesse per l'attività che svolgete, non certo facile né semplice, talché talora il compito ch'essa impone sembra richiedere sovrumane fatiche alla mente, che deve avere di ogni questione piena e chiara e realistica visione, come alla volontà, che è posta di fronte a formidabili problemi e a gravi decisioni, in mezzo a difficoltà di ogni genere, d'indole amministrativa e organizzativa, in ogni campo della convivenza sociale, e in primo luogo delle scuole, degli ospedali, dell'urbanistica, della circolazione stradale, ecc. Vediamo l'impegno, lodiamo lo sforzo, incoraggiamo i propositi, affinché la popolazione di Roma non manchi di quanto è necessario per il suo ordinato sviluppo, nel moltiplicarsi quotidiano delle proprie urgenti esigenze, per essere al livello che si addice ad una città che è gloriosa e moderna, capitale di uno Stato pieno di vitalità e di progresso civile e sociale ed è nello stesso tempo il centro di una religione a raggio mondiale, quale è quella cattolica, irradiatrice senza posa del messaggio evangelico per divino mandato, anche se affidato alle deboli forze dell'umile Successore di quel Pietro, « onde Cristo è Romano ».

E la costatazione di questa realtà ci pone nel dovere di esporvi con tutta semplicità due pensieri, che ci stanno particolarmente a cuore, e che vogliamo affidarvi in questo incontro.

E il primo è l'appressarsi del 1975, in cui, secondo la millenaria consuetudine instaurata dai nostri Predecessori, dovrebbe cadere la celebrazione del Giubileo. La cosa non è ancora ufficialmente deliberata. Ma è da credere che avremo fra due anni l'Anno Santo, come dovrebbe normalmente avvenire. Ciò si dovrà decidere in questi giorni, data la grande complessità dei problemi ecclesiali, pastorali, organizzativi che una tale celebrazione comporta. Noi osiamo fin d'ora sperare che se l'Anno Santo sarà celebrato, Roma saprà degnamente prepararsi per quanto la riguarda ad accogliere questo avvenimento ecclesiale di dimensioni mondiali, cercando in primo luogo di far progredire la soluzione della questione bruciante dei « baraccati », e in secondo luogo di eliminare se non la triste realtà, l'ostensione almeno e la provocazione del mal costume. Sappiamo di toccare argomenti penosi che — ne siamo certi — formano l'oggetto della vostra attenta considerazione.

E questo ci induce ad accennare al secondo punto, strettamente con-

nesso col precedente : ed è il dovere che tutti abbiamo di non dimenticare la spiritualità propria di Roma, che le deriva da quel carattere straordinario, a cui sopra accennavamo, sia sotto l'aspetto turistico, sia sotto quello della coscienza della sua rappresentatività spirituale e morale. Dobbiamo averla presente, questa spiritualità, come oggi si pone : nella presenza tuttora parlante e suadente delle memorie storiche, che l'alimentano come uno stimolo e un invito costante; presente ancora e specialmente nella vita pastorale odierna, che si sforza di adegnarsi alle tremende responsabilità create dallo sviluppo di una città in continua espansione e mutamento; Roma, per la sua eredità di santi, per la sua missione universale, per il suo compito provvidenziale, merita uno sforzo generoso da parte di tutti i romani, specialmente dei giovani, affinché la sua impronta spirituale sia conservata ed adeguatamente messa in luce per il bene dell'intera umanità.

Ecco, cari Signori, le nostre aspirazioni, che non contrastano con la piena autonomia della città, sì bene rendono onore alla sua dignità e alla sua missione storica perenne ; ecco i nostri voti : li confidiamo a voi, in questo inizio d'anno, affinché trovino nella vostra cooperazione, ne siamo ben certi, quella rispondenza che auspichiamo; ma soprattutto li affidiamo al Signore, affinché voglia continuare a benedire copiosamente questa Urbe, ch'Egli ha voluto Sede centro dell'Orbe cattolico e del suo Vicario in terra. E per voi, per i vostri collaboratori, per i vostri cari, per l'immane lavoro che siete chiamati a svolgere, preghiamo il Redentore Divino, e Maria SS.ma « Salus Populi Romani », invocando su tutti la ricchezza dei doni celesti.

II

Ad Excellentissimum Virum Arturum Morgan Morales, Panamensis Reipublicae cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras commissi muneris testes tradentem.*

Señor Embajador :

Hemos escuchado con cordial interés las palabras que acaba de dirigirnos al presentar las Cartas, que lo acreditan como Embajador Extraordinario y Plenipotenciario de Panamá ante la Santa Sede.

Agradecemos de modo particular sus expresiones de aprecio por

* Die 18 mensis ianuarii a. 1973.

nuestra acción en favor de la paz y por la actividad de la Iglesia en su País.

Vivissima gioia ci procura questo incontro annuale con voi, venerati uditori e ufficiali della Sacra Romana Rota, perché oltre a darci l'opportunità di rinnovare l'espressione della nostra fiducia nella missione che, come Pastore-Vicario di Cristo, vi abbiamo affidata, ci offre altresì la possibilità di conoscere i vostri sentimenti e i vostri propositi. Abbiamo così potuto sentire riaffermata, attraverso le parole del vostro venerato decano, monsignor Boleslao Filipiak, la vostra sollecitudine pastorale ; sollecitudine che presso di voi è una tradizione di saggia equità, di « sacerdotale moderazione)),* e corrisponde pienamente allo spirito della Chiesa, alle direttive del Concilio Vaticano II e ai voti di tutto l'episcopato cattolico. In realtà le qualità del diritto che voi applicate devono apparire nell'esercizio della vostra funzione e nelle sentenze che pronunziate. Interpretando il diritto, voi fate uso dei poteri e della libertà che vi sono stati concessi; per voi, un giusto giudizio non è soltanto una sentenza dove si riscontra l'equità naturale ; esso riflette ancor più quella *aequitas canonica* che è frutto della vostra carità pastorale e costituisce una delle sue più delicate espressioni.

Nel lavoro del legislatore canonico, come nell'opera del giudice ecclesiastico, *V aequitas canonica* resta un ideale sublime e una regola

* Die 8 mensis februarii a. 1973.

[1] Cfr. *A.A.S.,* 62, 1970, 112.

preziosa di condotta. Ciò fu richiamato assai chiaramente durante la preparazione del Concilio : *In omnibus legibus ferendis eluceat spiritus caritatis et mansuetudinis Christi, qui semper aurea et perennis regula Ecclesiae est, et leges iudiciaque informare debet.*[2] Tra le norme per la revisione del codice, approvate dal primo Sinodo dei Vescovi, ancora una volta fu raccomandata questa *regula aurea: Codex non tantum iustitiam sed etiam sapientem aequitatem colat quae fructus est benignitatis et caritatis ad quas virtutes exercendas Codex discretionem atque scientiam Pastorum et iudicum excitare satagat.*[3] Il diritto canonico così appare non solamente come norma di vita e regola pastorale, ma altresì come scuola di giustizia, di discrezione e di carità operante. Tutto ciò dove potrà meglio verificarsi se non presso di voi, nel vostro Tribunale, dove lo stesso diritto è applicato a servizio delle anime?

Abbiamo avuto già occasione di manifestarvi il nostro desiderio di approfondire questo concetto di *aequitas canonica,* per metterne in luce il valore.[4] Oggi ci proponiamo di farlo; e a tal fine occorrerà risalire alla natura stessa del diritto della Chiesa.

Natura pastorale del diritto della Chiesa

Indirizzandoci a giudici provenienti da ogni nazione e qui riuniti, noi recentemente abbiamo ricordato che il diritto canonico *est ius societatis visibilis quidem sed supernaturalis quae verbo et sacramentis aedificatur et cui propositum est homines ad aeternam salutem perducere.*[5] Per questo motivo è un *Ius sacrum, prorsus distinctum a Iure civili. Et quidem ius generis peculiaris hierarchicum idque ex ipsa voluntate Christi. Id totum inseritur in actionem salvificam qua Ecclesia opus redemptionis continuat.*[6] Così il diritto canonico è per la sua natura *pastorale,* espressione e strumento del *munus apostolicum* ed elemento costitutivo della Chiesa del Verbo Incarnato.

In quanto società visibile, la Chiesa possiede il suo diritto, fondato sulla natura stessa della Chiesa come « popolo costituito in corpo sociale, organico, in virtù di un disegno e di un'azione divina, mediante un

[2] Relatio super schema Voti de Matrimonii Sacramento cum textu emendato; Typis Polygl. Vatic. 1964, p. 13.

[3] Principia quae Codicis Iuris Canonici recognitionem dirigunt, sub 3 in *Communicationes,* 1, 1969, 79.

[4] Cfr. *A.A.S.,* 62, 1970, 112.

[5] *Communicationes,* 4, 1972, 99.

[6] *Itidem.*

ministero di *servizio pastorale* — ci piace sottolinearlo — che promuove, dirige, ammaestra e santifica in Cristo l'umanità che a Lui aderisce nella fede e nella Carità » .[7] Il Concilio ha voluto chiarire questo mistero sottolineando il carattere sacramentale della società ecclesiale : *Ecclesia in Christo veluti sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis.*[9] *Ipse sanguine suo Eam, acquisivit, suo Spiritu replevit, aptisque mediis unionis visibilibus et socialibus instruxit** In ciò vi è una analogia misteriosa ; infatti, prosegue il Concilio, *sicut natura assumpta Verbo Divino ut vivum organum salutis, Ei indissolubiliter unitum inservit, non dissimili modo socialis compago Ecclesiae Spiritui Christi Eam vivificanti ad augmentum Corporis inservit.*[10] Tale unione è così stretta da non permettere che questi due aspetti, pur distinti, siano in opposizione tra loro. La società visibile è comunità spirituale, e questa non può esistere senza e al di fuori di quella : *Societas ... organis hierarchicis instructa et mysticum Christi Corpus, coetus adspectabilis et communitas spiritualis, Ecclesia terrestris et Ecclesia caelestibus donis ditata, non ut duae res considerandae sunt, sed unam realitatem complexam efformant, quae humano et divino coalescit elemento. Ideo ob non mediocrem analogiam incarnati Verbi mysterio assimilatur.*[11] Il diritto tende a strutturare e ad organizzare questa realtà organica *quae iuridicam formam exigit et simul caritate animatur.*[12] Diritto e Carità non possono essere in opposizione là dove sono essenzialmente uniti.

Ciò ha indotto un Padre del primo Sinodo dei Vescovi ad affermare che nella Chiesa il divino e l'umano non sono due cose che si oppongono, ma elementi che si uniscono in una sola realtà. Il loro rapporto non è *sicut res ad rem. Potius ... utrumque elementum, tamquam essentialiter constitutivum, unitatem vitae Ecclesiae efformant ita ut structura externa sit ad modum signi sacramentalis quo vita interna Ecclesia significatur et creatur. Hac ratione tota Ecclesiae activitas iuridica est ad modum signi sacramenti salutis quod est Ecclesia quin hoc signum ad activitatem iuridicam restringatur. Sub hoc aspectu, activitas iuridica Ecclesiae non potest habere alium finem nisi manifestare et inser-*

[7] *A.A.S.,* 62, 1970, 108.
[8] Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 1.
[9] *Ibid.,* n. 9.
[10] *Ibid.,* n. 8.
[11] *Ibid.,* n. 8.
[12] *Ibidem.* Nota praevia, n. 2.

vire vitae Spiritus scilicet vitae divinae fidelium, praesertim caritati.[13] Ci piace rilevare che la redazione del *Ius novum,* che dovrà necessariamente ispirarsi al Concilio, non farà che applicare tale dottrina; ed anche i principii di questa revisione riprenderanno la dottrina stessa.[14]

La sacramentalità della Chiesa assicura la sua unione con Dio, la sua efficacia soprannaturale, il suo senso di Cristo. Essa è, inoltre, animata dallo Spirito che costruisce ed anima il Corpo Mistico di Cristo, Popolo di Dio, vi trasfigura gli uomini in figli di gloria e loro assicura la libertà dei figli di Dio ; li fa pregare con la preghiera di Gesù[15] ed agisce nel loro apostolato. Ogni apostolato è atto di Cristo; esso non può esercitarsi che sotto l'impulso dello Spirito. E come lo Spirito scandaglia le profondità di Dio,[16] e sa ciò che piace al Signore,[17] così suscita in noi una preghiera ineffabile e continua l'azione salvifica di Cristo attraverso gli atti dei suoi membri, Pastori e fedeli. Se il Diritto canonico ha il suo fondamento in Cristo, Verbo Incarnato, e pertanto ha valore di segno e di strumento di salvezza, ciò avviene per opera dello Spirito che gli conferisce forza e vigore; bisogna adunque che esso esprima la vita dello Spirito, produca i frutti dello Spirito, riveli l'immagine di Cristo. Per questo è un diritto gerarchico, un vincolo di comunione, un diritto missionario, uno strumento di grazia, un diritto della Chiesa. Queste qualità sono le esigenze dello Spirito che vivifica e dirige la Chiesa, l'unisce a Cristo, la porta a Dio e agli uomini in uno stesso slancio d'amore- È questo lavoro dello Spirito che noi vorremmo ora rilevare nella evoluzione di questa *aequitas canonica* che conferisce al diritto della Chiesa la sua fisionomia, il suo carattere pastorale.

L'« *aequitas canonica* » *nella sua evoluzione e nel suo avvenire*

La Chiesa è, come abbiamo visto, sacramento di Gesiì Cristo, come Gesù Cristo nella sua umanità è sacramento di Dio.[18] Ë in questo mistero che dobbiamo vedere la funzione del diritto canonico, la vostra missione e quella virtù che, a poco a poco istituzionalizzata, è diventata *Vaequitas canonica,* definita dall'Hostiensis *iustitia dulcore mi-*

[13] *Communicationes,* 1, 1969, 97-98.
" Cfr. *Communicationes,* 1, 1969, 79.
[15] Cfr. *Rom.* 8, 15.
[16] Cfr. *1 Cor.* 2, 10.
[17] Cfr. *Rom.* 8, 27.
[18] Cfr. H. de Lubac, *Méditations sur l'Eglise,* Paris, 1953, p. 157.

sericordiae temperata: [19] definizione che sarà ripetuta da tutti i canonisti. L'Hostiensis così prosegue : *Hoc autem a Cypriano sic describitur: aequitas est iustitia, est motus rationabilis regens sententiam et rigorem. Haec est enim aequitas quam iudex, qui minister est, semper debet habere prae oculis, scilicet sciat bonos remunerare, malos punire. Via regia incedens et se rationabiliter regens, non declinans ad dexteram vel sinistram.* A leggere questo testo non vediamo noi forse apparire una luce, il Signore della giustizia e della grazia, il Salvatore e il Giudice degli uomini?

La Chiesa fin dalla sua origine assunse nella sua vita tutto ciò che nella vita sociale e nelle aspirazioni degli uomini vi era di vero, di nobile, di giusto e di bello, facendo così risplendere la carità di Dio nell'umanità divinizzata dallo Spirito di Amore. L'equità rappresenta una delle più alte aspirazioni dell'uomo. Se la vita sociale impone le determinazioni della legge umana, tuttavia le sue norme, inevitabilmente generali ed astratte, non possono prevedere le circostanze concrete nelle quali le leggi verranno applicate. Di fronte a questo problema, il diritto ha cercato di emendare, di rettificare e anche di correggere il *rigor iuris;* e ciò avviene per opera dell'equità, la quale in tal modo incarna le aspirazioni umane verso una migliore giustizia.

Nel diritto canonico *Vaequitas,* che la tradizione cristiana ricevette dalla giurisprudenza romana, costituisce la qualità delle sue leggi, la norma della loro applicazione, una attitudine di spirito e d'animo che tempera il rigore del diritto. La presenza dell'*'aequitas,* come elemento umano correttivo e fattore di equilibrio nel processo mentale che deve condurre il giudice a pronunziare la sentenza, si riscontra nelle Decretali e in tutta la storia del diritto canonico, sia pure con denominazioni diverse.

Questo elemento in modo specialissimo caratterizza la vostra giurisprudenza. La Chiesa impone al giudice ecclesiastico l'obbligo di giudicare *ex aequo et bono;* quest'obbligo il vostro tribunale l'ha fatto sempre suo, soprattutto nel trattare le cause affidate *arbitrio Rotae:* è *Vaequitas iure informata.*

Il codice attuale ha fatto proprie le esigenze di misericordia e di umanità in vista di una giustizia più dolce, più comprensiva. Parla di *aequitas naturalis,* di *aequitas canonica,* richiamandosi al principio ultimo, a cui si farà appello, il diritto naturale o il diritto canonico.

[13] *Summa aurea,* Lib. V, *De Dispensationibus.*

Precisa poi la portata dell'*aequitas* e la funzione che le spetta : questa consiste in una giustizia superiore in vista di un fine spirituale; addolcisce il rigore del diritto, e talvolta aggrava anche certe pene ; in ogni caso si distingue dal puro diritto positivo, allorché questo non può tener conto delle circostanze. Arriva infine a raccomandare perfino, conformemente alle origini apostoliche del diritto,[20] di evitare il processo, rimettendo la causa ad arbitri che giudichino *ex bono et aequo.*[21]

Oggi, l'influenza del Concilio Vaticano II si fa sentire sempre più sull'evoluzione del diritto : non si renderà forse necessario un ripensamento *àe\Y aequitas canonica* alla luce del Concilio stesso, per conferire ad essa un valore più cristiano e un significato più fortemente pastorale? I principi della revisione sembrano insinuarlo : la *sapiens aequitas* di cui essi parlano, è frutto di benignità e di carità. Un ripensamento di questa istituzione dovrà salvaguardarne lo spirito.

Valore pastorale del «munus iudicandi»

È attraverso *Vaequitas canonica* che si afferma il carattere pastorale del vostro ufficio giudiziario, carattere anche recentemente riaffermato in maniera autorevole.[22] Invero questo ministero della Chiesa è, nel pieno senso della parola, pastorale ; è un ministero del sacerdozio cristiano;[23] ha le sue radici nella missione che il Signore affidò al « Primo Pietro)),[24] il quale nei suoi successori continua a governare, a insegnare e a giudicare *f*[5] fa parte integrante del mandato apostolico e ne sono partecipi tutti coloro, sacerdoti e laici, che sono chiamati ad esercitare la giustizia in nome nostro e in nome dei nostri fratelli nell'episcopato. Questo potere fu esercitato dagli Apostoli, e i loro successori hanno continuato tale missione. Seguendo il consiglio dell'Apostolo delle Genti, essi hanno giudicato anche le cause civili per farvi prevalere il diritto temperato dalla carità.[26] Lo rammenta S. Agostino: *Constituit enim talibus causis ecclesiasticos cognitores, in foro <(civili » prohibens iurgari christianos.*[21] Quando il cristianesimo avrà trasfor-

[20] Cfr. *1 Cor.* 6, 1-7.

[21] Can. 1920.

[22] D. STAFFA, *De natura pastorali administrationis iustitiae in Ecclesia,* in *Periodica* 61, 1972, 3-17.

" Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 27.

[21] Pio XII, *Discorsi,* vol. III, p. 209.

[28] Cfr. Conc. Vat. I, *Constitutio dogmatica de Ecclesia I,* DEN.SCHÖN., 3056.

[26] Cfr. *1 Cor.* 6, 1-7.

[27] *Enarrationes in Ps.* 118, *Sermo* 28, 3.

mato i costumi della società, queste cause secolari saranno rimesse al foro civile, dove pure si ama vedere la giustizia applicata secondo le norme della Verità divina.

Questo ministero del giudice ecclesiastico è pastorale perché viene in aiuto ai membri del Popolo di Dio, che si trovano in difficoltà. Il giudice è per essi il buon Pastore che consola chi è stato colpito, guida chi ha errato, riconosce i diritti di chi è stato leso, calunniato o ingiustamente umiliato. L'autorità giudiziaria è così un'autorità di servizio, un servizio che consiste nell'esercizio del potere affidato da Cristo alla sua Chiesa per il bene delle anime.

Tale servizio, per essere evangelico, eviterà qualsiasi forma di assolutismo o di egoismo; si compirà nel rispetto della persona, libera e responsabile; consisterà nel guidare senza opprimere, nell'amare un fratello che accetta l'obbedienza come dovere, e non come necessità estrinseca, come un bene per il cristiano e un benefìcio per la comunità.

Il giudice terrà conto, grazie *alV aequitas canonica,* di tutto ciò che la carità suggerisce e consente per evitare il rigore del diritto, la rigidità della sua espressione tecnica ; eviterà che la lettera uccida per animare i suoi interventi con la carità che è dono dello Spirito che libera e che vivifica; terrà conto della persona umana, delle esigenze della situazione che, se impongono talvolta al giudice il dovere di applicare la legge più severamente, ordinariamente portano ad esercitare il diritto in maniera più umana, più comprensiva : bisognerà vigilare non solamente per tutelare l'ordine giuridico, ma altresì per guarire ed educare, dando prova di vera carità. L'esercizio pastorale del potere giudiziario è piuttosto medicinale che vendicativo; se vi sono delle pene, queste non dovranno apparire mai come una vendetta, ma secondo il pensiero di S. Agostino, come una espiazione desiderata.[28]

Opera pastorale sarà ancora questa dottrina ponderata, costantemente rinnovata e adattata in virtù della stessa *aequitas canonica* che voi applicate. Le decisioni rotali sono un monumento di scienza giuridica e di saggezza cristiana, cui si aggiungono oggi come felice complemento le decisioni del Tribunale Supremo della Segnatura Apostolica, regolarmente pubblicate. Profittiamo sufficientemente di questi tesori che contengono non soltanto norme giuridiche e regole di diritto, ma altresì numerose indicazioni pastorali di carattere psicologico e sociale?

Ma parlare oggi di *Pastorale* comporta un altro significato, che ha

[28] Cfr. *De Civitate Dei,* 21, 13.

un legame profondo col compito pastorale dell'episcopato e la missione apostolica della Chiesa. La Pastorale è l'organizzazione ben ponderata dall'apostolato ; essa ha di mira la ripartizione equilibrata delle persone, favorisce una migliore collaborazione mediante un programma pastorale fondato su una informazione seria ed oggettiva, programma che tuttavia non può soffocare lo Spirito,[29] né impedire la libertà dei suoi doni.[30] Questa pastorale d'insieme non può diventare né un vincolo, né una forma nuova di autoritarismo, di dominio o di centralizzazione eccessiva.

Più ancora di un rinnovamento del lavoro apostolico per mezzo di una migliore collaborazione, la Pastorale si preoccupa delle persone, di coloro che sono alla ricerca della verità, di coloro che devono crescere in Cristo. È in questo senso che una Costituzione del Concilio Vaticano II fu denominata *pastorale;* essa costituisce uno sforzo di inserzione e di presenza della Chiesa *ex eo quod, principiis doctrinalibus innixa, habitudinem Ecclesiae ad mundum et ad homines hodiernos exprimere intendit.*[31]

Il diritto canonico, così come i Pastori e i giudici, deve aprirsi alle esigenze di una pastorale rinnovata. *Quemadmodum omnia quae in Ecclesia sunt* — così affermava il nostro venerato Predecessore Pio XII — *ita ius canonicum quoque omnino in animarum curationem contendere ... Sive cum is ecclesiasticas res administrat, sive cum iudicia exercet, sive cum sacrorum administrator aut Christi fideles consilio iuvat, assidue cogitet a se de animorum salute... rationem esse reddendam.*[32]

Siamo lieti di avere potuto svolgere queste riflessioni insieme a voi sulle esigenze della vostra missione, sulla natura del diritto canonico e sul mistero della Chiesa. Questo mistero è sempre presente al nostro spirito, l'abbiamo fatto così spesso oggetto delle nostre considerazioni, le sue divine profondità ci appaiono sempre più luminose e confortanti : *Ecclesia de Trinitate.*[33] La Chiesa è questo *Christus totus* che, nello Spirito, unisce l'umanità alla vita divina dove il Padre dei Lumi si esprime nel Suo Verbo per unirsi ambedue in questo mutuo amore che

[29] Cfr. *1 Cor.* 12, 11.
[30] Cfr. *1 Thess.* 5, 19.
[31] Const. past. *Gaudium et spes,* 1, nota 1.
[32] *A.A.S.,* 45, 1953, 688.
[33] Cfr. S. CYPRIANUS, *De Orat. Dom.* 23; *P.L.* 4, 553.

è lo Spirito Santo. La Chiesa è il sacramento di questo amore : ecco perché essa è madre degli uomini creati a immagine di Dio e salvati dal Verbo fatto carne; essa è segno di vita divina e strumento di salvezza. E voi, pronunziando le vostre sentenze *solum Deum prae oculis habentes* servite e adorate proprio questo Dio d'Amore.

La giustizia che dovete esercitare con equità canonica, voi la volete più agile, più dolce, più serena. *Più agile:* infatti la prudenza non necessariamente si identifica con la lentezza la quale talvolta si risolve in una vera ingiustizia con grande danno delle anime; *più mite:* ma l'equità canonica *non plus aequo urgeatur ita ut normas neglegere suadeat,* perché allora diventerebbe dannosa e causa d'incertezza;[34] *più serena:* ma ancora, niente più nuocerebbe all'ordine sociale di una giurisprudenza la quale, per essere pastorale, vuol fare a meno del diritto; per sanare penose situazioni, porta pregiudizio alla verità rivelata e ai dati della fede; e nel consenso matrimoniale non riesce più a scorgere quel contratto di fedeltà e quel segno di unione che nella volontà umana è il primo fiore dell'amore.

Ci è nota la preoccupazione di tanti giudici che, al pari di voi, vedono diminuire il numero degli studenti nelle nostre facoltà di diritto canonico. Questa situazione pone certe Chiese particolari nella impossibilità di esercitare con competenza e rapidità il *munus iudicandi* loro affidato da Dio ; e può altresì recare pregiudizio al pieno esercizio delle prerogative dell'episcopato.

Ecco i pensieri che abbiamo creduto bene sottoporre alla vostra riflessione, nella fiducia che vi faranno comprendere sempre più che la vostra missione è importante, che la vostra responsabilità è pastorale, che le vostre sentenze possono apportare pace e conforto.

In segno della nostra riconoscenza e della nostra stima, noi, di cuore impartiamo a voi tutti qui presenti e ai vostri collaboratori la nostra Apostolica Benedizione.

[34] F. ROBERTI, *De processibus,* p. 99.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 10 Ianuarii 1973. — Cathedrali Ecclesiae Surigensi praefecit R. P. Michaelem Cinches, e Societate Divini Verbi, moderatorem eiusdem Societatis seminarii in oppido vulgo « Tagaytay)) in Insulis Philippinis.

die 17 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Buffalensi Exc. P. D. Eduardum D. Head, hactenus Episcopum titularem Ardstratensem.

die 26 Ianuarii. — Titulari pro hac vice archiepiscopali Ecclesiae Zarnensi Exc. P. D. Emmanuelem Salvador, hactenus Episcopum titularem Zarnensem.

die 30 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Caeciritanae R. D. Haraldum Camillum Barotto, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Villelmi Bolatti, Archiepiscopi Rosariensis.

— Cathedrali Ecclesiae Leonensi in Nicaragua Exc. P. D. Emmanuelem Salazar Espinosa, hactenus Episcopum titularem Civitatis Ducalis et Administratorem Apostolicum « sede vacante » eiusdem Ecclesiae Leonensis in Nicaragua.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Bononiensi R. D. Paulum Antonium Vega, Praelatum Iuigalpensem.

die 8 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Hearstensi Exc. P. D. Rogerium A. Despatie, hactenus Episcopum titularem Usinazensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Subbaritanae R. P. D. Arcturum H. Krawczak, curionem ad Ascensionem D. N. I. C. in oppido vulgo *Warren* archidioecesis Detroitensis, quem deputavit Auxiliarem E.mi D. Ioannis S. R. E. Cardinalis Dearden, Archiepiscopi Detroitensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Pomariensi R. P. D. Iosephum L. Imesch, curionem paroeciae Nostrae Dominae Perdolentis in oppido *Farmington* archidioecesis Detroitensis, quem deputavit Auxiliarem E.mi D. Ioannis S. R. E. Cardinalis Dearden, Archiepiscopi Detroitensis.

die 10 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Girardotensi R. D. Iesum M. Coronado Caro, hactenus Praefectum Apostolicum Ariariensem.

— Cathedralibus Ecclesiis Interamnensi et Narniensi Exc. P. D. Sanctum Bartholomaeum Quadri, hactenus Episcopum titularem Villanovensem.

— Cathedrali Ecclesiae Guastallensi Exc. P. D. Gilbertum Baroni, Episcopum Regiensem in Aemilia.

— Titulari pro hac vice archiepiscopali Ecclesiae Aquavivensi Exc. P. D. Aloisium Rovigatti, deputatum Vicem Gerentem Vicariatus Urbis, hactenus Episcopum titularem Segermitanum.

die 23 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Sanctae Rosae in Argentina R. D. Adolfum Rochum Arana, Vicarium Episcopalem archidioecesis Bonaêrensis.

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i

RUMBEKENSIS - VAVENSIS - MOPOIENSIS - IUBAËNSIS

DECRETUM

De finium mutatione

Quo facilius et efficacius aeternae dominici gregis saluti eiusque regimini consuli possit, Exc.mi ac Rev.mi Ordinarii Conferentiae Episcopalis Sudanensis novam eamque aptiorem Vicariatus Apostolici Rumbekensis finium definitionem nuper ab Apostolica Sede expostulaverant.

Quapropter, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, praehabito favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Ubaldi Calabresi, Archiepiscopi titulo Fundani et Apostolici in Sudan Pronuntii, putans huiusmodi immutationes in bonum animarum cessuras esse, vigore specialium facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit ac inter

circumscriptiones ecclesiasticas Rumbekensem, Vavensem, Mopoiensem et Iubaènsem hos, qui sequuntur, fines constituendos esse decernit :

1. Pars Vicariatus Apostolici Rumbekensis, vulgo « Moru or Meridi District » (Equatoria Province) nuncupata, a memorato Vicariatu separetur et Praefecturae Apostolicae Mopoiensi uniatur;

2. Pars Vicariatus Apostolici Rumbekensis, vulgo ((Yei District » (Equatoria Province) nuncupata, ab eodem Vicariatu separetur et Vicariatui Apostolico Iubaensi uniatur ;

3. Pars Vicariatus Apostolici Vavensis, vulgo « Jur River District, Eastern Side » nuncupata, ab eodem Vicariatu separetur et Vicariatui Apostolico Rumbekensi uniatur; ita ut Vicariatus Apostolicus Rumbekensis dehinc hos, qui sequuntur, districtus civiles comprehendat : « Jur River, Eastern Side, District », « Lakes District » et ((Yirol District ».

Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando in perpetuam rei memoriam praesens decretum confici iussit et expediri.

Datum Romae ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 12 mensis ianuarii, a. D. 1973.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

II

NYERIENSIS - MERUENSIS - MACHAKOSENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Cum ad bonum animarum provehendum expostulatum sit ut territorium, sive paroeciae, vulgo, Ithanga Hills, hucusque pars dioecesis Nyeriensis, sive paroeciae, vulgo, Ekarakara, hucusque pars dioecesis Meruensis, districtui vero civili vulgo Machakos pertinens, a memoratis dioecesibus abstrahatur et dioecesi Machakosensi adscribatur, Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando, accepto favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Petri Aloisii Sartorelli, Archiepiscopi titulo Castellani atque Apostolici in Kenya Pronuntii, itemque consensu Exc.morum Ordinariorum,quorum interest,prae oculis habito,re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re haec Sacra Congregatio statuit ut territorium supra

memoratum a dioecesibus Nyeriensi et Meruensi separetur atque dioecesi Machakosensi uniatur, praesensque ad rem decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 12 mensis ianuarii a. D. 1973.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

£B D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

III

PUSANENSIS - MASANENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Quo facilius et efficacius spirituali dominici gregis saluti eiusque regimini consuli possit, Exc.mi ac Rev.mi Ordinarii dioecesium Pusanensis et Masanensis, novam eamque aptiorem inter easdem dioeceses finium definitionem nuper ab Apostolica Sede expostulaverant.

Quapropter, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, praehabito favorabili voto Rev.mi Domini Aloisii Bressan, negotiorum gestoris Sanctae Sedis in Corea, putans huiusmodi immutationes in bonum animarum cessuras esse, vigore specialium facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit ac proinde Districtus Civiles

de Chang-Nyeong-Gun,

de Keo-Je-Gun,

de Jin-Yeong-Eup, Jin-Rye-Myeon, Ibuk-Myeon

ex Kim-Hae-Gun, et

de Hanam-Myeon, Chodong-Myeon ex Miryang-Gun

a dioecesi Pusanénsi ad dioecesim Masanensem transtulit.

Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando in perpetuam rei memoriam praesens decretum confici iussit et expediri.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 19 mensis ianuarii a. D. 1973.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

rji Sergius Pignedoli, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

SYDNEYENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae a Cruce Mckillop, Fundatricis Congregationis Australianae Sororum S. Ioseph a Ss.mo Corde Iesu.

SUPER DUBIO

An introducenda sit eius Causa

In Australiana continenti, quondam appellata « antiqua Spiritus Sancti australi terra », divinum ipsum Flamen, superiore saeculo exoriente, almam germinare effecit Ecclesiam, usque ad extremum orbis, re quidem vera, fidelem Iesu Christi testem (cf. *Act.*, 1, 8) et piarum frugiferam operationum altricem. Quarum perspicuum praebet exemplum Serva Dei Maria a Cruce McKillop, eodem anno nata quo tres Australiae priores dioeceses conditae sunt.

Haec igitur Dei Famula, parentibus genere Scotis Alexandro McKillop et Flora Anna McDonald, in civitate *Fitzroy*, cui hodie nomen *Melbourne*, die Io Ianuarii 1842 progenita est ac die 28 Februarii in baptismate Maria Helena vocata. Vultu decora et indole vivax, arte musica a puella erudita est, magis autem mentis in Deum elevandae studiosa fuit et adversa tolerandi firmitate suffulta.

Domesticae praeceptricis et ludi magistrae officia in locis *Portland* et *Penóla* appellatis adulta aetate explevit, tanta peritia tantaque usa prudentia ut sacerdos Iulianus Tennison Woods, scholarum catholicarum moderator, illam confirmaret ad perficiendum una secum consilium, quod ipse ceperat, nempe instituendi religiosam mulierum societatem, cuius esset pueros egenos sacra praecipue doctrina excolere, ne in periculo contaminandae fidei versarentur.

Hanc ergo Sororum Congregationem a S. Ioseph viro provido nuncupatam, origine et propagatione in Australia maximam, Serva Dei anno 1866 in dioecesi *Adelaidensi* fundavit, quam legifer Iulianus Woods regulis fulsit ab episcopo Laurentio Bonaventura Shiel approbatis. Sanctum ideo suscepit suisque sodalibus mandavit ((ministerium

quo — ut verba S. ioseph de Calasanz afferamus — pueri praesertim pauperes instituuntur, ut sic edocti vitam consequi possint aeternam ... quod autem potissimum confert Ecclesiae, in cuius multimodam vivendi agendique rationem, tamquam Christi amatores Evangeliique assertores, maturius et efficacius inseruntur » *(Memoriale ad card. M. A. Tonti,* a. 1621 datum).

Praeter principem huiusmodi finem quo, Concilii Vaticani II sententia : ((Ecclesiae praesentia in scholarum campo ostenditur peculiari ratione per scholam catholicam » (Decr. *Gravissimum educationis,* 8), Maria McKillop nava et industria cum caritate saepe numero profuit auxiliandae hominum consortioni, plurium auctrix inceptorum pro cuiusque generis subsidii expertibus.

Die 15 Augusti 1867 mystice Deo revincta votis, Congregationis regimine ad annum 1885 ac deinde annis 1899-1909 functa est, varias perpessa controversias et angustias, quibus iusta et tenax propositi femina suaviter et humiliter obviam ivit, Apostolicae Sedis continuo fisa tutela, quae die 21 Aprilis 1874 Constitutiones ad tempus probavit et anno 1888 in perpetuum confirmavit.

Quot praeterea probrosis simultatibus et acerbis aegritudinibus petita fuerit quantove animo easdem evicerit, sola explicatur ratione quam apostolus Paulus significat scribens : « Omnia possum in Eo qui me confortât » *(Phil.,* 4, 13). Maria a Cruce idcirco, et re et nomine cunctis ita visa, ((inter multas persecutiones facilius invenit quemadmodum coronaretur » (S. AMBROSIUS, *Expositio in Ps. 118).*

In domo Sydneyensi, Instituti sui veluti matrice, die 8 Augusti 1909 Christi morti configurata (cf. *Phil.,* 3, 10) spiritu caelestia penetravit, dum in eius corpus ibidem humatum venerabundae plebis excrevit obsequium.

Actuosae ergo et egregiae ipsius sanctimoniae fama e memoria nec aequalium nec posterorum excidit : ideoque super ea Ordinaria Inquisitio in Curia Sydneyensi anno 1926 inchoata, anno 1951 completa et absoluta fuit; quam ultro adauxerunt sive Processus Additionalis Sydneyensis, sive Rogatoriales Brisbanensis et Adelaidensis, annis 1959-1961 constructi. Quod vero in optatis iam diu erat, anno 1962 renovarunt Postulatoriae Litterae numero 127 a cuiusvis ecclesiastici et civilis ordinis personis missae, quippe cum omnium interesset beatam renuntiari piam fortemque mulierem, de totius Australiae catholica et publica progressione bene meritam, illiusque continentis primam quae videretur caelitum honoribus efferenda.

Quare, post editum die 2 Aprilis 1954 super scriptis revisis decretum, instante Causae postulatore R. P. Theodoro Zamalloa, O.SS.Tr., die 4 Ianuarii 1973 habitus est S. C. 'pro Causis Sanctorum peculiaris Congressus, et die 30 sequenti peculiaris Patrum Cardinalium Congregatio adunata, in qua Rev.mus Dominus Silvius Cardinalis Oddi, Ponens seu Relator, dubium discutiendum proposuit : *An introducenda sit Causa beatificationis Servae Dei Mariae a Cruce McKillop,* deque ea retulit. Patres Cardinales ergo, omnibus de iure collatis, affirmantes de introducenda Causa responderunt, si Summo Pontifici visum esset.

Quibus de rebus certior factus, Summus Pontifex Paulus VI sententiam Patrum Cardinalium ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis pro Causis Sanctorum, die 1 Februarii a. D. 1973.

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

L. ffî S.

ffi F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì 18 Gennaio 1973, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor Arturo Morgan Morales, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Panama.

Lunedì 5 Febbraio 1973, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor Juan Pablo de Lojendio, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Spagna.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

2 febbraio 1973. S. E. Mons. Cassidy Edoardo, Arcivescovo tit. di Amanzia, ***Pro-Nunzio Apostolico nella Repubblica del Bangladesh.***

26 » » L'E.mo Signor Cardinale Baggio Sebastiano, ***Prefetto della Sacra Congregazione per i Vescovi.***

» » » S. E. Mons. Gantin Bernardin, già Arcivescovo di Cotonou, ***Segretario della Sacra Congregazione per r Evangelizzazione dei Popoli.***

» » » S. E. Mons. Lourdusamy Simon D., già Arcivescovo di Bangalore, ***Segretario della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.***

» » » S. E. Mons. Casoria Giuseppe, Arcivescovo tit. di Vescovio, ***Segretario della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.***

» » » S. E. Mons. Innocenti Antonio, Arcivescovo tit. di Eclano, ***Segretario della Sacra Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

10 febbraio 1973. S. E. Mons. Rovigatti Luigi, Vescovo tit. di Segerme, *Vicegerente di Boma.*
12 » » Mons. Cattani Ginseppe, *Capo Ufficio della Sacra Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti.*
16 » » Mons. Reghezza Giovanni, *Sotto-Segretario della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*
19 » » Mons. Rossano Pietro e P. Mallet Jean, O.S.B., *Membri della Pontificia Commissione per la Neo-Volgata.*
» » » Mons. Virgulin Stefano, Sac. Gross Heinrich, P. Boccaccio Pietro, S.I., *Consultori della Pontificia Commissione per la Neo-Volgata.*

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha conferito:

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

21 ottobre 1972. Al sig. Martelli Gisberte (Milano).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

1 settembre 1972. Al sig. Seifriz Adalberto (Rottenburg).

NECROLOGIO

1 febbraio 1973. Mons. Tubino Mongilardi Fidel Mario, Vescovo tit. di Cernizza.
2 » » Mons. Rauzi Oreste, Vescovo tit. di Argo.
10 » » Mons. García Martínez Fidel, Vescovo tit. di Sululi.
12 » » Mons. Russo Innocenzo Alfredo, Vescovo tit. di Pege.
15 » » E.mo Sig. Cardinale Liénart Achille, già Vescovo di Lille.
» » » Mons. O'Reilly Michael, già Vescovo di Saint George's.
16 » » Mons. Latusek Pawel, Vescovo tit. di Anineta.
» » » Mons. Cicuttini Luigi, già Vescovo di Città di Castello.
» » » Mons. Elwell Clarence, Vescovo di Columbus.
17 » » Mons. Healy Farmer John, Vescovo di Gibraltar.

An. et vol. LXV 31 Martii 1973 N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Munera Cancellariae Apostolicae in Secretariam Status seu Papalem transferuntur.

PAULUS PP. VI

Quo APTIUS Romanae Curiae ministeria necessitatibus Ecclesiae servirent, Summi Pontifices constanti studio annisi sunt, ut ea recte disponerentur, opportune immutarentur, noviter constituerentur. Neque aliud Nobismetipsis propositum fuit, cum, post Oecumenicum Concilium Vaticanum II celebratum, per Apostolicam Constitutionem « Regimini Ecclesiae universae » totam Sacrorum Dicasteriorum ordinationem definivimus, hodiernis temporibus magis congruentem.[1] Quod quidem opus, ecclesiali quadam dynamica vi impellente, aliqua ex parte postmodum recognitum fuit atque perfectum; cui rei documento sunt sive duae Congregationes pro Cultu Divino et pro Causis Sanctorum, e vetere Sacra Rituum Congregatione exortae, sive recentius condita consilia seu instituta.[2] Id ipsum nunc pertinere arbitramur ad Cancel-

[1] Cf. *A.A.S.* LIX (1967), pp. 885 ss.

[2] Const. Apost. *Sacra Rituum Congregatio: A.A.S.* LXI (1969), pp. 297ss.; Litterae Apost. *Apostolicae caritatis* motu proprio datae, quibus Pontificia Commissio de spirituali migratorum atque itinerantium cura constituta est: *A.A.S.* LXII (1970), pp. 193ss.; Epistula *Amoris officio,* qua Pontificium Consilium «Cor Unum» de humana et christiana progressione fovenda in Urbe conditum est: *A.A.S.* LXIII (1971), pp. 669 ss.; institutum hoc ipso anno consilium v.d. *Comitato per la Famiglia: A.A.S.* LXV (1973), pp. 60-61.

lariam Apostolicam, pernobile sane et antiquissimum officialium corpus, quod olim principem locum obtinuisse egregiamque operam Romanis Pontificibus constat navavisse.

Etenim, ut alia quaevis auctoritas, ita et regimen Ecclesiae prisca aetate et, augescentibus eiusdem ministeriis, magis in dies opus habebat adiutoribus ad negotia expedienda, imprimis ad epistulas et ad acta conscribenda, mittenda, servanda. Viri, huic rei dediti, appellabantur *notarii* et *scriniarii*, qui per priora medii aevi saecula, nulla quidem distinctione insignes, quamquam in collegium congregati, Romanae Ecclesiae erant administri.

Cum vero munera huiusmodi, quae hodie propria esse dici possint ((secretariae generalis Summi Pontificis », etiam amplioribus auctibus crevissent, inde a saeculo **xi** Officium, ab aliis seiunctum, est constitutum, cui praepositus, nomine Bibliothecarii, Cancellarii, Vicecancellarii appellatus, moderabatur et nonnulli adiutores operam dabant. Huius Officii, quod Cancellaria Apostolica nuncupabatur, erat adumbrata exempla actorum componere, haec ipsa deinde perscribere, in codices seu elenchos referre, legitimo sigillo instructa emittere.

Eo autem, quod actionis campus tantopere amplificabatur et negotia una cum actis ad eadem spectantibus multiplicabantur, varia munera, huic Cancellariae commissa, postmodum coepta sunt dividi, et sic factum est, ut ad illa expedienda Officia propria conderentur, ab ipsa Cancellaria separata. Quorum haec sunt praecipua : Dataria Apostolica, quae, magna parte munerum Cancellariae Apostolicae ablata, supplices libellos, Pontifici porrectos, recognoscendos et gratias concedendas, postea etiam rem ad beneficia ecclesiastica spectantem curabat ; et Secretaria Status, cuius initium saeculo xv tribuitur — Camera Secreta tunc dicebatur — quaeque saeculis **xvi** et **xvn** magis progressa est, cum Secretarius Status exsisteret, vir, cui Pontifex prorsus fidem haberet et qui eius mentem probe interpretaretur et iussa accurate exsequentur. Quae quidem Secretaria, cuius erat negotia secreta <(diplomatica » tractare epistulasque eodem pertinentes scribere, in hac ipsa re, novorum temporum rationem habens, etiam lingua vulgari utebatur. Ex eadem originem traxerunt Secretaria Brevium ad Principes et Secretaria Litterarum Latinarum, quae propria Officia postea evaserunt. Recensenda est etiam Secretaria Brevium Apostolicorum, quae, Summo Pontifici proxime subiecta, ab exeunte saeculo **xiv** epistulas forma minus insigni concinnatas expediebat. Sacrae vero Romanae Curiae Congregationes, saeculo **xvi** constitutae, quaedam acta, novam pro-

vinciam suam respicientia, per se ipsas conficiebant, quae ideo dempta sunt Cancellariae Apostolicae.

Itaque has ob causas aliasque res, progressione historica inductas, recentiore aetate ineunte numerus seu amplitudo munerum Cancellariae Apostolicae gradatim perquam imminuebatur et coartabatur. Etiam in renovatione Curiae Romanae, quam S. Pius X perfecit quamque Nos per memoratam Constitutionem sumus aggressi, id solum Cancellariae Apostolicae mandatum est, ut quaedam insignioris formae acta Pontificia appararet, conscriberet, emitteret.

Est demum animadvertendum secundum Romanae Curiae ordinationem, quam per eandem Constitutionem suscepimus, nonnulla Officia, quae negotia, olim Cancellariae Apostolicae propria, accurabant, Secretariam dicimus Brevium Apostolicorum, Secretariam Brevium ad Principes, Secretariam Litterarum Latinarum, iam transisse ad Secretariam Status, quae nunc est quasi restituta illa vetusta Cancellaria Apostolica, novis quidem necessitatibus conformata atque disposita.

Quapropter, illa praeterea attendentes, quae ad cuiusvis generis Latinas Litteras Apostolicas conficiendas pertinent, et huiusmodi publicorum actorum uniformi rationi studentes, necnon annitentes, ut hoc ministerium simplicius et efficacius reddatur ad utilitatem Ecclesiae, cui ceterum tota Romana Curia deservit, expedire censemus, ut omnia negotia, antea diversimode distributa, in unam sedem conferantur eique Dicasterio concredantur, quod suapte natura Romano Pontifici proxime adest ipsique est ab epistulis.

Quae cum ita sint, cunctis mature perpensis auditisque peritorum sententiis, haec, quae sequuntur, statuimus :

1. Officium Cancellariae Apostolicae in Romana Curia uti tale esse desinit, et ea quae prius negotia eidem exsequenda committebantur circa Litteras Decretales, Constitutiones Apostolicas, Brevia maioris momenti ceteraque attribuuntur Nostrae Secretariae Status seu Papali, ubi sigillum plumbeum atque anulus Piscatoris summa cura erunt custodienda.

2. Praedicta negotia, intra Secretariam Status, curabuntur a peculiari officio, de quo in memorata Constitutione Apostolica « Regimini Ecclesiae universae », n. 22, I° et 2° agitur[3] — est autem in unum redactum — et quod Cancellaria Litterarum Apostolicarum appellabitur.

[3] Cf. *A.A.S.* LIX (1967), p. S96.

3. Quod ad Praepositos, Officiales ministrosque Cancellariae Apostolicae, quae hucusque fuit, attinet, Apostolicae Sedis erit iisdem, pro rei opportunitate, prospicere.

4. Fidei professio, quam antea in aedibus Cancellariae Praesules recens electi pronuntiabant, in posterum apud Sacram Congregationem pro Episcopis erit iis proferenda.

5. Consentanea ratione, id quod Protonotariis Apostolicis de numero participantium in eadem Cancellaria usque adhuc erat agendum, in posterum apud Secretariam Status seu Papalem ipsis erit praestandum.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus contrariis quibuslibet, etiam specialissima mentione dignis, nihil obstantibus; easdemque Litteras, quo die vulgentur, statim vigere.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxvn mensis Februarii, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri decimo.

PAULUS PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

LAGOSENSIS (IJEBUODENSIS)

Quibusdam detractis territoriis ab archidioecesi Lagosensi, nova conditur dioecesis « Ijebuodensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiarum omnium utilitati consulere cupientes, quas ab omnipotentis Dei voluntate quasi splendidas margaritas tuendas accepimus, nihil umquam intentatum relinquimus, quod aptiori earum gubernationi, atque fidelium bono conducere videatur. Libentissimo propterea animo sententiam accipiendam esse putavimus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, quae, post auditos venerabilem Fratrem Aloisium Bellotti, Archiepiscopum titulo Voncarianensem et Apostolicum in Africa Centro-Occidentali Delegatum

atque Ordinarium cuius interest, proposuit ut, certis ab archidioecesi Lagosensi distractis territoriis, nova constitueretur dioecesis. Suprema ideo usi Nostra potestate, ab Ecclesiae quam diximus territorio, partem separamus quae componitur provincia civili, cui nomen vulgo Ijebu; ex eaque dioecesim condimus *Ijebuodensem* nuncupandam atque metropolitanae Sedi Lagosensi subiciendam. Conditae dioecesis, quae Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione obnoxia perget esse, sedes Episcopique domicilium in urbe Ijebu-Ode erunt, cathedra quoque episcopalis auctoritatis inibi exstabit, in aede scilicet S. Sebastiano dicata, quam per has Litteras ad cathedralis templi dignitatem evehimus. Decernimus praeterea ut, pro Canonicorum collegio Consultores dioecesani deligantur, ad Codicis Iuris Canonici normas. Ea demum quae praescripsimus ut ad effectum adducantur curet venerabilis Frater Aloisius Bellotti, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui autem negotium perfecerit, congrua documenta exaranda studeat ad Sacramque Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
8. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
8. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXXII, n. 15.

II

ANTEQUERENSIS
(HÜAUTLENSIS)

Quibusdam detractis territoriis ab archidioecesi Antequerensi, in Mexico, nova conditur praelatura, nomine Huautlensis.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad bonum animorum procurandum maximopere pro apostolico Nostro munere consulentes, precibus accedendum esse censuimus venerabilis Fratris Ernesti Corripio Ahumada, Archiepiscopi Antequerensis, qui, post auditum de more Episcoporum Mexicanorum coetum, ab Apostolica Sede petiit ut, quo aptius prospiceretur incolis civilis regionis vulgo Oaxaca, Mazatecos cognominatis, nova e peramplo Sedis suae territorio ecclesiastica circumscriptio excitaretur. De sententia ideo venerabilis Fratris Caroli Martini, Archiepiscopi titulo Abaritani et in Mexicana Eepublica Apostolici Delegati, sequentia decernimus. Ab archidioecesi Antequerensi, quam diximus, integrum territorium separamus quod complectitur paroecias vulgo S. Juan Bautista, S. Francisco de Asis, Santa María en Rio Sapo et S. José Tenango iisdemque praelaturam constituimus, *Huautlensem* appellandam atque iis circumscribendam finibus quibus dictae paroeciae terminantur. Praelati sedem in urbe vulgo Huautla de Jiménez statuimus ; curíale vero templum ibi exstans, Deo dicatum in honorem S. Ioannis Baptistae, ad dignitatem praelaticii evehimus, cum debitis iuribus, cuius praeterea sacrorum Antistiti congrua quoque una cum privilegiis officia imponimus, ad normam iuris communis. Eandem praelaturam metropolitanae Ecclesiae Antequerensis suffraganeam facimus ; item eius Praelatus Antequerensi Metropolitae subdatur. Mandamus insuper ut mensa praelaticia Curiae emolumentis constituatur, fidelium sponte oblatis pecuniis bonisque ad canonem 1500 Codicis Iuris Canonici ei obvenientibus. Ad Seminarium quod attinet, idem struatur servatis normis iuris communis, decreto ((Optatam totius » Concilii Vaticani II atque peculiari documento Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, cui index Ratio fundamentalis. Seminarii autem selecti iuvenes Romam mittantur apud Pontificium Colle-

gium Mexicanum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Quod spectat praelaturae regimen, administrationem, Vicarii Capitularis electionem aliaque id genus, quod sacri canones praescribunt adamussim serventur. Simul ac Apostolicae hae Litterae ad effectum adductae fuerint, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adstricti in cuius territorio officium ecclesiasticum habeant; ceteri autem sacerdotes, clerici Seminariique tirones ei, in qua legitime degant. Acta denique et documenta quae praelaturae Huautlensis constitutionem respiciunt eiusdemque clericos, fideles ac bona temporalia, a Curia Antequerensi ad Huautlensem mittantur, in tabulario religiose custodienda. Haec quae praescripsimus ad effectum adducat venerabilis Frater Carolus Martini, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, perfectique negotii documenta ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus Nostri decimo.

£B ALOISIUS Card. TRAGLIA
8. R. E. Cancellarius

£B CAROLUS Card. CONFALONIERI
8. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLII, n. 58.

III

DE LOUIS TRICHARDT
(DE LOUIS TRICHARDT - TZANEEN)

Praefectura apostolica de Louis Trichardt ad gradum dioecesis evehitur nomine de Louis Trichardt-Tzaneen.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi iussum, eundi nempe in mundum universum Evangelii praedicandi causa (cf. *Me.* 16, 15), quemadmodum beatos apostolos eorumque successores, sic Nos quoque urget, ut divini Redemptoris nostri propagandae fidei finem nullum faciamus, quin immo, humanis divinisque opibus freti, opus illud intendamus : non solum enim id iussum divinum mandatum est, sed etiam tale, in quo aeterna hominum salus consistat atque idcirco immortalium bonorum adeptio. Quam ob rem, cum Sacrae Congregationi Christiano Nomini Propagando visum fuerit Praefecturam apostolicam De Louis Trichardt ad dignitatem dioecesis evehere, per quam rem sive christianae religionis nuntiis ibidem laborantibus meritae laudis praemium attribueretur, sive stimuli admoverentur ad maiores pro Christo labores, Nos bene negotio reputato consilioque petito a venerabili Fratre Alfredo Poledrini, Archiepiscopo titulo Vazaritano et in Africa meridionali apostolico Delegato, haec statuimus. Praefecturam apostolicam de Louis Trichardt ad gradum atque dignitatem dioecesis tollimus, quae *de Louis Trichardt-Tzaneen* appellabitur metropolitanae Sedi Praetoriensi subiecta atque Sacrae Congregationi Pro Gentium Evangelizatione seu De Propaganda Fide obnoxia. Episcopalem Sedem dioecesis in urbe Tzaneen collocamus, in cuius templo SS. Trinitati sacro Praesul cathedram docendae doctrinae ponet. Si praeterea ad praesens Canonicorum Collegium condi nequeat, indulgemus ut eorum loco Consultores dioecesani deligantur, qui Episcopo opera atque consilio assint, ab officio cessaturi, eo Collegio constituto. Cetera ad iuris Canonici praescripta agantur. Quae autem per has Litteras iussimus, venerabilis Frater Alfredus Poledrini ad exitum adducet, vel quem ipse delegaverit, factis necessariis potestatibus. Re vero acta documenta exarentur, atque Sacrae Congregationi sinceris exemplis tradantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Consti-

tutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus Nostri decimo.

£& ALOISIUS Card. TRAGLIA
8. R. E. Cancellarius

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco jji Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLII, n. 62.

IV

GORZOVIENSIS

In dioecesi Gorzoviensi Canonicorum Collegium constituitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cathedralia Collegia, seu Canonicorum Capitula, quantopere Dei gloriae procurandae conducant, quantoque sacris Episcopis sint auxilio, id cum omnibus tum praesertim venerabilibus Ecclesiae pastoribus notum est, quorum sacrarum caerimoniarum splendorem maiestate sua Canonici augent, quorumque consilia prudentia ac sapientia sua confirmant. Quae sane causa est, cur singularum dioecesium Praesules, de summi Numinis honore solliciti deque animorum salute, saepe ab apostolica Sede collegia illa in sua ipsorum dicione constitui postulent. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Villelmus Pluta, Episcopus Gorzoviensis, quam dioecesim die duo de tricesimo mensis iunii, hoc anno,

constituimus, apostolicis datis Litteris « Episcoporum Poloniae », a Nobis id petierit, ut in sua cathedrali aede tale collegium conderetur, idque a Sacra Congregatione pro Clericis, factis olim a Nobis facultatibus, statutum esset, Nos, re bene reputata, admotae expostulationi concedimus. Cathedrale igitur Canonicorum Collegium in dioecesi Gorzoviensi constitui placet, iuxta ea quae Sacra Congregatio pro Clericis statuerit, ea lege, ut tribus dignitatibus coalescat, quae sunt Praepositus, Decanus et Parochus, atque novem Canonicis, quorum duo theologi ac paenitentiarii officia tueantur. Dignitates et canonicatus ad praescripta iuris communis conferantur. Item Collegii leges conficiantur, eademque diligenter serventur iuxta statuta canonum C.I.C. atque Oecumenici Concilii Vaticani II, eiusque normas exsecutivas, ut dicunt. Scilicet omnia iura et privilegia quae iure communi huiusmodi Collegiorum propria sunt, etiam Capitulo Gorzoviensi facimus aequo animo. Ceterum ea quae per has Litteras iussimus, venerabilis Frater Villelmus Pluta ad exitum adducet, vel quem ipse delegaverit, factis ad id necessariis facultatibus; qui profecto, re acta, documenta exarari faciet eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Clericis cito mittet.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duo de tricesimo mensis novembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus Nostri decimo.

£8 ALOISIUS Card. TRAGLIA
R. E. Cancellarius

IOANNES IOSEPHUS Card. WRIGHT
S. Congr. pro Clericis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Gaspar Cantagalli, *Proton. Apost. s. n.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CZLII, n. Iß.

V

OKLAHOMENSIS ET TULLENSIS ET ALIARUM

Quibusdam territoriis dioecesis Oklahomensis et Tulsensis nova alia conditur, Tulsensis nomine. Provincia praeterea ecclesiastica Oklahomensis constituitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

De sanctae Christi Ecclesiae utilitate maximopere solliciti fideliumque bono omnimode comparando magis in dies studentes, precibus accedendum esse censuimus Coetus seu Conferentiae Episcopalis Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis quae, de sententia sacrorum quorum negotium interesset Praesulum, ab Apostolica Sede petiit ut nova ibi locorum sive dioecesis excitaretur sive provincia ecclesiastica. Audito ideo venerabili Fratre Aloisio Raimondi, Archiepiscopo titulo Tarsensi atque in Civitatibus quas diximus Apostolico Delegato, deque consilio venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis Sacrae Congregationis pro Episcopis Praefecti, Nostra auctoritate sequentia decernimus. A dioecesi Oklahomensi et Tulsensi territoria separamus comitatuum, vulgo Adair, Atoka, Bryan, Cherokee, Choctaw, Coal, Craig, Creek, Delaware, Haskell, Hughes, Latimer, LeFlore, McCurtain, Mclntosh, Mayes, Muskogee, Nowata, Okfuskee, Okmulgee, Osage, Ottawa, Pawnee, Payne, Pittsburg, Pushmataha, Rogers, Sequoyah, Tulsa, Wagoner et Washington iisque dioecesim condimus *Tulsensem* appellandam iisdemque cingendam finibus ac comitatus, quos nominavimus. Novae dioecesis sedes in urbe Tulsa ponatur, Episcopi vero cathedra in sacra aede ea in urbe exstante, Deo dicata in honorem Sacrae Familiae, adhuc titulo concathedralis Oklahomensis et Tulsensis ornata, quae dehinc cathedralis habebitur cum iustis iuribus. Episcopus autem una cum iuribus officia praeterea habebit, muneris episcopalis propria. Mandamus insuper ut constitutae dioecesis mensa episcopalis Curiae emolumentis constituatur, fidelium sponte oblatis pecuniis, bonorumque parte quae ad normam canonis 1500 Codicis Iuris Canonici ad eam pertinent; ut consultores dioecesani in ea eligantur, quoadusque videlicet Canonicorum Collegium non condatur; ut ad seminarii erectionem quod spectat alumnorumque educationem, praescripta iuris communis serventur, decreta Concilii Vaticani II peculiaresque normae Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica; ut, dioecesi constituta, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur addicti in cuius territorio beneficium

vel officium ecclesiasticum habeant, ceteri vero sacerdotes, clerici seminariique tirones ei, in qua legitime degant; ut documenta quae novam dioecesim respiciant, clerum, fideles bonaque temporalia a Curia episcopali Oklahomensi et Tulsensi ad eam mittantur, in tabulario custodienda. Item mandamus ut dioecesis, quae, antea Oklahomensis et Tulsensis, dehinc vero Oklahomensis appellabitur, a provincia ecclesiastica Sancti Antonii separetur eademque metropolitana fiat, cum debitis iuribus et privilegiis, ita videlicet ut una cum suffraganeis sedibus Tulsensi, hodie condita, et Petriculana, a provincia ecclesiastica Novae Aureliae separata, novam provinciam ecclesiasticam constituat. Per has denique easdem Litteras Apostolicas venerabilem Fratrem Ioannem R. Quinn, adhuc Episcopum Oklahomensem et Tulsensem, ad Archiepiscopi dignitatem evehimus, cum iuribus et obligationibus quae ad normas sacrorum Canonum Archiepiscopos Metropolitas ornant et onerant. Haec quae praescripsimus ad effectum adducat venerabilis Frater Aloisius Raimondi, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, effectique negotii documenta ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertiodecimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo secundo. Pontificatus Nostri decimo.

£B ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

£ß CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

£B Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco gß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLII, n. 70.

VI

KAGOSHIMAENSIS
(NAHANAB)

Territoriis nonnullis a dioecesi Kagoshimaensi detractis, nova quaedam dioecesis conditur, Nahana nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Iaponica Terra, Nobis summe cara, tum ingenio civium, tum rerum gestarum gloria, tum praesertim ob christianae fidei data testimonia, cum sanctissimae religionis Christi latius propagandae spes alat, idcirco persaepe in cogitationibus Nostris, in curis, in coeptis versatur. Qui, si cogitando, curando, nationi atque ecclesiae illi prodesse potuimus, summi simul Numinis gloriae Nos consuluisse putamus. Quam ob rem, cum venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales, Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praepositi, post negotium bene reputatum atque consilium petitum a venerabili Fratre Brunone Wuestenberg, Archiepiscopo titulo Tyrensi et in Iaponia Pronuntio, recte fieri censuerint, si in ea terra nova dioecesis constitueretur, Nos expostulationi concedentes, haec statuimus. A dioecesi Kagoshimaensi territoria civilia quae populus ((Ryu-Kyu » cognominat separamus ; quibus terris novam dioecesim condimus, a principe regionis illius urbe *Nahanam* appellandam, atque archidioecesi Nagasakiensi suffraganeam. In qua urbe nempe Sedem Episcopi collocamus, cathedramque ponimus episcopalis auctoritatis in templo eius praecipuo, quod dignitate templi cathedralis ornamus. Placet etiam consultores dioecesanos constitui, qui sacro Praesuli assint consilio, opera, ad iuris Canonici praescripta. Cetera, legibus ecclesiasticis temperentur. Quae autem per praesentes Litteras decrevimus, venerabilis Frater Bruno Wuestenberg ad exitum deduci curabit, factis ad id facultatibus, quas poterit, si visum, alii delegare, modo in ecclesiastica dignitate constituto.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini prae-

terea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Eomae, apud S. Petrum, die duo de vicesimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus Nostri decimo.

£8 ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLII, n. 88.

VII

KUALALUMPURENSIS - MALACENSIS GIOHORENSIS-SINGAPORENSIS

In Malaysia occidentali nova provincia ecclesiastica conditur; in Republica Singapore archidioecesis Singaporensis Sedi Apostolicae recto subicitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Spe certa ducti fore ut aliquando quae Daniel propheta providit (cf. *Dan.* 2, 35) ad rem adducantur, Ecclesiam nempe, Christi regnum in terris, fines ad omnes gentes esse prolaturam in omnium populorum salutem, nihil omnino omittimus, quin immo in hoc omni cogitatione curaque incumbimus, ut, quantum fieri maxime potest, diem illam, missis qui praedicent, delectis qui regant, Ecclesiis solide constitutis, matüremus. Quam ob rem, cum res christiana in Malaysia occidentali

magna suscepisse^ incrementa, atque maiora futura praevideantur > bene fieri visum est, si ibi loci nova provincia ecclesiastica constitueretur ac nonnullarum ecclesiarum fines aliter disponerentur. Qua re, venerabili Fratre Ioanne Moretti, Archiepiscopo titulo Vartanensi atque in Thailandia Pronuntio et in Laos, Malaysia ac Singapore Apostolico Delegato, sententiam rogato; item Coetu Episcoporum Malaysiae et Singapore ante audito Consilio et Patrum Cardinalium Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione, haec decernimus : In Malaysia occidentali nova conditur provincia ecclesiastica, quae constabit : metropolitana atque residentiali Ecclesia Kualalumpurensi, hactenus cathedrali Sede Kuala Lumpurensi, quae suffraganea fuit Ecclesiae Malacensi-Singaporensi ; et suffraganeis dioecesibus : Pinangensi, adhuc suffraganea archidioecesi Malacensi-Singaporensi, Malacensi-Giohorensi, per has apostolicas Litteras condita, cuius nempe sedes erit in urbe Johore Bahru, cathedra in templo B. M. V. Immaculatae Conceptioni sacro, in eadem civitate, ac territorium tam patebit, quam regio eius partis Malaysiae quae est ab archidioecesi Malacensi-Singaporensi separata. Ad Ecclesiam Singaporensem quod attinet, archiepiscopalem atque residentialem, erit eadem Sanctae Sedi recto subiecta, toto atque solo territorio Rei publicae Singaporensis coalescet, iusque retinebit sacri Pallii postulandi. Praeterea decernimus ut circumscriptiones omnes quas recensuimus sint Sacrae Congregationi De Propaganda Fide obnoxiae; earum Praesules ita promoveantur aut transferantur, ut venerabilis Frater Michael Olçomendy, adhuc Archiepiscopus Metropolita Malacensis-Singaporensis, sit Archiepiscopus Singaporensis; venerabilis Frater vero Dominicus Vendargon, hactenus Episcopus Kuala Lumpurensis, sit Archiepiscopus Metropolita Kualalumpurensis. Cetera ad ius commune fiant. Hae autem Litterae ad exitum adducantur a venerabili Fratre Ioanne Moretti, cuius mentionem fecimus, vel ab eo qui fuerit ab ipso delegatus. Actae vero rei documenta exarentur, sincerisque exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione seu De Propaganda Fide cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis

impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duo de vicesimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus Nostri decimo.

ꠥB ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLII, n. 76.

VIII

NDANDAËNSIS
(MTUARANAE)

Abbatia nullius Ndandaënsis ad gradum dioecesis evehitur, indito nomine Mtuarana.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum omnibus perspectum sit efficentius ibi Evangelii praecones operari ubi aptius sint ecclesiasticae circumscriptiones dispositae, sententiam accipiendam esse putavimus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione, quae, christifidelium utilitati prospiciens, id Nobis proposuit, ut Abbatiam nullius Ndandaënsis, in Tanzania, ad dioecesis dignitatem eveheremus; qua quidem elatione non solum catholicae rei magis magisque allata incrementa significari et probari, verum etiam debitam tribui sodalibus Congregationis Ottiliensis Sancti Benedicti laudem, tandiu ibi locorum tamque impense ad hunc usque diem labo-

rantibus. Auditis igitur hoc super negotio venerabilibus Fratribus Francisco Brambilla, Archiepiscopo titulo Viminaciensi atque in Tanzania Apostolico Pronuntio, et Antonio Victore Haelg, Episcopo titulo Baianensi atque Abbate nullius Ndandaënsi, apostolica Nostra potestate Abbatiam quam diximus ad dioecesis gradum attollimus, nomine *Mtuarana,* quae metropolitanae Sedi Daressalaamensi suffraganea erit atque Sacrae Congregationi pro gentium Evangelizatione obnoxia. Episcopi sedes in urbe vulgo Mtwara praeterea erit; episcopalis vero magisterii cathedra in sacra eiusdem urbis aede principe ponetur. Hae Nostrae sub plumbo Litterae ad effectum adducantur a venerabili Fratre Francisco Brambilla, quem diximus, vel ab eo delegato sacerdote, perfectique negotii sueta documenta ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittantur, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodevicesimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus Nostri decimo.

£8 ALOISIUS Card. TRAGLIA
8. R. E. Cancellarius

AGNELLUS Card. ROSSI
8. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

£& Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tai., vol. CXLII, n. **77.**

IX

BOIANENSIS - CAMPOBASSENSIS

Cathedralis Ecclesia Boianensis-Campobassensis ad archiepiscopalis gradum evehitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pontificalis Nostri officii curas eo praecipue intendimus ut Ecclesiis omnibus, quantum in Nobis est, apte consulamus ac proinde perlibenter honores et dignitates illis Sedibus largimur quae, antiquitate illustres, virtutibus, religionis studio erga Petri cathedram amore renident. Cuius rei testimonio dioecesis Boianensis-Campobassensis est quam ad potioris dignitatis gradum extollendam censemus. Ideo precibus dicionis Molisanae Episcoporum benigne annuentes et iis omnibus auditis quos oporteret, Apostolica Nostra potestate cathedralem Ecclesiam *Boianensem-Campobassensem,* hactenus metropolitanae Ecclesiae Beneventanae suffraganeam, ad archiepiscopalis titulum attollimus, Sanctae Sedi immediate subiectam declaramus, eidem simul omnia iura et privilegia tribuimus, archiepiscopalium Sedium propria. Item Boianensem-Campobassensem sacrorum Antistitem Archiepiscopi titulo augemus eique concedimus ut, praeter cetera archiepiscopalia insignia et honores, possit in suo territorio et Crucem ante se ferre in caeremoniis peragendis, et Pallio uti, postquam tamen illud in publico Consistorio impetraverit. Canonicorum vero collegium ad honorem et dignitatem evehimus archiepiscopalem, cum omnibus simul iuribus et privilegiis, quibus eiusdem ordinis collegia iure communi fruuntur. Decernimus praeterea ut, apostolicis his iisdem Litteris, venerabilis Prater Albertus Carinci, qui modo episcopalem Sedem Boianensem-Campobassensem regit, ad Archiepiscoporum ordinem promoveatur, factis eiusdem dignitatis iuribus, impositis obligationibus. Haec denique quae praescripsimus ad effectum adducat venerabilis Prater Romulus Carboni, Archiepiscopus titulo Sidoniensis atque in Italia Apostolicus Nuntius, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui vero negotium perfecerit, sueta documenta exaranda curet

ad Sacramque Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

I$l ALOISIUS Card. TRAGLIA
8. R. E. Cancellarius

£ß CAROLUS Card. CONFALONIBRI
8. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco **83** Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CXLIII, n. 27.

X

POTENTINAE

Cathedralis Ecclesia Potentina ad archiepiscopalis gradum evehitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Italicas inter civitates, insignis iure meritoque Potentina censeatur, quae videlicet vetustate praestet, firma christiani populi fide

inque Romanos Pontifices veneratione constanti atque integra, visum est Nobis propensiorem esse Nostram in eiusdem clerum et populum significandam voluntatem, qui suam dioecesim petierunt ut ad archiepiscopalis gradum dignitatemque eveberemus. Hac enim elatione non solum publicam meritae laudis commendationem tribuere putamus, verum etiam ad maiora in dies catholica incepta provehenda allicere. Iis ideo auditis quos oporteret, Apostòlica Nostra potestate cathedralem Ecclesiam *Potentinam*, hactenus metropolitanae Acheruntinae suffraganeam, ad archiepiscopalis titulum attollimus, Sanctae Sedi recto subiectam declaramus, eidem simul omnia iura et privilegia tribuimus, archiepiscopalium Sedium propria. Item Potentinum sacrum Antistitem titulo Archiepiscopi augemus eique concedimus, ut, praeter cetera archiepiscopalia insignia et honores, possit in suo territorio et Crucem ante se ferre in caerimoniis peragendis, et Pallio uti, postquam tamen illud in publico Consistorio impetraverit. Canonicorum vero collegium ad honorem et dignitatem evehimus archiepiscopalem, cum omnibus simul iuribus et privilegiis, quibus eiusdem ordinis collegia iure communi fruuntur. Decernimus praeterea ut, Apostolicis his iisdem Litteris, venerabilis Frater Aurelius Sorrentino, qui modo episcopalem Sedem Potentinam regit, ad Archiepiscoporum ordinem promoveatur, factis eiusdem dignitatis iuribus, impositis obligationibus. Haec denique quae praescripsimus ad effectum adducat venerabilis Frater Romulus Carboni, Archiepiscopus titulo Sidoniensis atque in Italia Apostolicus Nuntius, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui vero negotium per r fecerit, sueta documenta exaranda curet ad Sacramque Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione

sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

£B ALOISIUS Card. TRAGLIA
8. R. E. Cancellarius

£& CAROLUS Card. CONPALONIERI
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLIII, n. 28.

XI

URBIS

Curiale templum S* Antonii Patavini in via Tusculana Titulo Cardinalicio ditatur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Purpuratis Patribus assignandi cum haud iam sufficiant presbiterales qui in Urbe eminent Cardinalicii tituli, cumque ideo oporteat ut novos, novis cooptatis Sanctae Romanae Cardinalibus, creemus, visum est Nobis templum etiam S. Antonii Patavini in via Tusculana ad eam dignitatem attolli posse. Praestat enim christiani populi frequentia rerumque catholicarum coeptis egregiis. Apostolica igitur Nostra potestate, sacram aedem quam diximus, Deo dicatam in honorem *S. Antonii Patavini*, in via Tusculana, ad gradum presbyteralis tituli Cardinalicii evehimus, datis iuribus privilegiisque, ad huiusmodi templa pertinentibus. Mandamus praeterea ut hae Litterae Nostrae clero ac populo publice legantur, die recurrente festo de praecepto, perfectaeque rei documentum ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittatur, de more signatum sigilloque ; impressum.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

£8 ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. B. E. Cancellarius

£& CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Begens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco ffi Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLIII, n. 48-

XII

URBIS

Titulus Cardinalibus Presbyteralis S. Emerentianae ad Turrim « Fiorenza » in Urbe constituitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ab antiquis quidem temporibus huius Romanae et Apostolicae Sedis positum est in more ut S. R. E. Patribus Cardinalibus unum e praecipuis Urbis templis tribueretur quae vel antiquitate, vel artis magnificentia vel catholicarum rerum inceptis egregiis praestarent. Nos

igitur mox eligendis Purpuratis Patribus proprium titulum assignare volentes nec tamen satis pro eorum numero habentes, templum quoque *8. Emerentianae* ad Turrim « Fiorenza », suprema et apostolica Nostra potestate, presbyterali cardinalicio titulo honestamus, datis iuribus et privilegiis, quae huiusmodi Romanae sacrae aedes habent. Mandamus autem ut hae Nostrae sub plumbo Litterae, eius cura qui templo S. Emerentianae ad Turrim « Fiorenza » praeest, publice clero atque populo legantur, die recurrente festo de praecepto, peractaeque rei congruum documentum ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittatur, de more signatum sigilloque impressum.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

£8 ALOISIUS Card. TRAGLIA
8. R. E. Cancellarius

£8 CAROLUS Card. CONPALONIERI
8. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco gß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLIII, n. 89.

XIII

URBIS

Templum SS. Fabiani et Venantii in Urbe ad dignitatem Tituli Presbyteralis Cardinalicii evehitur.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiae Sanctae Principibus, seu Patris Cardinalibus, Titulos deferri, quibus vinculis Romanae Sedi, quasi matri Ecclesiarum, arctius coniungerentur, iam pridem in usu esse coepit in Ecclesia; quod institutum Romani Pontifices, optimarum consuetudinum tenaces, usque servaverunt. Quando autem Tituli, dari sueti, iam ob auctum Purpuratorum Patrum numerum ad hoc non sufficeret, ut unicuique eorum proprius attribueretur, visum est Nobis eos augere, de Romanis templis clariora eligentibus. Cum autem in his et illud annumeraretur, quod est SS. Fabiano et Venantio ad Villam « Fiorelli)), in Urbe, dicatum, bene fieri existimavimus, si idem ad Tituli dignitatem eveheremus, novo honore illustre. Placet ergo templum *88. Fabiani et Venantii* ad Villam ((Fiorelli)), in Urbe, apostolica Nostra potestate, ad gradum Tituli Presbyteralis Cardinalicii in perpetuum tolli, cum iuribus et privilegiis, quae talibus fieri solent. Id autem curabit eiusdem sacrae aedis praeses, ut hae Litterae Nostrae clero populoque suae dicionis perlegantur, diem festum ,de praecepto celebrantibus; cuius rei documentum exarari faciat, sincerisque exemplis ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittat.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione

sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

£8 ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E, Cancellarius

CAROLUS Card. CONPALONIBRI
8. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CXLIIl, n. U-

XIV

URBIS

Templum S. Gregorii Barbadici ad Aquas Salvias Titulo Cardinalicio ornatur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum ob proxime Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium numerum amplificandum, templorum etiam tituli essent augendi, quos iisdem de more tribueremus, visum est Nobis nonnulla alia in Urbe exstantia eademque prae aliis insignia ad debitam dignitatem attolli posse. In quibus, quoniam curiale illud templum *S. Gregorii Barbadici* merito est, quod, tam excellenti arte exstructum, frequentissimis fidelium coetibus recipiendis ad Aquas Salvias magnificum patet, eo ipsum honore decorare placet. Apostolica ideo Nostra potestate, sacram quam diximus aedem in cardinalicium presbyteralem titulum evehimus, factis scilicet iuribus privilegiisque congruis. Mandamus praeterea ut hae Litterae Nostrae, eius cura qui huic templo praeest, clero ac populo perlegantur, die festo de praecepto, utque perfecti negotii documentum, rite signatum sigilloque impressum, ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittatur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res

est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

ꝶ ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. *R. E. Cancellarius*

CAROLUS Card. CONFALONIERI
8. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLIH, n.

XV

URBIS

Titulus Cardinalibus S. Luciae ad locum « Piazza d'Armi » in Urbe constituitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem, auctis pro Ecclesiae sanctae necessitatibus, quae ubique terrarum et gliscunt quotidie, et magna Nos sollicitudine afficiunt, numero Patrum Cardinalium, etiam templa, quae iisdem in Titulum conferri solerent, accrescere oportuit, profecto visum est in eo numero ponere templum quoque *S. Luciae* ad locum « Piazza d'Armi », quod sive christiani populi in Deum colendum assiduitate sive catholicarum rerum inceptis egregiis fama praestat. Suprema ideo et apostolica Nostra potestate templum illud presbyterali cardinalicio titulo honestamus, datis iuribus et privilegiis quibus huiusmodi Romanae sacrae aedes fruun-

tur. Mandamus autem ut hae Nostrae sub plumbo Litterae, eius cura qui eidem templo praeest, publice clero atque populo legantur, die recurrente festo de praecepto, peractaeque rei congruum documentum ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittatur, de more signatum sigilloque impressum.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

SS ALOISIUS Card. TRAGLIA
Si. *R. E. Cancellarius*

fß CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco **£8** Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLIII, n. 40.

XVI

URBIS

Titulus Cardinalibus Presbyteralis S. Marci in Agro Laurentino in Urbe constituitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum pro auctis ubique terrarum Ecclesiae sanctae negotiis etiam Purpuratorum Patrum numerum amplificare oporteret, quibus in agen-

dis et ad exitum perducendis rebus Romani Pontifices uti consueverunt, et cum vero Cardinalicii Tituli ac Diaconiae satis non essent omnibus Patribus, aeque fieri existimavimus, si iis Urbis templis, Titulo dari solitis, templum etiam *8. Marci* in Agro Laurentino adderemus, quod non una de causa egregium habetur. Suprema ideo et apostolica Nostra potestate templum illud presbyterali cardinalicio titulo honestamus, datis iuribus et privilegiis, quae huiusmodi Romanae sacrae aedes habent. Mandamus praeterea ut hae Nostrae sub plumbo Litterae, eius cura qui templo S. Marci in Agro Laurentino praeest, publice clero atque populo legantur, die recurrente festo de praecepto, peractaeque rei congruum documentum ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittatur, de more signatum sigilloque impressum.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

£9 ALOISIUS Card. TRAGLIA
Si. *R. E. Cancellarius*

£B CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius. Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLIII, n. 45.

XVII

URBIS

Templum S. Mariae Matris Providentiae, in Monte Viridi, in Urbe, ad dignitatem Tituli Presbyteralis Cardinalicii evehitur.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Gliscentibus fere cotidie hac nostra aetate Ecclesiae sanctae negotiis et coeptis, Decessori Nostro atque Nobis visum est bene fieri, si numerus Patrum Cardinalium, qui christianae religionis administrandae ac procurandae labores Nobiscum participant, adaugeretur. Cum autem antiqui Tituli ex consuetudine sacris iisdem Patribus assignandi non satis essent ut unusquisque eorum suum haberet, per quem Romanae Sedi tamquam columnae et firmamento veritatis, artius adhaeresceret, oporteretque pro rerum necessitate eos augere, iure templum S. Mariae Matris Providentiae, in Monte Viridi, in Urbe, Cardinaliciis Titulis annumerari posse iudicavimus, pietate insigne, religione venerabile. Quod per has Litteras facimus. Placet ergo templum *B. Mariae Matris Providentiae*, quod est in Monte Viridi, Romae, apostolica Nostra potestate in perpetuum Cardinaliciis Presbyteralibus Titulis accenseri, factis iuribus cum privilegiis, quae lege Canonica huiusmodi aedes spectant. Eius autem qui eidem templo praeest, munus proprium erit has litteras tum clero tum populo perlegendas curare, die festo de praecepto; cuius rei documentum exarabit sincerisque exemplis ad Sacram Congre* gationem pro Episcopis mittet.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

ꝟ ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

ꝟ CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco ꝟ Plumbi
In Ap. Canc. tab., vol. CXLIII, n. 18.

XVIII

URBIS

Titulus Cardinalibus S. Mariae Reginae Pacis ad litus Ostiense constituitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Hac nostra aetate auctis huius Apostolicae Sedis negotiis, cum visum sit numerum etiam Patrum Cardinalium augere, quibus Romani Pontifices sollicitudinum suarum sociis utantur, hanc ob causam etiam alios Titulos constituere oportet, qui Purpuratis Patribus attribuantur, inter templa quae sive artis pulchritudine sive cleri et populi pietate, industria et labore praestare perhibentur. Quas inter illustriores sacras aedes cum annumerandum etiam sit templum *S. Mariae Reginae Pacis* ad litus Ostiense, suprema et apostolica Nostra potestate illud presbyterali titulo cardinalicio honestamus, datis iuribus et privilegiis, quibus huiusmodi Romanae sacrae aedes fruuntur. Mandamus autem ut hae Nostrae sub plumbo Litterae, eius cura qui eidem templo S. Mariae Reginae Pacis ad litus Ostiense praeest, publice clero atque populo legantur, die recurrente festo de praecepto, peractaeque rei congruum documentum ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittatur, de more signatum sigilloque impressum.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta offi-

cere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

83 ALOISIUS Card. TRAGLIA
8. B. E. Cancellarius

83 CAROLUS Card. CONFALONIERI
8. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLIII, n. Jß.

XIX

URBIS

Templum S. Mariae Odigitriae Siculorum in Urbe constituitur Diaconia.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Romana templa, sacris Ecclesiae Cardinalibus vel in titulum de more assignanda vel in diaconiam, cum satis iam non essent quae novis ex universo terrarum orbe eligendis committerentur, opportunum Nobis visum est ad hunc gradum et dignitatem alia attollere, vel vetustate miraeque artis claritate prae aliis insignia, vel pastoralibus omne genus operibus a fidelibus presbyterisque initis. Quas inter sacras aedes, cum illa sit quae *S. Mariae Odigitriae Siculorum* est dicata, suprema et apostolica Nostra potestate eam ad diaconiae dignitatem evehimus, datis iuribus et privilegiis, quae Romanae eiusdem ordinis sacrae aedes habent. Mandamus autem ut hae Nostrae sub plumbo Litterae, eius

cura qui templo quod diximus praeest, publice clero ac populo legantur, die festo de praecepto; peractaeque rei documentum ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittatur, signatum atque sigillo impressum.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

83 ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

83 CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLIII, n. 37.

XX

URBIS

Diaconia S. Petri Damiani ad Montes S. Pauli constituitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Augescentibus in dies Ecclesiae sanctae negotiis, quae christianae familiae administratio et procuratio intulit, visum est profecto tum Decessori Nostro tum etiam Nobis Patrum Cardinalium numerum au-

gere, qui christiani populi gubernandi pastorales labores una Nobiscum susciperent. Quibus tamen cum Tituli seu Diaconiae assignanda satis non essent, oportuit etiam horum numerum multiplicare, ut unicuique eorum ad antiquissimum morem et consuetudinem, proprium templum, quasi vinculum cum hac Romana et apostolica Sede, daretur. Cumque in templis Urbis augustis atque sanctis illud esset S. Petro Damiani dicatum, ad Montes S. Pauli, aeque fieri existimavimus, si et ipsum in Diaconiarum ordinem redigeremus, ampliore honore decorantes. Placet ergo templum #. *Petri Damiani* ad Montes S. Pauli, Romae, suprema et apostolica Nostra potestate in Cardinalicias Diaconias perpetuo referri factis scilicet iuribus cum ea dignitate coniunctis. Volumus etiam ut hae Litterae Nostrae eius cura qui huic sacrae aedi praeest, tum clero eius templi tum populo perlegantur, die festo de praecepto, cuius rei documentum, sincere conscriptum, ad S. Congregationem pro Episcopis cito mittatur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

£8 ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

£8 CAROLUS Card. CONPALONIERI
8. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco @ Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLIII, n. 35.

XXI

URBIS

Diaconia S. Pii V ad villam vulgo « Carpegna » in Urbe constituitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Siquidem peculiaria Romae exstantia templa, quae Patribus Cardinalibus vel in titulum vel in diaconiam ex antiquitate assignantur, haud iam ob auctum denuo eorum numerum sufficiunt, visum est Nobis quaedam alia, aliis praestantia, esse huius generis privilegio decoranda. Quas inter cum sacra etiam aedes annumeretur Deo dicata in honorem *8. Pii V* ad Villam vulgo « Carpegna », suprema et apostolica Nostra potestate illam ad cardinaliciam diaconiam evehimus, datis iuribus et privilegiis, quae huiusmodi Romana templa habent. Mandamus autem ut hae Nostrae sub plumbo Litterae, eius cura qui eidem templo praeest, publice clero ac populo legantur, die recurrente festo de praecepto, utque peracti negotii congruum documentum ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittatur, de more signatum sigilloque impressum.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

83 ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

83 CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLIII, n. 38.

XXII

URBIS

Templum S. Sebastiani in Monte Palatino ad dignitatem Diaconiae evehitur.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Auctis pro Ecclesiae necessitatibus S. R. E. Cardinalibus, oportuit sane ut etiam Tituli seu Diaconiae augerentur, quae ex antiquo instituto iisdem Ecclesiae sanctae Patribus Purpuratis attribueretur. Cumque nulla umquam dignitas in ipsa Ecclesia fuerit amplior aut excellentior honor quam eorundem sacrorum Patrum, ita haec Romana Sedes, paria cum paribus sociando, illustriora sive arte, sive religione, sive maiestate Urbis templa semper eis detulit ; ut et Purpura sacris illis aedibus decori esset, templa ipsa Patribus ornamento. Quam ob rem, cum templum S. Sebastiani in Monte Palatino in primis esset nobile atque celebratum, visum est illud bene Diaconus Urbis annumerari posse, in amplioreque dignitatis gradu locari. Placet ergo templum *8. Sebastiani* in Monte Palatino suprema et apostolica Nostra potestate perpetuo in Cardinalicias Diaconias referri, factis nempe iuribus et privilegiis, quae ad sacras has aedes respiciant. Mandamus etiam ut hae Litterae, eius cura qui eidem templo praeest, sive clero sive populo perlegantur, die festo de praecepto; cuius rei documentum recte subscriptum atque sigillo impressum ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittatur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione

sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

£8 CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXLIII, n. 86.

LITTERA APOSTOLICA

S. Gabriel Archangelus patronus tabellariae rei declaratur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. - Quandoquidem mortalium vita, tot undique prementibus difficultatibus, tot periculis ab omni parte imminentibus, est summe fragilis atque instabilis, idcirco homines de sua miseria conscii casusque adversos superare impotentes, semper nimirum auxilium et munimentum superum comparare studuerunt : hoc enim sibi persuasum habebant humana consilia felicius cedere, si tanto Dei. amicorum praesidio tegi impetrassent. Sacrarum autem Litterarum paginae, certum divinae bonitatis documentum, haud semel de allato hominibus praesidio per caelestes docent, atque in medio sunt sanctorum angelorum missiones, maxime Gabrielis archangeli, rerum altissimarum nuntii. Qui sane, hoc ipso quod e stellato caelorum tabernaculo tanta in terram attulisset, anno MDCCCCLI, patronum « telecommunicationum », seu ut Italice loquamur, telecomunicazioni, populorum inter se electus est : putabatur enim ille felix Dei angelus quam aptissime posse tanti momenti provinciae dari patronum, in qua res eventus cum hominibus homo omnium opinione celerius communicat, et continens cum continen-

tibus, et sidus cum sideribus. Atqui, cum res tabellaría, quam «poste» dicunt, similem cum telecommunicationibus naturam participet ; atque ea de causa petiisset dominus Grimm, Sodalitatis omnium gentium a S. Gabriele archangelo Praeses, per venerabilem Fratrem Nostrum S. R. E. Cardinalem Franciscum König, Archiepiscopum Viennensem, ut hunc augustissimum Dei nuntium, praeterquam telecommunicatiohum, etiam rei tabellariae patronum declararemus, aeque Nobis fieri visum est, post auditam Sacram Congregationem pro Cultu Divino, si admotis precibus concederemus. Placet ergo S. Gabrielem archangelum rei tabellariae, Nostra apostolica potestate, caelestem apud Deum constitui ac declarari patronum, contrariis nihil obstantibus, cum iuribus et privilegiis iuxta rubricas.

Has vero Litteras firmas atque ratas esse decernimus, sive nunc sive in posterum.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die ix mensis Decembris, anno MDCCCCLXXII, Pontificatus Nostri decimo.

£9 ALOISIUS Card. TRAGLIA, $. *R. E. Cancellarius*

Loco £g Sigilli

In Ap. Cane, tab., vol. II, n. 37.

EPISTULAE

I

E.mo P. D. Stephano S. R. E. Cardinali Wyszynski, Gnesnensi et Varsaviensi Archiepiscopo, quinquies centenaria redeunte memoria ab ortu Nicolai Copernici.

((Caeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum eius annuntiat firmamentum » :[1] haec profecto sacri Psaltae verba ad astronomicam referri possunt disciplinam, cuius cultoribus, dum universum pervestigant, datur immensitatem et celsitatem mentis divinae, quam res conditae testantur, singulariter ac veluti proprius intueri et admirari.

Inter quos locum obtinet eximium Nicolaus Copernicus, Ecclesiae catholicae filius, copia et magnitudine scientiae praecellens, cuius honori, cum ante quinque saecula in urbe Toruno, intra fines Culmensis

[1] *Ps.* 18, 2.

dioecesis, sit natus, pluribus locis merito sollemnia hoc anno celebrabuntur. Is enim, nonnullarum quidem disciplinarum, ut doctrinae iuris, medicinae, geographiae peritus, eo summo praeconio dignus evasit, quod, quemadmodum notum est, suo cogitati! mundi universi rationem seu systema detexit, quod heliocentricum vocant. Hoc, postea a Ioanne Keplero, Galilaeo Galilei et Isaac Newton perfectum et certius comprobatum, fundamentum est notionis nostrae de cosmo.

Quodsi ille ut rutilans lumen in doctorum re publica et alias effertur, Nobis idem etiam ut vir ecclesiasticus obversatur, quippe qui fidem cum scientia fecundo et mirabili nexu coniunxerit.

Vetus ac trita est quaestio, utrum hae, id est fides ac scientia, inter se seiunctae sint aut seiungendae, aut sibimet adversentur, an altera alteri congruat et adiutricem operam possit praebere. Aperte ac dilucide edicere oportet nullam esse inter veritatem, quae fide accipiatur, et veritatem, quae ratione cognoscatur, repugnantiam obiectivam et insanabilem. Dissensiones ac discrepantiae, si quae forsitan inter utramque oriantur, infirmitati sunt tribuendae, qua humana iudicia facile tenentur. Quin immo doctrinae studia suapte natura capacia sunt ad fidem et revelationem divinam confirmandam.

Ecclesia reveretur, honorât, admiratur progressiones, quas in variis disciplinis fieri contingit, atque asseverare non dubitat provinciam, in qua altior inquisitio versetur, suis legibus et proprio ordine esse instructam et quadam veluti autonomia uti, quatenus id Creatoris voluntati respondeat.

Haec omnia sollemniter Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum affirmavit, quod in hanc est sententiam locutum : « inquisitio methodica in omnibus disciplinis, si modo vere scientifico et iuxta normas morales procedit, numquam fidei revera adversabitur, quia res profanae et res fidei ab eodem Deo originem ducunt. Immo, qui humili et constanti animo abscondita rerum perscrutari conatur, etsi inscius quasi manu Dei ducitur, qui, res omnes sustinens, facit ut sint id quod sunt)).[2]

Si alacritas ac diligentia Nicolai Copernici in rerum naturae inquisitione consideratur, extollenda est etiam utilitas, quam ipse attulit et ii afferunt, qui recondita studia colunt. Hi saepe diuturno labore se frangunt, quod condicio esse solet novi profectus, et sic benefactores humanae societatis efficiuntur.

[2] Const. past. *Gaudium et spes,* 36.

Inest autem in eiusmodi arduo opere non levis felicitas, siquidem cognitio veri gaudium parit. Quod perfectum erit et mentis vires plene satiabit, cum umbrae cadent ac lux divina, non amplius subobscure ut hic in terra, sed clarissime splendebit. Id sensit Sanctus Augustinus, cum diceret : « Beata quippe vita est gaudium de veritate. Hoc est enim gaudium de te, qui veritas es, Deus » . [3] Haec fulgida meta nobiles conatus et labores eorum illuminet, qui arcana naturae, exemplo Nicolai Copernici, scrutantur vel universe doctrinae studiis sunt dediti.

Itaque haec saecularis memoria hunc virum egregium, qui siderum motus ingenii acumine intellexit, quasi ipsum sidus micantissimum revenit, quod homines, eruditione ornati, contueantur, unde rationem itineris, saepe praepediti, expetant fidenter.

Haec dum animum pulsant Nostram, tibi Venerabilis Frater Noster, et cunctis, qui ubivis eiusdem viri laudes sincere celebrabunt, Benedictionem Apostolicam, superni luminis, roboris, solacii pignus, amanti animo impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die **xxin** mensis Ianuarii, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri decimo.

PAULUS PP. VI

II

E.mo P. D. Carolo S. R, E. Cardinali Confalonieri, Sacrae Congregationis pro Episcopis Praefecto, edito volumine quod « Directorium de Pastorali Ministerio Episcoporum » inscribitur.

Plurimas tibi gratias ex animo referimus de egregiis amoris sensibus, quibus magni sane pretii volumen apud Nos deposuisti, quod secundum praecepta Concilii Vaticani II compositum,[1] iure meritoque « Directorium de Pastorali Ministerio Episcoporum » inscriptum est.

Vere vehementerque admirati sumus sedulam curam sapientiamque, quibus hae paginae exaratae dispositaeque sunt, illa profecto refertae doctrina, quam ipsa Ecclesia, Evangelio semper fidelis, sive per magisterium suum, sive per vocem et exempla complurium praestantiumque Sanctorum suorum — qui Pastores et ipsi exstiterunt vel Doctores in

[8] Conf. X, 23; *P.L.* 32, 794.

[1] Cfr. Decr. *Christus Dominus,* 44.

rebus divinis humanisque versati — decursu tot saeculorum constantis traditionis suae disseminavit et sparsit, in commodum atque emolumentum administrorum suorum, qui ad sacrum et arduum episcopatus officium sunt destinati. His praeterea in paginis vetus sapientia cum intellegentia atque experientia temporum nostrorum mire consociatur; hic etiam oculis longe in posterum prospicientibus imago exhibetur praesentium necessitatum et quasi vaticinium profertur de futuris postulatis peregrinantis Populi Dei. His itaque in paginis reperire valemus apte convenienter que expositam artem docendi hodiernam Ecclesiae Catholicae, quae cum caritate et observantia consulit institutioni ac custodiae eorum ministrorum, quibus ex peculiari Dei voluntate concreditum est docendi, sanctificandi, regendique gregis Christi munus, Pastorum videlicet, uti sunt secundum exemplar et per Iesu Pastoris gratiam.

Prodeat igitur hoc prudens providumque « Directorium » ad universos Venerabiles, in episcopatu Fratres, tamquam documentum illius permagnae curae, qua haec Apostolica Sedes contendit recentis Concilii monita et consilia plene efficienterque exsequi; prodeat secumque afferat non tam leges ac normas novorum multipliciumque officiorum, quam potius admonitiones atque cohortationes, quae efficiant ut gravia et difficilia munera episcopalis ministerii propria facilius expeditiusque impleantur; prodeat velut nuntius excerptus ex Fratrum vocibus, qui ad Fratres se convertunt, ut solacium, adiumentum, gaudium praebeant illius communionis collegialis, quae inter Apostolorum successores — quibus postremum id Iesus Christus optavit ac mandavit tamquam testamentum suum, ut nempe unum essent — gignit animorum consensum, inceptorum conspirationem, aemulationem virtutum : brevi, coniunctionem atque cohaerentiam Mystici Corporis, quod membris varium est et multiplex, uno autem eodemque Spiritu animatum vivit.

Prodeat denique a te ipso emissum, Venerabilis Frater Noster, qui huius « Directorii » compositionis primarias sustinuisti partes, atque perferat singulis suis spectatissimis lectoribus salutationem gratiae et pacis et laetitiae Servi Servorum Dei, Episcopi Urbis Romae.

Haec vota Apostolica Benedictione peramanter in Domino communimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxn mensis Februarii, festo die Cathedrae Sancti Petri, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri decimo.

PAULUS PP. VI

NUNTIUS GRATULATORIUS

E.mo P. D. Iosepho S. R. E. Cardinali Ferretto, Paenitentiario Maiori, decem condenti lustra ex quo sacerdotio est auctus, recens autem vita functo.

Quamvis numquam intermitiendo religiosa mens teneatur obsequio, ut immoletur Deo sacrificium laudis,[1] quia nullum tempus beneficiis caret caelestibus, tamen impensiore exsultatione gratiarum actiones agendae sunt Summo bonorum Auctori et Largitori, cum post longam iam emensam viam in scandendi montis apicem pervenimus, unde spectabundis oculis acceptorum donorum patentior magnitudo apparet.

Hoc tibi, Venerabilis Frater Noster, ob fausti eventus recolendam memoriam auspicato continget, cum adventante mense Februario decem a suscepto sacerdotio conditurus sis lustra.

Accipe igitur vota, diligentiae plena, quibus tibi cuncta felicia, cuncta salutaria, cuncta prospera corporis et animi valetudini et profectui exoptamus.

Decet autem salutaribus precationibus gratulationes interserí. Nam catholicae religionis studio incensus, ingenio acer, ingenuarum artium et antiquitatum amator et cultor, complura tibi commissa officia explevisti.

In Romana Curia praegravibus functus es muneribus, praesertim apud Sacram Congregationem pro Episcopis, ubi Substitutus ac dein Assessor fuisti, atque, sacro Cardinalium Collegio adscitus, Paenitentiarii Maioris partes sustines. Quare occasionem nunc oblatam libenter nanciscimur, ut de adiutrice opera apostolico ministerio adhibita gratiam tibi referamus.

Huius tui memores meriti, nunc oramus pro te Deum, ut in te impleat omnem voluntatem bonitatis et opus fidei in virtute;[2] et tuaque omnia commendamus patrocinio Beatissimae Virginis a fiducia, in qua singulari observantia secure confidis, ut te, in exemplum sibi devotum, lumine arridentis vultus sospitet, protegat, exspectet.

Haec imo e pectore ominati, tibi, Venerabilis Frater Noster, et universis, qui anniversarii natalis sacerdotii tui commemorandi utcumque erunt participes, Apostolicam Benedictionem volenti animo impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xvni mensis Ianuarii, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri decimo.

PAULUS PP. VI

[1] Cfr. *Ps.* 49, 14.
[2] Cfr. *II Thess, l,* 11.

NUNTIUS RADIOTELEVISIFICUS

Australiae caeterisque Christifidelibus quadragesimum Conventum Eucharisticum ex omnibus nationibus Melburni celebrantibus. *

Dear sons and daughters of Australia, dearly beloved in Jesus Christ.

On this final day of the International Eucharistie Congress, a day especially dedicated to peace in the world, we are happy to send our greetings to you f rom the Vatican. Though very many miles separate us at this moment, we are glad to be able to speak to you and to assure you that we have been praying with you and for you during these days of grace. Most especially we have prayed that the general thème of the Congress—" Love one another as I have loved you "—would become very real in your hearts, that you would see ever more clearly how you are loved by the Saviour and how, loving him in return, you must love one another. If these days have brought this grace, then they have been wonderful days indeed, days which have given glory to God, refreshment to your spirit and new substance to man's hope for peace in this world.

If men were truly to pattern their love for each other upon Christ's love for them as shown in the Eucharist, where would there be room for hatred? Where could there be violence and social injustice? How could indignity, discrimination, and lack of respect possibly be part of men's lives? The pattern is clear enough : Jesus has loved us and continues to love us with a love that is complete, understanding, sacrificing, ennobling, a simple love which knows no bounds and sets no limits. We earnestly hope that the Eucharistie Congress has taught well the lesson of love. We hope that men and women the world over have seen and heard the challenge of the Congress, and that they will put it into practice in their lives, since this challenge carries within it the key to peace. We have said that peace is possible. Peace is possible because love is possible ; and we know that love is possible because we have been given an example by the Eucharistie Lord.

This then has been our wish for you, and for the world. We thank God for the many grâces given and we pray that he will r e ward all those who have cooperated in promoting the Congress and all those who have taken part in it. To all of you — beloved Australian people and all who have come from around the world to render homage to Jesus Christ — we gladly impart our Apostolic Blessing. In the name of the Father and of the Son and of the Holy Spirit.

* Die 25 mensis februarii a. 1973.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I
PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. "VT, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 1 Februarii 1973. — Cathedrali Ecclesiae Ferentinae praefecit Exc. P. D. Humbertum Florenzani.

die 16 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Fidolomensi R. D. Ceslaum Lewandowski, sacerdotem dioecesis Vladislaviensis, moderatorem spiritus seminarii eiusdem dioecesis quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Zareba, Episcopi Vladislaviensis.

die 19 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Nitriensi R. D. Ioannem Pasztor, e clero eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Neosoliensi R. D. Iosephum Feranec, sacerdotem eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Decorianensi R. D. Iulium Gabris, e Clero Administrationis Apostolicae Tyrnaviensis, ipsumque constituit Administratorem Apostolicum seu Praelatum eiusdem Administrationis Apostolicae Tyrnaviensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Octabiensi R. D. Iosephum Vrana, sacerdotem Archidioecesis Olomucensis, quem constituit Administratorem Apostolicum Sede vacante ad nutum Sanctae Sedis eiusdem Archidioecesis Olomucensis.

die 2Jf Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Pagadianensi, noviter erectae, R. P. D. Iesum Tuquib, e clero dioecesis Tagbilaranae.

die 26 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Fortalexiensi Exc. P. D. Aloisium Lorscheider, hactenus Episcopum Angelopolitanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Precausensi R. D. Rosalium Iosephum Castillo Lara, sodalem Societatis S. Francisci Salesii, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Iosephi Leonis Rojas Chaparro, Episcopi Truxillensis in Venetiola.

die 30 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Casensi in Numidia Rev.mum D. Radulfum López Mayorga, curionem Ecclesiae Cathedralis Ambatensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Candidi Rada Senosiain, Episcopum Guarandensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Rusticianensi R. D. Horatium Albertum Bozzoli, adsessorem ecclesiasticum curiae metropolitanae Bonaërensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Emmanuelis Menéndez, Episcopi Foromartiniensis.

II

RIPANAE

DECRETUM

De Concathedralis erectione

In dioecesi Ripana urbs vulgo *San Benedetto del Tronto* sive fidelium numero sive religionis operibus et incolarum industria prospera suscepit hac nostra aetate incrementa.

Sacra autem Congregatio pro Episcopis, auditis locorum Ordinariis Episcopis quorum interest, vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, sibi tributarum, templum in eadem urbe exstans, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis <(delia Marina » dicatum, ad dignitatem Concathedralis evehendum censuit cum vero id, perspectis illis adiunctis, magnopere deceat et in animarum bonum cessurum merito videatur.

Quapropter praesenti Sacrae Congregationis pro Episcopis decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, praefatum templum in urbe supra memorata exstans et Deo in honorem Beatae Mariae Virginis « della Marina » dicatum, ad dignitatem et fastigium ecclesiae concathedralis evehit, ita ut in eadem ecclesia cathedra episcopalis erigi possit et Episcopus Ripanus pro tempore, prout ipsi magis expedire videatur, solemnia quae maluerit pontificalia exercere queat.

Ad haec omnia executioni mandanda Sacra Congregatio pro Episcopis deputat Excmum P. D. Vincentium Radicioni, Episcopum Ripanum, eidem tribuens facultates necessarias et opportunas etiam

subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto ei onere mittendi quam primum ad banc Sacram Congregationem authenticum exemplar peractae executionis actus.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 11 Februarii 1973 in memoria Beatae Mariae Virginis de ((Lourdes ».

£ß CAROLUS Card. CONFALONIERI, *Praefectus*

L.-ffî S.

E8 Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Oon Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

27 febbraio 1973. Il Rev.mo Mons. Dossena Luigi, *Pro-Nunzio Apostolico in Corea.*

28 » » Il Rev.mo Padre Hamer Jérôme, O.P., *Segretario della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

6 marzo » L'E.mo Signor Card. Philippe Paolo, *Prefetto della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali.*

» » » L'E.mo Signor Card. Pignedoli Sergio, *Presidente del Segretariato per i Non Cristiani.*

21 » » L'E.mo Signor Card. Raimondi Luigi, *Prefetto della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.*

» » » L'E.mo Signor Card. Paupini Giuseppe, *Penitenziere Maggiore.*

» » » S. E. Mons. Romero Lema Maximino, *Segretario della Sacra Congregazione per il Clero.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

28 febbraio 1973. Il Rev. Mons. Moeller Charles, *Segretario del Segretariato per l'Unione dei Cristiani.*

21 marzo » S. E. Mons. Descamps Albert, *Segretario della Pontificia Commissione Biblica.*

26 » » Le LL.EE. i Signori Cardinali: Krol John Joseph, Arcivescovo di Philadelphia e Baggio Sebastiano, Prefetto della Sacra Congregazione per i Vescovi; le LL.EE. i Monsignori Ziadé Ignace, Arcivescovo di Beirut dei Maroniti, Zoa Jean, Arcivescovo di Yaounde, Philbin William, Arcivescovo di Down e Connor, Rusch Paulus, Vescovo di Innsbruck, Roca Cabanellas Miguel, Vescovo di Cartagena (Spagna), Heuschen Ioseph, Vescovo di Hasselt, *Membri della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

» » » S. E. Mons. Mayer Augustin, Segretario della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari, S. E. Mons. Descamps Albert, Se-

gretario della Pontificia Commissione Biblica, Mons. Delhaye Philippe, Segretario della Commissione Teologica, *Consultori della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

26 marzo 1973. S. E. il Signor Cardinale Poletti Ugo, Suo Vicario Generale per la diocesi di Boma, *Arciprete della Patriarcale Arcibasìlica Lateranense del Santissimo Salvatore.*

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda dell'Ordine Piano :

24 novembre 1972. Al sig. Vetulani Adam (Krakow).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

28 settembre 1972. Al sig. Büchner Francesco (Freiburg im Breisgau).
23 novembre » Al sig. Prindiville Bernardo Francesco (Perth).
3 gennaio 1973. Al sig. Hofmann Carlo (Valencia).
3 febbraio » Al sig. Keller - Sarmiento Carlos O. *(Argentina).*

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

21 ottobre 1972. Al sig. Cruciani Umberto (Milano).
28 novembre » Al sig. Granati Angelo (Roma).

La Commenda dell'ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

6 giugno 1972. Al sig. Taylor Cristoforo (Liverpool).
18 ottobre » Al sig. Sabani Eligio (Roma).
19 » » Al sig. Bassotto Camillo (Venezia).
21 » » Al sig. Aliverti Pierino (Milano).
» » » Al sig. Annoni Eraldo (Milano).
» » Al sig. Cassi Ramelli Antonio (Milano).
» » » Al sig. Pincipi Geremia (Milano).
» » » Al sig. Vergani Ottavio (Milano).
1 novembre » Al sig. Lorenzon Romano (Udine).
» » Al sig. Terenzani Ezio (Udine).
9 » Al sig. Longo Giorgio (Venezia).
10 » » Al sig. Catoire Giulio (Arras).
» » Al sig. Ferretti Pietro (Siena).
23 » » Al sig. Longoni Federico (Bergamo).
5 dicembre Al sig. Sella Arturo Benedetto (Albenga)
14 » » Al sig. Müller Gerardo (Fulda).
25 » » Al sig. Devriendt Cirillo (Arras).
31 » » Al sig. Aillot About Carlo (Abidjan).
23 gennaio 1973. Al sig. Hollenbach Giorgio *(Turchia).*
22 febbraio » Al sig. Secchi Albino (Arezzo).

II Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

é	luglio	1972.	Al sig. Burke Séan Giuseppe (San Antonio).
»	»	»	Al sig. Cárdenas Jesus Mauro (San Antonio).
»	»	»	Al sig. Cegelski Giovanni Giuseppe (San Antonio);
»	»	»	Al sig. Cordts Vernon Edoardo (San Antonio).
»	»	»	Al sig. Falbo Giacomo Giovanni (San Antonio).
»	»	»	Al sig. Guerra Enrico Alessio (San Antonio).
»	»	»	Al sig. O'Neill Francesco Edoardo (San Antonio).
»	»	»	Al sig. Stevenson Rufus Alfredo (San Antonio).
»	»	»	Al sig. Steves Sam Bell (San Antonio).
»	»	»	Al sig. Sullivan Cullen Francesco (San Antonio).
»	»	»	Al sig. Treviño Rogelio Salvador (San Antonio).
»	»	»	Al sig. Van De Walle Enrico Lenard (San Antonio).
»	»	»	Al sig. Volz Giorgio Alfredo (San Antonio).
»	»	»	Al sig. Watzlavick Augusto Giuseppe Alfredo (San Antonio).
»	»	»	Al sig. Welch Lee Giuseppe (San Antonio).
15	»	»	Al sig. Von Loevenich Ferdinando (Köln).
19	agosto	»	Al sig. de Bruin Giuseppe W. A. (Utrecht).
»	»	»	Al sig. de Mol Bastiano C. J. (Utrecht).

NECROLOGIO

27	febbraio	1973.	Mons. Ribeiro de Santana Aitino, Vescovo di Beira.
28	»	»	Mons. Mu Hui-ching Thomas, Vescovo di Yangku.
7	marzo	»	Mons. Spence John S., Vescovo tit. di Aggersei.
»	»	»	Mons. Han Kong-ryel Peter, Arcivescovo di Kwang Ju.
8	»	»	L'E.mo Signor Card, de Arriba y Castro Benjamín, già Arcivescovo di Tarragona.
11	»	»	Mons. Fedders Edward L., Vescovo tit. di Antiochia al Meandro, Prelato di Juli.
17	»	»	L'E.mo Signor Card. Ferretto Giuseppe, del Titolo della Chiesa Suburbicaria di Sabina e Poggio Mirteto.
22	»	»	Mons. Bottino Francesco, Vescovo tit. di Sebaste di Palestina.
23	»	»	Mons. Kinsch Nicolas, già Arcivescovo di Kisangani.
26	»	»	Mons. Van den Bosch Alphonse Marie, Vescovo tit. di Tubusuptu.
29	»	»	Mons. Zemplén Gyorgy, Vescovo tit. di Arena.

An. et vol. LXV — 30 Aprilis 1973 — N. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

SACRA CONSISTORIA

CONSISTORIUM SECRETUM

Feria secunda, die v mensis martii anno MCMLXXIII, in Aula Consistoriali Palatii Apostolici Vaticani habitum est *Consistorium Secretum,* cuius acta ex ordine referuntur.

I - CAMERARIUS SACRI COLLEGII

Reverendissimus Cardinalis Alfredus Ottaviani detulit ac reddidit perù]am Sacri Collegii S. R. E. Cardinalium Summo Pontifici, qui eam tradidit Rev.mo Cardinali Arcadio Mariae Larraona, pro hoc anno, ipsius Sacri Collegii S. R. E. Cardinalium Camerario.

II - SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO ET NOVORUM CARDINALIUM CREATIO

Venerabiles Fratres Nostri, Sanctae Romanae et Catholicae Ecclesiae Cardinales Episcopi, Presbyteri atque Diaconi,

congregati hodie in nomine Domini ad hoc celebrandum Consistorium, mentes nostras intendamus oportet in ipsum venerandum coetum, quem vosmet efficitis, quemque nomine Sacri Cardinalium Collegii appellare consuevimus. Secundum historiam Ecclesiae et ius canonicum illud eius Membris munus mandatur, ex quo Summo Pontifici adsint ut praecipui con-

siliarii et cooperatores, eum adiuvantes ad apostolicum officium regendae Ecclesiae implendum. Ita fit, ut iidem Cardinales quasi Senatum constituant, qui Successori Petri assistit, quem apostolum Christus voluit esse « perpetuum ac visibile unitatis fidei et communionis principium et fundamentum » .[1] Quapropter hoc ipsum Sacrum Collegium quodammodo dici potest <(pars corporis nostri », ut in antiquis documentis ecclesiasticis scriptum invenimus ;[2] atque iam notam et nunc accuratius definitam indolem induere potest eximii « Presbyterii » Romanae Ecclesiae, in medio quidem et in comparatione collegii Episcoporum, cuius amplissimam potestatem in hierarchica communione exercendam cum potestate Nostra ut Pastoris universalis Concilium Oecumenicum recens peractum dilucide exposuit.

Quodsi hoc institutum ecclesiasticum, Presbyterium dicimus, ab eodem Concilio ut instrumentum ad implicatum munus pastorale Episcoporum adimplendum aperte memoratum est, id ipsum Nobis videtur modo certo atque recte disposito comprobare causam cur Nostrum et vestrum Sacrum Collegium exsistat et variam eius et uniformem compositionem, quae ex libera et sola electione, quam perficit Romanus Pontifex, oritur. Hoc etiam dignitatem confirmat, qua idem Sacrum Collegium ornatur et, quibus fruitur, praerogativas, quarum prima est, cum Apostolica Sedes vacat, electio successoris Episcopi Urbis Romae atque adeo Romani Pontificis, altera vero eo pertinet ut vestras Ecclesias peculiari ratione repraesentetis. Hae enim per vosmet ipsos — quemadmodum tituli cardinales vobis attributi symbolice ostendunt — unitatem et « catholicitatem » Ecclesiae universalis originaliter et significanter participant, hic, ubi ex voluntate Christi eadem apparet ut « Mater et Caput ».

Ne ergo admirationem moveat, quod Nos, exemplum Ioannis XXIII, Decessoris Nostri recolendae memoriae, secuti, opportunum duximus, ut Sacri Cardinalium Collegii traditum numerum nonnihil augeremus in idem cooptando nova Membra, eaque dignissima, quorum nomina, vobis iam cognita,

[1] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 18.

[2] Cfr. *Wernz,* II, 459.

mox e tabulis publicis legemus. Cum enim Ecclesiae compages dilatata sit et incrementis amplificata, expedit ut, ad decorem et adiutorium non solum totius collegii Episcoporum sed etiam Nostrum, ipsi Patrum Cardinalium Collegio vigor accrescat.

Hoc sane moti consilio, eiusdem Collegii Membra hodie sic adaugemus, ut numerum attingat, qui usque adhuc numquam est effectus. Verumtamen visum est Nobis normam statuere, quod ad Cardinales attinet, qui iure fruuntur Romanum Pontificem eligendi; scilicet decernimus, ne numerus Purpuratorum Patrum facultate praeditorum illam electionem participandi centum viginti personas transgrediatur. Exoptamus praeterea, ut huiusmodi norma, probe perpensa, diutinam vim habeat utque in apostolico officio Successores Nostri eam velint servare.

In indice Cardinalium, quem brevi, ut dictum est, proferendis, non continentur hodie nomina Patriarcharum Ecclesiarum Orientalium. Hoc etiam propterea evenit, quod desiderio, a quibusdam ex ipsis significato, satisfacere voluimus. Nihilominus, occasionem nanciscemur magis in dies utendi eorum consiliis, quae magni aestimamus, atque fraterna eorundem cooperatione; quin immo quaestionem nobiscum ponimus, num conveniat opportunitatem expendere eorum opera fruendi, quam ad electionem Summi Pontificis forsitan possint conferre.

Item Nobiscum quaerimus, num expediat facultatem considerare associandi Sacro Cardinalium Collegio, ad tanti ponderis munus, illos, quos Synodus Episcoporum, e totius orbis sacrorum Pastorum corpore veluti manans, elegit — iis non exceptis, qui a Romano Pontifice designantur — ut, in ipsam Synodum repraesentantes, Consilium Secretariae Generalis eiusdem Synodi constituerent.

Sed antequam nomina novorum Cardinalium recitemus, nolumus omittere quominus illos commemoremus Collegas vestros, qui tempore proxime praeterito ex hac vita ad patriam migrarunt, sui desiderium et vitae exemplum, grata recordatione dignum, relinquentes.

Inter eos liceat Nobis meminisse nomina trium Cardinalium vita functorum, ad quos ipsa cogitatio Nostra pie et amanter advolat: Cardinalem dicimus Eugenium Tisserant, qui multos

annos Decanum Sacri huius Collegii egit, virum non uno nomine bene meritum et illustrem, et a quo ordinationem episcopalem accepimus; Cardinalem Iosephum Pizzardo, qui impigra navitate innotuit, et a quo ad ministerium huius Apostolicae Sedis sumus adsciti; Cardinalem denique Angelum Dell'Acqua, qui fuit Noster Vicarius Generalis pro Romana Dioecesi, et, cum sacrae peregrinationis causa Lapurdi commoraretur, elapso mense Augusto repentina morte abreptus est. Horum ceterorumque Cardinalium, qui de vita exierunt, gratam memoriam retinemus iisque religiosa suffragia impertimus.

Sed alia res eaque singularis est Nobis nunc vulganda: volumus enim vos revocare ad nuntium, quod in superiore Consistorio, acto die vigesima octava mensis Aprilis anno millesimo nongentesimo sexagesimo nono, edidimus circa duo Membra in Sacrum Collegium cooptata, quorum nomina tunc « in pectore » reservavimus.

Nunc vero primum illorum renuntiare gaudemus: Venerabilem Fratrem Stephanum Trochta, Episcopum Litomericensem in Cecoslovachia. Hunc in Collegium vestrum adlegere statuimus non solum ut merita eiusdem Pastoris fidelis animarumque studio incensi palam agnosceremus, sed etiam ut amoris affectum testaremur, quo inditam regionem illam, cuius ipse est filius, prosequimur quamque pluribus de causis carissimam Nobis habemus.

Ne statim vero tunc eius nomen patefaceremus, retinuit Nos, quod Iosephus Cardinalis Beran, venerandus ille Praesul, adhuc vivebat, quamquam gravi morbo erat correptus, ex quo non post multum temporis mortuus est; qui quidem, etsi extra patriae fines degebat, titulum servabat praeclarae archidioecesis Pragensis; retinuerunt Nos potissimum desiderium et spes, quae Sedes Apostolica neque tum deposuit neque deponit in praesenti, eo spectantia, ut interim conatus proficerent suscepti ad recte componendam condicionem Ecclesiae in Cecoslovachia et regimen canonicum dioecesium ibidem existentium.

Quoniam his diebus proxime praeteritis, per nominationem et ordinationem quattuor Episcoporum illius regionis, ad huius rei exitum, inchoatum quidem ideoque non absolutum, perve-

nimiis — spe autem tenemur fore, ut optata Nostra mox progressione quadam ad effectum feliciter deducantur — laetantes hoc nuntium proferimus, quod, ut nihil dubitamus, laetitiam ac delectationem praebebit non modo catholicis sed etiam universo populo Cecoslovachiae.

Alterum etiam in animo fuit eligere egregium Ecclesiae ministrum, qui de ea optime meruit fidelitate, diuturnis cruciatibus et acerbitàtibus, quarum illa, id est fidelitas, erat origo; fuit ipse quasi signum et lumen huiusce fidelitatis tot Episcoporum, sacerdotum, religiosorum, religiosarum et fidelium Ecclesiae Dacoromanae ritus Byzantini. Loquimur de Venerabili Fratre Iulio Hossu, Episcopo Claudiopolitano-Armenopolitano, qui die vicesima octava mensis Maii anno millesimo nongentesimo septuagesimo e vita discessit.

Hic autem, cum de proposito Nostro certior factus esset, Nos enixe rogavit, ne id exsequeremur, causas afferens, quae tantam dignitatem testabantur et virum ostendebant insigni exemplo sui ipsius prorsus immemorem, nec non Ecclesiae suae servitio modo animos commovente deditum, ut officio Nos obstringi sentiremus optatis eius obsequendi saltem sic ut eius in Cardinalium Collegium cooptationem tunc non annuntiaremus.

Nunc vero, cum is morte decesserit ex hominum conspectu, apud quos grata eius memoria ac triste desiderium adhuc vigent, paene obligari Nos putamus, ut universa Ecclesia, maxime Ecclesia Dacoromana, hanc voluntatem Nostram cognoscat, unde solacium capiat et animorum hauriat confirmationem, itemque intellegat quibus de causis idem propositum Nostrum non prius quam hodie enuntietur.

Nunc autem recensere iuvat lectissimos Praesules, quos ob cuiusque promerita, dignos existimavimus, qui amplissimo Collegio vestro in hoc Sacro Consistorio aggregarentur :

Hi sunt:

ALBINUS LUCIANI, Patriarcha Venetiarum;
ANTONIUS RIBEIRO, Patriarcha Lisbonensis;
SERGIUS PIGNEDOLI, Archiepiscopus titulo Iconiensis;
IACOBUS ROBERTUS KNOX, Archiepiscopus Melburnensis;
ALOISIUS RAIMONDI, Archiepiscopus titulo Tarsensis;

HUMBERTUS MOZZONI, Archiepiscopus titulo Sidetanus;

AVELARIUS BRANDÄO VILELA, Archiepiscopus Sancti Salvatoris in Brasilia;

IOSEPHUS CORDEIRO, Archiepiscopus Karachiensis;

HANNIBAL MUÑOZ DUQUE, Archiepiscopus Bogotensis;

BOLESLAUS KOMINEK, Archiepiscopus Vratislaviensis;

PAULUS PHILIPPE, Archiepiscopus titulo Heracleopolitanus;

PETRUS PALAZZINI, Archiepiscopus titulo Caesariensis in Cappadocia;

ALOISIUS APONTE MARTÍNEZ, Archiepiscopus Sancti Ioannis Portoricensis;

RADULFUS FRANCISCUS PRIMATESTA, Archiepiscopus Cordubensis ;

SALVATOR PAPPALARDO, Archiepiscopus Panormitanus;

FERDINANDUS IOSEPHUS ANTONELLI, Archiepiscopus titulo Idicrensis ;

MARCELLUS GONZÁLEZ MARTÍN, Archiepiscopus Toletanus;

LUDOVICUS IOANNES GUYOT, Archiepiscopus Tolosanus;

HUGO POLETTI, Archiepiscopus titulo Aemoniensis seu Civitatis novae;

TIMOTHEUS MANNING, Archiepiscopus Angelorum in California ;

PAULUS YOSHIGORO TAGUCHI, Archiepiscopus Osakensis;

MAURICIUS OTUNGA, Archiepiscopus Nairobiensis;

IOSEPHUS SALAZAR LÓPEZ, Archiepiscopus Guadalaiarensis ;

AEMILIUS BIAYENDA, Archiepiscopus Brazzapolitanus;

HUMBERTUS S. MEDEIROS, Archiepiscopus Bostoniensis ;

PAULUS EVARISTUS ARNS, Archiepiscopus Sancti Pauli in Brasilia;

IACOBUS DARCY FREEMAN, Archiepiscopus Sydneyensis;

NARCISSUS JUBANY ARNAU, Archiepiscopus Barcinonensis;

HERMANNS VOLK, Episcopus Moguntinus;

PIUS TAOFINU'U, Episcopus Apianus.

Itaque auctoritate Omnipotentis Dei, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra creamus et sollemniter renuntiamus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, Praesules, quorum nomina modo protulimus.

Ex his ad ordinem Diaconorum pertineant:

SERGIUS PIGNEDOLI,
ALOISIUS RAIMONDI,
HUMBERTUS MOZZONI,
PAULUS PHILIPPE,
PETRUS PALAZZINI,
FERDINANDUS IOSEPHUS ANTONELLI.

Ceteros vero pertinere volumus ad Ordinem Presbyterorum.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Pa tris et Fi £B Iii et Spiritus £ß Sancti. Amen.

m - OPTIONES

Postea, Reverendissimus Cardinalis Carolus Journet, Diaconus S. Mariae in Porticu, optavit ad Ordinem Presbyterorum, Diaconia S. Mariae in Porticu, pro hac vice, in Titulum Presbyteralem evecta.

Reverendissimus Cardinalis Aegidius Vagnozzi, Diaconus S. Iosephi ad Viam Triumphalem, optavit ad Ordinem Presbyterorum, Diaconia S. Iosephi ad viam Triumphalem, pro hac vice, in Titulum Presbyteralem evecta.

Reverendissimus Dominus Cardinalis Paulus Bertoli, Diaconus S. Hieronymi a Caritate in via Monte Serrato, optavit ad Ordinem Presbyterorum. Ideoque, dimissa diaconia supra commemorata, ei Titulus S. Hieronymi Illyricorum est assignatus.

IV - PROVISIO ECCLESIARUM

Deinde, Beatissimus Pater sequentes proposuit Ecclesias:

Metropolitanae Ecclesiae Vashingtonensi praefecit Exc. P. D. Villelmum V. Baum, hactenus Episcopum Campifontis-Capiti Girardeaunensis.

Metropolitanae Ecclesiae Brisbanensi Exc. P. D. Franciscum Robertum Rush, hactenus Episcopum Rockhamptoniensem.

Cathedraliis Ecclesiis Melphitensi, Rapollensi et Venusinde Exc. P. D. Iosephum Vairo, hactenus Archiepiscopum Acheruntinum.

Cathedrali Ecclesiae Muranae Exc. P. D. Aurelium Sorrentino hactenus Archiepiscopum Potentinum et Episcopum Marsicensem.

Cathedrali Ecclesiae Cremonensi R. D. Iosephum Amari, Seminarii dioecesis Mantuanae moderatorem.

Cathedrali Ecclesiae Savannensi R. D. Raimundum Valtherum Lessard, e dioecesi Fargensi, Sacrae Congregationis pro Episcopis Officialem.

Titulari episcopali Ecclesiae Civitatis Ducalis R. D. Franciscum Franzi, Convicti Ecclesiastici dioecesis Novariensis moderatorem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Aldonis Dei Monte, Episcopi Novariensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Villanovensi R. D. Antonium F. Mestice, curionem Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, in civitate vulgo « Poughkeepsie » archidioecesis Neo-Eboracensis, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Terendi Iacobi S. R. E. Cardinalis Cooke, Archiepiscopi Neo-Eboracensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Summensi R. D. Iacobum S. Rausch, e clero dioecesis S. Clodoaldi, Secretarium Generalem Conferentiae Episcopalis Foederatarum Septemtrionalis Americae Civitatum, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Georgii H. Speltz, Episcopi S. Clodoaldi.

Postea, Summus Pontifex Sacrorum Antistites a Se per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renuntiatos publicavit, videlicet :

ARCHIEPISCOPOS

Lisbonensem, Antonium Ribeiro, iam Episcopum Tigillavensem.

Gabinum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Iacobum Hayes, iam Archiepiscopum Cagayanum.

Silensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Albertum Rencoret Donoso, iam Archiepiscopum Portus Montt.

Diahartanum, Leonem Soekata.

Volsiniensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Hadrianum Djajasepoetra, iam Archiepiscopum Diakartanum.

ñipontinum, Valentinum Vailati, iam Episcopum Sancti Severi.

Changanacherrensem, Antonium Padiyara, iam Episcopum Ootacamundensem.

Buxentinum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Michaelem Pusic, iam Archiepiscopum-Episcopum Pharensem.

Ss.mae Assumptionis, Ismaëlem Blas Bolón Silvero, iam Episcopum Caacupensem.

Zagrebiensem, Franciscum Kuharic, iam Episcopum Metensem.

Mustitanum, Ecclesia pro hac vice ad Archiepiscopalem evecta, Iosephum Hannibalem Mena Porta, iam Archipeiscopum Ss.mae Assumptionis.

Tharrensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Iosephum Uhaô, Pro-Nuntium Apostolicum in Republica Pakistana.

Voncariensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Iosephum Urtasum, iam Archiepiscopum Avenionensem.

Davaensëm, dioecesi ad archidioecesim evecta, Clodoveum Thibault, iam Episcopum Davaênsem.

Ferentiensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Iosephum Garcia et Goldáraz, iam Archiepiscopum Vallisoletanum.

VallisoletanUm, Felicem Romero Menjibar, iam Episcopum Giennensem.

Sancti Iacobi in Cuba, Petrum Meurice Estiu, iam Episcopum Teglatensem in Numidia.

Emeritensem Augustanum, Soterum Sanz Villalba, Nuntium Apostolicum in Republica Chilensi.

Ravardscirensem, Iosephum Oheikho, iam Archiepiscopum Amidenum Syrorum.

Bostoniensem, Humbertum S. Medeiros, iam Episcopum Brownsvillensem.

Hirinensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Ugonem Camozzo, iam Archiepiscopum Pisanum.

Pulcheriopolitanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Bernardum Meis, iam Archiepiscopum-Episcopum Ludóvicanum.

Cagayanum, Patricium Cronin, iam Episcopum Ubazensem et Praelatum Ozamisanum.

Panormitanum, Salvatorem Pappalardo, iam Archiepiscopum Milesiensem.

Amantianum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Eduardum Cassidy, Pro-Nuntium Apostolicum in Sinis.

Loriensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Ioannem Iosephum McEleney, iam Archiepiscopum Regiopolitanum in Iamaica.

Regiopolitanum in Iamaica, Samuelem Emmanuelem Carter, iam Episcopum Cenculianensem.

Liberae Urbis et Boënsem, Ecclesia ad Metropolitanam noviter evecta, Thomam Iosephum Brosnahan, iam Episcopum eiusdem dioeceseos.

Tarraconensem, Iosephum Pont et Gol, iam Episcopum Segobricensem - Castellionensem.

Acheruntinum, Iosephum Vairo, iam Episcopum Gravinensem et Montis Pelusii.

Massiliensem, Rogerium Etchegaray, iam Episcopum Gemellensem in Numidia.

Vibomensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Lucianum Angeloni, Pro-Nuntium Apostolicum in Zambia et in Malawi.

Viminaciensem, Franciscum Brambilla, Pro-Nuntium Apostolicum in Tanzanica Republica.

Curitibensem, Petrum Antonium Fedalto, iam Episcopum Castellotatroportensem.

Pisanum, Beneventum Matteucci, iam Episcopum Foropopuliensem.

~*Verapolitanum,* Iosephum Kelanthara.

Aracaiuensem, Lucianum Iosephum Cabrai Duarte, iam Episcopum Gadiauf alensem.

S. Sebastiani Fluminis Ianuarii, Eugenium S. R. E. Cardinalem de Araújo Sales, iam Archiepiscopum S. Salvatoris in Brasilia.

*8. Salvatoris in Brasilia^* Avelarium Brandâo Vilela, iam Archiepiscopum Teresianum.

Dionysopolitanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Ioannem Rupp, iam Episcopum Monoecensem, Pro-Nuntium Apostolicum in Iraq.

Beroeensem, Dominicum Picchinenna, Coadiutorem c.i.s. Exc.mi

P. D. Vidonis Aloisii Bentivoglio, Archiepiscopi Catanensis, iam Archiepiscopum Consentinum.

Euancayensem, Eduardum Picher Pena, iam Episcopum Caliensem.

Veleousdiensem, Eugenium Klein, iam Episcopum Bereinitanum, Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Petri Martin, Archiepiscopi Numeani, necnon Administratorem Apostolicum « sede plena » archidioeceseos Numeanae.

Thubunensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Haraldum Villelmum Henry, iam Archiepiscopum Kvangiuensem.

Kvangiuensem, Petrum Han Kong-ryel, iam Episcopum Ieoniunensem.

Castri Maris, Raphaelem Pellecchia, iam Episcopum Arpinum.

Risinitanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Reginaldum Iosephum Mariam Addazi, iam Archiepiscopum Tranensem et Barolensem.

Sydneyensem, Iacobum Darcy Freeman, iam Episcopum Armidalensem.

Cotonuensem, Christophorum Adimou, iam Episcopum Lokossaënsem.

Medelitanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Carolum Curis, Delegatum Apostolicum in Ceylon.

Tauromentanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Eduardum Rovida, Nuntium Apostolicum in Republica Panamensi.

Acridensem, Marium Schierano, Ordinarium Militum Italiae.

Consentinum, Aeneam Seiis, iam Episcopum Caesariensem in Mauretania.

Vartanensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Ioannem Moretti, Pro-Nuntium Apostolicum in Thailandiae Regno ac Delegatum Apostolicum in Regionibus Laosiensi, Malacensi et Singaporensi.

Per procuratorem vero postulatio Pallii facta est pro Metropolitanis Ecclesiis : *Diakartana; Zagrebiensi; St. Assumptionis; Avenionensi* (per successionem) ; *Vallisoletana; S. Iacobi in Cuba; Banguensi* (per successionem) ; *Regiopolitana in lamaica; Cagayana; Liberae Urbis et Boënsi; Tarraconensi; Londrinensi; Curitibensi; Verapolitana; Aracaiuensi; Torontina* (per successionem) ; *Conchensi in Aequatore* (per successionem) ; *Adelaidensi* (per successionem) ; *Huancayensi; Rangunensi* (per successionem) ; *Cotonuensi; Kvangiuensi; Teresiana; Bangalorensi; Hyderabadensi; Dublinensi; Numeana* (per successionem); *Corrientensi; Sinus Albi; Meraukensi; Moreliensi; Arcis Gallicae; Rivi Nigri* (per successionem) ; *Surrentina* (per successionem) ; *Perusina* (per elevationem sedis) ; *Èmeritensi in Venezuela* (per successionem) ; *larensi* (per successionem) ; *Cincinnatemi; Gruardensi-McLennanpolitana; Davaënsi* (per successionem) ; *Utinensi; Kualalumpurensi* (per elevationem sedis) ; *Lucensi* (per successionem) ; *Lingayensi-Dagupanensi* (per successionem) ; *Vashingtonensi; Brisbanensi; Monctoniensi; Papeetensi* (per successionem) ;

— pro Archiepiscopalibus Ecclesiis : *Massiliensi; Matritensi; Babylonensi Latinorum; Caietana.*

Interiecto haud magno spatio, in Audientiae Aula Summus Pontifex Paulus Pp. VI Biretum rubrum, « ornamentum Cardinalatus dignitatis insigne », novensilium Purpuratorum Patrum capiti sollemni ritu imposuit singulisque Titulum vel Diaconiam adsignavit, scilicet:

ALBINO LUCIANI, ***Titulum Sancti Marci.***

ANTONIO RIBEIRO, ***Titulum Sancti Antonii Patavini de Urbe.***

IACOBO ROBERTO KNOX, ***Titulum Sanctae Mariae in Vallicella.***

A VELARIO BRANDIO VILELA, ***Titulum Sanctorum Bonifacii et Alexii.***

IOSEPHO CORDEIRO, ***Titulum Sancti Andreae Apostoli de Hortis.***

HANNIBALI MUÑOZ DUQUE, ***Titulum Sancti Bartolomaei in Insula.***

BOLESLAO KOMINEK, ***Titulum Sanctae Crucis in via Flaminia.***

ALOISIO APONTE MARTÍNEZ, ***Titulum Sanctae Mariae Matris Providentiae in Monte Viridi.***

RADULFO FRANCISCO PRIMATESTA, ***Titulum Beatae Mariae Virginis Perdolentis ad forum Bonaerense.***

SALVATORI PAPPALARDO, ***Titulum, « pro hac vice », Sanctae Mariae Odigitriae Siculorum.***

MARCELLO GONZÁLEZ MARTÍN, ***Titulum Sancti Augustini.***

ALOISIO IOANNI GUYOT, ***Titulum Sanctae Agnetis extra moenia.***

HUGONI POLETTI, ***Titulum Sanctorum Ambrosii et Caroli ad viam Latam.***

TIMOTHEO MANNTNG, ***Titulum Sanctae Luciae ad locum*** vulgo « ***Piazza d'Armi*** ».

PAULO YOSHIGORO TAGUCHI, ***Titulum Sanctae Mariae in Via.***

MAURICIO OTUNGA, ***Titulum Sancti Gregorii Barbadici ad Aquas Salvias.***

IOSEPHO SALAZAR LÓPEZ, ***Titulum Sanctae Emerentianae ad locum*** vulgo « ***Tor Fiorenza*** ».

AEMILIO BIAYENDA, ***Titulum Sancti Marci in Agro Laurentino.***

HUMBERTO S. MEDEIROS, ***Titulum Sanctae Susannae.***

PAULO EVARISTO ARNS, ***Titulum Sancti Antonii Patavini in via Tusculana.***

IACOBO DARCY EREEMAN, ***Titulum Sanctae Mariae Reginae Pacis ad litus Ostiense.***

HERMANNO VOLK, ***Titulum Sanctorum Fabiani et Venantii ad locum*** vulgo ***« Villa, Fiorelli ».***

Pio TAOFINU'U, ***Titulum Sancti Honuphrii in Ianiculo.***

SERGIO PIGNEDOLI, ***Diaconiam Sancti Georgii in V elabro.***

ALOISIO RAIMONDI, ***Diaconiam Sanctorum Blasii et Caroli ad Catinarios.***

HUMBERTO MOZZONI, ***Diaconiam Sancti Eugenii Papae.***

PAULO PHILIPPE, ***Diaconiam Sancti Pii V ad locum*** vulgo ***« Villa Carpegna ».***

PETRO PALAZZINI, ***Diaconiam Sancti Petri Damiani ad Montes S. Pauli.***

FERDINANDO IOSEPHO ANTONELLI, ***Diaconiam Sancti Sebastiani in Monte Palatino.***

Antequam novensilibus Cardinalibus Biretum impositum est, E.mus Pater Albinus Luciani, primus e Purpuratis Patribus recens creatis, collegarum etiam nomine grati animi sensus aperuit Beatissimo Patri, qui postea hanc habuit Allocutionem :

Salute a voi, venerati Fratelli Nostri, che abbiamo teste chiamati a far parte del Sacro Collegio dei Cardinali!

Salute a voi, sacerdoti e fedeli, venuti da tutto il mondo a far corona ai vostri Pastori !

Salute a voi, elette rappresentanze governative e civili di varie Nazioni, che con la vostra presenza dimostrate quale partecipazione di letizia e di riconoscenza abbia suscitato nei vostri Paesi la nomina di eletti membri dei vostri Popoli, inseriti nel vetusto consesso dei collaboratori del Papa !

A tutti voi, che gremite quest'Aula delle Udienze, conferendole un'atmosfera tutta particolare, che Ci riempie di ammirazione e di stupore, il Nostro cordiale aperto benvenuto!

Siamo venuti con grande gioia a salutare qui i novelli Cardinali, che, qualche ora fa — come v'è stato annunciato dai Biglietti a voi consegnati dal Nostro Segretario di Stato — Noi abbiamo cooptato nel Sacro Collegio, durante il Concistoro Segreto. Abbiamo desiderato di non tardare il Nostro primo incontro con voi, chiamati d'ora in avanti a partecipare, a titolo più stretto e pieno di responsabilità, alla Nostra universale missione, al Nostro umile servizio di tutto il gregge affidatoci da Cristo.[1] E questo primo incontro avviene non soltanto con voi, ma con i membri, tanto numerosi, delle vostre singole Chiese, con le Autorità religiose e civili, con i vostri familiari, che vi fanno corona in questo momento, per esprimervi la loro commozione e il loro affetto.

La festosità distesa del momento non richiede certo un discorso formale; ma non vogliamo tuttavia esimerci dal cogliere il senso profondo che offre questa occasione, straordinaria nella vita della Chiesa contemporanea, e questa accolta pacifica e significativa di tutte le genti e di tutte le favelle, qui presso il Sepolcro di Pietro. E non abbiamo che da lasciar parlare la circostanza, che di per sé stessa è tanto eloquente.

Lo spettacolo che voi, venerati Fratelli, offrite con le elette rappresentanze delle vostre Chiese è anzitutto quello della unità, della ***comunione*** che vive nella Chiesa, di cui la Chiesa è segno visibile nel mondo. Il fatto che i vostri fedeli vi abbiano seguiti fin qui, simboleggiando l'intera famiglia delle singole diocesi a voi affidate, dimostra com'esse vi siano unite, come vogliano vivere con voi questa tappa così onorifica e importante tanto della loro comunità ecclesiale quanto della vostra vita. Si rivive così quella ***koinonia,*** che nella primitiva Chiesa di Gerusalemme fondeva gli animi dei cristiani con gli Apostoli, ed era nutrita di Eucaristia, di preghiera, di amore fraterno: ***erant perseverantes in doctrina Apostolorum et communicatione fractionis panis et orationibus.***[2] Si rinnova l'antica disciplina, « nella quale — come ha detto il Vaticano II — i Vescovi di

[1] Cfr. *Io.* 21, 15-17.

[2] *Act.* 2. 42.

tutto il mondo comunicavano tra loro e col Vescovo di Roma nel vincolo dell'unità, della carità e della pace ».[3] E si realizza visibilmente l'unità del Popolo di Dio, stretto con i propri Pastori, nella comunione della fede e dell'amore. Questo spettacolo oggi voi offrite a Noi e a tutta la comunità credente, anzi a tutta l'umanità: come offrite altresì un quadro splendido e commovente dell'universalità della Chiesa.

Questa realtà noi troviamo oggi qui resa visibile, quasi tangibile. Vi sono le antiche Chiese, di veneranda tradizione che risale fino ai tempi apostolici o alle vicende più gloriose dell'antichità cristiana, il cui solo nome richiama illustri vicende di storia religiosa e civile : ecco Palermo, Toledo, Tolosa e Magonza, dei primi secoli; ecco Lisbona e Barcellona — al cui Arcivescovo, impossibilitato ad essere fra noi oggi per motivi di salute, desideriamo far giungere i Nostri voti più cordiali — del quarto secolo; e poi Wrociaw e Venezia, il cui Patriarcato, benché più recente, si gloria del nome di Marco evangelista e interprete di Pietro; accanto ad esse, ecco le Chiese del Nuovo Mondo, San Juan de Puerto Rico (1511), il cui Arcivescovo è venuto qui con la vecchia genitrice, madre di 18 figli; e poi Guadalajara nel Messico (1548), Sao Salvador de Bahia in Brasile (1551), Bogotá in Colombia (1564), Cordoba in Argentina (1570), Sao Paulo ancora in Brasile (1745); e poi, nel secolo scorso, Boston e Los Angeles, negli Stati Uniti d'America; e Osaka nel moderno e fascinoso Giappone; e Sydney e Melbourne, in Australia. Ma sono soprattutto le giovani Chiese, nate dal contemporaneo sforzo missionario di tante energie nascoste, che, con questo Concistoro, vengono ad essere più largamente rappresentate : ecco il Pakistan, con l'Arcivescovo di Karachi, il Kenya con quello di Nairobi, il Congo col Presule di Brazzaville, e infine l'ampio e sperduto Pacifico, col Vescovo di quella isola di Apia, che visitammo nel corso del Nostro viaggio in Estremo Oriente e nel Pacifico di tre anni fa, vedendone da vicino la vitalità generosa, e da cui abbiamo mandato al mondo il Nostro appello per la collaborazione missionaria. Ë qui presente, pertanto, la Chiesa delle avanguardie, la Chiesa missionaria, « chiamata in ma-

[3] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 22.

niera più urgente a salvare e rinnovare ogni creatura, affinché tutte le cose siano instaurate in Cristo e gli uomini in Lui costituiscano una sola famiglia e un solo popolo di Dio ».[4] E nei Pastori che qui vediamo, attorniati dai loro fedelissimi diocesani, giunti da tanto lontano, Noi abbiamo voluto onorare tutti gli altri Pastori, tutti i sacerdoti autoctoni e gli ammirevoli missionari, tutti i fedeli di quei carissimi popoli, affinché brillasse più viva nel mondo la bellezza della loro missione, l'esempio della loro fede, l'ardore genuino della loro carità apostolica.

Accanto a questi dobbiamo far menzione di quei Nostri collaboratori che, per lunghi anni, hanno portato alla Sede Apostolica, in un esemplare, fedele, nascosto servizio, il contributo della loro esperienza e delle loro migliori energie: sono vite dedicate alla Chiesa, che tutto hanno dato, e ancora daranno, per la sua irradiazione nel mondo.

Mentre ancora porgiamo il Nostro rispettoso omaggio alle autorità dei vostri singoli Paesi e Città, facciamo voti che questa pagina di storia, che oggi si scrive, torni a vantaggio della unità e della fraternità del mondo, e soprattutto a splendore e a consolazione della Santa Chiesa.

Conforti il Signore i propositi di questo giorno: e nel suo Nome, di cuore vi benediciamo, unitamente a quanti sono qui spiritualmente presenti, partecipi della nostra comune letizia.

Post meridiem Summus Pontifex in Basilica Vaticana, cum E.mis Cardinalibus, quibus in Aula Audientiae Biretum rubrum mane sollemni ritu imposuerat, Sacrum concelebravit, hanc habens post lectum Evangelium Allocutionem :

Fratelli !

Solleviamo un istante il capo curvo su l'altare e grave per le parole penetranti e solenni, che la liturgia ci fa ascoltare, e guardiamoci intorno, guardiamo specialmente a voi Fratelli concelebranti. Lasciamo che un'onda di riverenza e di affezione

[4] Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 1.

corra sui nostri volti, commensali come ora siamo della mensa del Signore, e riflettiamo a quale titolo. Un vincolo originale, e profondamente ecclesiale, offre questo titolo: voi celebrate con noi ora questo santo Sacrifìcio, perché siete stati da noi chiamati a fare parte di quel sacro Collegio Cardinalizio che è storicamente definito non solo per la sua fondamentale e peculiare posizione canonica in questa Chiesa Romana, ma altresì per la sua funzione spirituale ed operativa a voi affidata, quella d'essere vicini alla nostra persona, di assistere e coadiuvare la missione che a noi da Cristo deriva, di guidare cioè pastoralmente il gregge di Lui, Cristo, la Chiesa, ora tanto cresciuta di estensione, di bisogni, di problemi. Grazie a voi, Fratelli, e pace a voi, che accogliendo il nostro invito, siete venuti, e subito vi disponete d'intorno alla nostra umile persona, pronti a condividerne « la sollecitudine di tutte le Chiese a servizio cioè ed a conforto di questa Sede Apostolica e d'un altro ben più largo Collegio, quello Episcopale, e con esso di tutto il Popolo di Dio. Qui, su la tomba dell'Apostolo Pietro, convalidiamo il comune proposito di rispondere insieme col cuore e con l'opera alla domanda incalzante del Signore, che sì, noi lo amiamo, lo ameremo, non ameremo che Lui, solo e per sempre, fino alla nostra dedizione totale : il sacro Collegio, con noi e con quanti lo compongono, dev'essere, in mezzo alla Chiesa, un focolare ardente di carità, luce ed amore, d'autorità e di servizio, di fedeltà al vangelo.

Oh! esulti il nostro cuore, esulti il vostro, in questo incontro dei nostri sguardi e dei nostri animi ! noi vorremmo riavere sulle nostre labbra i nomi delle vostre persone e ancor più quelli delle vostre Chiese, dei vostri rispettivi Popoli; che se il tempo ci concedesse di proferirli, sembrerebbe così a noi di far eco alla pagina degli Atti degli Apostoli, che ci dà la lista variopinta dei Popoli rappresentati all'avverarsi del prodigio della Pentecoste.[2] Non dobbiamo noi godere come di festa neh" avvertire che le vostre singole Persone, novelli Cardinali, assurgono in questo momento a rappresentanti delle vostre Diocesi e delle vostre Nazioni? e non possiamo noi con-

[1] *2 Cor.* 11, 28.
[2] Cfr. *Act.* 2, 9, ss.

fidarvi che cotesta pluralità geografica ed etnica è stata intenzionale nella scelta delle vostre persone, e più avrebbe voluto estendersi, se ne avesse avuto possibilità? Il genio della Chiesa non è forse la cattolicità? Vogliamo anche supporre che in questa stessa cerimonia voi, e coloro che vi assistono, anzi quanti hanno occhi limpidi per cogliere il senso di questo avvenimento, sappiano scorgere un segno di cattolicità, cioè di amore universale. Così ama la Chiesa Romana.

Ma a questo punto, cioè al confronto, che ci si prospetta davanti, di questo fatto, di questo rito, compiuto nella Basilica di S. Pietro, con il mondo che ci circonda, e in cui noi stessi viviamo, un problema sorge nel nostro spirito, e forse anche nel vostro, il problema che si chiede se noi siamo all'unisono col nostro tempo, se vi è rapporto plausibile fra la Chiesa e il mondo, come tanto autorevolmente ci fu raccomandato dal recente Concilio ecumenico.

Chi di noi si abbandona alla visione di questo tempio, ai ricordi, alle emozioni ch'esso suscita nell'animo, commosso dal rito suggestivo che stiamo celebrando, entra in uno stato di sogno, dimentica la realtà storica e profana, teatro della nostra vita presente, e si sente trasportato in un altro mondo, fuori dell'ora attuale. Ci sembra di arretrare nei secoli, o meglio di vivere fuori del tempo. Una questione, e questione grave, tiene vigilante la nostra coscienza; ed è questa: la Chiesa vive dentro, o fuori della storia? La Chiesa, con questi suoi incantesimi tradizionali, — perché tali ci sembrano forse i suoi riti, i suoi costumi, i suoi istituti presenti —, non ci rende forse estranei alla realtà della storia? non sarebbe essa stessa un anacronismo? e questa sua superstite fedeltà a concezioni e a istituzioni d'altri tempi non ci distoglie dal movimento universale, innovatore del progresso, dell'attualità fuggente? Non ci rende timidi, e solo solleciti di conservare il passato e di frenare la corsa verso l'avvenire?

Il problema esiste; ed ha in questo istante una sua urgenza che potrebbe avere due contrarie ed entrambe false risposte: quella dell'immobilismo, o quella del relativismo. II rapporto fra Chiesa e storia non si fìssa ciecamente alle forme del passato, straniando la Chiesa dal flusso della storia che si evolge e che muta, che conquista sempre mirando a mete future e

escatologiche, come non concede alia Chiesa di disperdere i tesori del suo cammino nel tempo, uno soprattutto, inalienabile, la fede, per mettersi affannosamente al passo insensato di una società, che precipita la sua corsa non trovando altrimenti alcuno equilibrio e alcuna pace : la rivoluzione è la sua meta, e con essa la perdita della libertà. La Chiesa, invece, ringraziamone Iddio, quand'è fedele a se stessa, ha il duplice e simultaneo carisma della fissità e della velocità, perché possiede la Verità divina ed eterna, estratemporale ed ultratemporale, che, mentre la conserva nella sua vivente identità, la spinge a sempre continuo perfezionamento e rinnovamento.

Cose da voi sapute. E cose da voi oggi vissute. Perché non è vero che le strutture costituzionali e le autentiche tradizioni collaudate dai secoli siano catene che inceppino il cammino della Chiesa nel tempo; esse ne sono insieme il sostegno e lo stimolo. Lo ricordiamo a voi, Fratelli Cardinali, a Voi Fratelli Vescovi e Sacerdoti e Diaconi, affinché non vi facciate vittime di voi stessi, cioè delle dignità e delle potestà, che la Chiesa vi conferisce, quasi fossero pesanti fardelli, che vi obbligano a difenderne il carattere a scapito della funzione, e quasi fossero d'intralcio, per lo stile nobile e sacro, che esse impongono alla vostra vita raffigurata su quella di Cristo,[3] agli ardimenti liberi e audaci d'un più valido apostolato. Non pensate giammai d'essere fuori della vita vissuta, fuori della storia, per il fatto che le vostre persone e le vostre idee hanno una forma propria modellata sull'esperienza autorevole della Chiesa; pensate piuttosto come voi, così compaginati con la Chiesa di Pietro, siete all'avanguardia dei grandi movimenti, che trascinano l'umanità verso i suoi evidenti e per essa così difficili destini, vogliamo dire l'unità, la fratellanza, la giustizia, la libertà nell'ordine, la dignità personale, il rispetto alla vita, il dominio della terra senza rimanervi impaniati, la cultura senza rimanervi smarriti... Ed ancora più; ci confidava, or non è molto, un alto esponente dello sviluppo industriale moderno : « il mondo del lavoro, nel fondo della sua anima inquieta, avida e sofferente, oggi ha bisogno di trascendenza; ha bisogno di chi gliene dia l'annuncio e il segno vissuto nel

[3] Cfr. *1 Cor. 4,* 10; *1 Thes. 2, 14.*

proprio esempio ... Perché non glieli date, voi ministri di Cristo? perché temete? non conoscete il fascino del vostro messaggio e del vostro ministero? » .[4] E quanto più convincente si fa questo discorso, quando pensiamo, come il Maestro ci ha insegnato, che tanto più efficace sarà la testimonianza, se convalidata dall'insuccesso e dalla sofferenza!

Ecco allora i pronostici delle buone, delle sante fortune per la causa del Vangelo e per l'incremento della Chiesa salire da questo rito nell'orizzonte dell'avvenire: quanti di voi sono oggi associati al nostro ministero pontificio con questo vincolo strettissimo e peculiarissimo del Cardinalato conforteranno tale ministero alla fermezza, al rinnovamento, alla fecondità e ne faranno proprio la testimonianza in questa Poma cattolica e fino ai confini della terra. Questo auguriamo, questo chiediamo, nel nome di Cristo e nella veste di Pietro, tutti di cuore benedicendo.

Nous saluons spécialement les Autorités et les pèlerins des pays de langue française, ici rassemblés pour cette célébration vraiment ecclésiale, et Nous comptons sur les nouveaux Cardinaux qu'ils sont venus entourer, pour Nous aider dans notre mission. A tous, Nous donnons notre Bénédiction Apostolique.

We wish to extend our greetings to the représentatives and pilgrims of English-speaking nations. You have witnessed today the wonderful universality of the Catholic Church. May the memories of this historie occasion make you ever stronger in your faith and give you much Joy in the Lord Jesus Christ. We give to ail our Apostolic Blessing.

Unser herzlicher Gruss gilt in dieser Stunde den Priestern und Gläubigen aus dem Bistum Mainz, den Vertretern der staatlichen und städtischen Autoritäten. Alle sind hierher gekommen, um dieses freudige Ereignis mit Uns und ihrem Oberhirten zu feiern. Ihnen und allen Pilgern aus den Ländern deutscher Sprache Unser Apostolischer Segen.

A las Misiones officiales, a los queridos sacerdotes, religiosos y fieles de lengua castellana, que vemos congregados

[4] Cfr. *Mt.* 8, 26 ; *Io.* 15, 20.

en torno a los nuevos Cardenales, nuestro saludo gozoso de congratulación y el deseo de que este encuentro, ante la Tumba del Apóstol San Pedro, os aumente los vínculos de comunión en la misma fe, corroborada por una caridad profunda, y plasmada en un ardiente servicio a la Iglesia. Así lo invocamos del Señor, con Nuestra Bendición Apostólica.

Aos fiéis de lingua portuguesa, diremos: em tres palavras — ***alegría,*** pela vossa presença, ***congratulaçao,*** pelos vossos novos Cardeais e ***felicidades,*** para todos — levai deste encontró as lembranças do Papa, para as vossas patrias, as vossas terras e familias, com a nossa Bênçao.

Subinde Beatissimus Pater anulum tradidit E.mis Purpuratis Patribus recens creatis.

* * *

Feria quinta, die xn mensis aprilis, in Aula Consistoriali Palatii Apostolici Vaticani, Summus Pontifex Paulus Pp. VI Biretum rubrum imposuit atque anulum tradidit E.mo Cardinali Stephano Trochta, Litomericensi Episcopo, eique Titulum, « pro hac vice », Sancti Ioannis Bosco in via Tusculana adsignavit.

Antequam novensili Cardinali Biretum impositum est, ipse Eminentissimus Trochta grati animi sensus Beatissimo Patri aperuit, qui postea hanc habuit Allocutionem :

Siamo assai lieti di ricevere cotesto cospicuo e distinto gruppo, venuto a far corona a Lei, Signor Cardinale, in una circostanza così importante e significativa della sua vita. Vediamo con piacere che è qui rappresentata anche l'Autorità civile del suo Paese, a cui rivolgiamo il nostro deferente saluto. A tutti diciamo il nostro grazie ed il nostro benvenuto.

Abbiamo ascoltato con animo commosso e attento il nobile indirizzo che Ella, Signor Cardinale, ha testé letto, nel quale ha effuso i sentimenti del suo cuore. E ne prendiamo volentieri lo spunto per esprimere a nostra volta quanto, in questo particolare momento di letizia, sentiamo sgorgarci nell'animo; come pegno di fiducia verso la sua persona; di benevolenza e di amore verso la comunità ecclesiale e civile della Cecoslovacchia; e di speranza per un sereno domani.

1. La sua elevazione alla dignità cardinalizia, da noi decisa — come annunciammo nel Concistoro Segreto del 5 marzo scorso — già fin dal 1969, è stata anzitutto un segno di fiducia per Lei, venerato e caro Signor Cardinale, per la sua persona. La Provvidenza Divina l'ha tratta da un'umile famiglia, dotata di integerrime virtù, per fare di Lei un Pastore del Popolo di Dio. Come guidate da un filo d'oro, le tappe della sua vita si sono succedute, dimostrando chiaramente il disegno di Dio su di Lei: rispondendo alla vocazione, Ella ha ubbidito alla voce del Signore con generosità assoluta, ponendo le sue forze al servizio della Chiesa; nella famiglia Salesiana, seguendo da vicino le orme di Don Bosco e di Don Rua, Ella ha trovato il significato della sua consacrazione a Dio, il quale La poneva, come i suoi Confratelli, al servizio dei più poveri, dei giovani, dei lavoratori. La Provvidenza L'ha inoltre formata alla severa e purificatrice scuola della sofferenza, dandoLe anche segni visibili di un'assistenza che ha del meraviglioso, e L'ha sempre accompagnata, fino all'Episcopato, che Ella ha accettato con spirito di servizio in una situazione non priva di difficoltà. E in tutti questi anni, quella mano L'ha sostenuta e confortata, maturando la sua personalità attraverso vicissitudini, che non hanno scalfito la sua disponibilità al dono di sé per i fratelli, e la sua fiducia nella Provvidenza Divina, alla cui azione Ella si è sempre abbandonata.

2. Questo riconoscimento dovuto alla sua persona, si estende peraltro al di là di essa per abbracciare la sua diletta Patria: e vuol essere perciò un segno di benevolenza e di amore verso la Cecoslovacchia, che è sempre tanto vicina al nostro cuore. Essa ha dato grandi figure di Santi, come Venceslao e Adalberto; ha avuto esemplari Vescovi e Cardinali, dei quali, ne siamo certi, Ella saprà essere degno continuatore.

Con la dignità a Lei conferita abbiamo perciò voluto dimostrare il nostro affetto verso la comunità dei sacerdoti e dei fedeli della Cecoslovacchia : è tutta la Chiesa, nella sua Patria, che abbiamo inteso onorare, e che sentiamo presente in questo momento; ad essa vogliamo assicurare che partecipiamo alle sue gioie come alle sue pene, alle sue speranze come alle sue ansie, per confortarla e per incoraggiarla nel suo cammino di fedeltà a Cristo Signore.

Ma il nostro sguardo si allarga in cerchio più vasto : e pertanto vorremmo che, tornando a casa. Ella dicesse a tutti quanti, nella sua cara Patria, che il Papa è ad essi vicino, li ama e li apprezza, li stringe in un unico abbraccio spirituale come un padre verso i figli amatissimi: e tutti davvero, non soltanto i credenti, vorremmo che avessero quest'assicurazione.

3. Aggiungiamo, infine, una parola di speranza, sentimento che nasce strettamente congiunto alla benevolenza, e di cui la nomina del Vescovo di Litomerice al supremo Senato della Chiesa ha voluto essere un lietissimo auspicio. Noi confidiamo, cioè, che questo atto di distinzione della Santa Sede verso uno dei più eletti figli della sua nobile terra possa portare un serio contributo alla soluzione di quei problemi che la Chiesa ha il dovere di affrontare.

Come bene sapete, si tratta soltanto di assicurare alla Chiesa la possibilità di svolgere convenientemente la sua missione, essenzialmente spirituale, che pur ridonda al bene totale della comunità. Come sottolineammo nel Concistoro del 5 marzo scorso, la nomina di quattro nuovi Vescovi ci è apparsa come un primo passo nel processo in corso « per avviare a normalità la situazione della Chiesa nella Repubblica cecoslovacca e il governo canonico di quelle diocesi » ; e così la pubblicazione della sua elevazione al Collegio dei Cardinali è stata come il coronamento degli iniziali e promettenti risultati di tanti pazienti e prudenti sforzi. Sono segni di speranza che per noi, come certo anche per voi, è bello raccogliere, in pegno di un sereno e costruttivo avvenire.

Con questi sentimenti, noi invochiamo le copiose grazie del Signore per il costante, ordinato progresso civile e sociale della sua Patria, mentre di gran cuore impartiamo a Lei, caro e venerato Signor Cardinale, a voi qui presenti ed a tutti i figli della Chiesa in Cecoslovacchia la nostra confortatrice Benedizione Apostolica.

LITTERAE APOSTOLICAE

E.mus P. D. Hugo Titulo Sanctorum Ambrosii et Caroli ad Viam Latam S. R. E. Presbyter Cardinalis Poletti Vicarius Generalis Summi Pontificis in Urbe eiusque suburbiis et districtu eligitur.

PAULUS PP. VI

Venerabilis Prater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Positum est in Romanorum Pontificum instituto, ut uni e Purpuratis Patribus munus committatur Vicarii Generalis, qui nempe vicaria sed ordinaria potestate almae Urbis Dioecesim regat. Quod quidem officium tuis humeris imponere statuimus, Venerabilis Prater Noster, quem modo in Cardinalium Collegium cooptavimus. Probe novimus quidem onus non leve esse, sed compertum habemus pastorale studium tuum, ad quod alia ornamenta animi accedunt; quod quidem ipse testatus es in hac Dioecesi, sive prius ut Vices Gerens, sive deinde, post obitum desideratissimi Cardinalis Angeli Dell'Acqua, ut Pro-Vicarius Generalis. Spes ergo Nos tenet fore, ut haec inclita Urbs, in qua est sedes Petri, te annitente, spiritualibus incrementis augeatur lucemque Christi quoquoversus latius effundat. Quare, motu proprio, certa scientia Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, officium praedictum tibi, per te vel per legitimos officiales tuos exercendum, cum omnibus et singulis privilegiis, facultatibus, praerogativis, immunitatibus, iuribus, honoribus quoque et oneribus atque emolumentis, quibus alii in eadem hac Urbe eiusque suburbiis et districtu Vicarii in spiritualibus Generales Romanorum Pontificum, Decessorum Nostrorum, uti, frui potuerunt seu etiam debuerunt, harum Litterarum vi concedimus ac tribuimus. Te idcirco *Nostrum Urbis, suburbiorum et districtus Vicarium in spiritualibus et Iudicem* constituimus ac renuntiamus, curam, regimen, administrationem, liberumque praedicti muneris exercitium plenarie tibi committentes. Hinc Nos tibi, Venerabilis Frater Noster, mandamus, ut, vigore praesentium, quam primum per te vel per procuratorem tuum possessionem seu quasi possessionem officii Vicariatus et illi adnexorum quorumlibet appréhendas ac retineas, officiumque ipsum Vicariatus eadem forma, qua decessores tui illud exercuerunt vel exercere potuerunt ac debuerunt, similiter exerceas, ceteraque omnia et singula ad officium huiusmodi ex iuris praescripto vel usu et con-

suetudine spectantia facias, geras, ordines, exsequaris. Te igitur, Venerabilis Frater Noster, rogamus, ut, regiminis et administrationis huiusmodi onus prompta animi devotione suscipiens, munus ipsum secundum datam tibi a Domino prudentiam sic exerceas, ut exinde fructus, quos speramus, proveniant ac divinae retributionis praemium consequi merearis. Dilectis autem filiis Nostris tum e clero tum e populo huius Almae Urbis praecipimus, ut te ea, quae par est, cum reverentia recipiant, tibi faveant, praesto sint ac pareant.

Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vi mensis Martii, anno MCMLXXiii, Pontificatus Nostri decimo.

EPISTULA

Ad Exc.mum P. D. Aloisium Lorscheider, Angelopolitanum Episcopum, Conferentiae Episcoporum Brasiliae Praesidem, cum annuum ea in Natione Fraternitati Conciliandae Coeptum initium habuit.

Na perspectiva da Páscoa do Senhor, vai iniciar-se a Companha da Fraternidade - 1973. Com eia, como de há dez anos a esta parte, procura-se animar cristâmente a Quaresma nesse dileto País, interpelando os fiéis brasileiros, para que, a sua aprofundada conversáo, par um maior empenhamento na oraçâo e na penitencia, desabroche em generosa solidariedade, interesse apostólico e gestos concretos de caridade.

Que o Deus da paz a todos torne aptos, com toda a especie de bem, para cumprirem a sua vontade, por Jesus Cristo, ao qual seja dada gloria ![1]

((O egoísmo escraviza, o amor liberta » : foi o tema bem escolhido, para o diálogo, a reflexâo e as preces dos fìlhos da Igreja, empenhados, com o firn de bem e para edificaçâo dos irmâos, na vivencia e testemunho do Misterio Pascal, ou do sumo amor de Deus para com os homens, concretizado em Cristo, Redentor e Salvador.

Amor que liberta : realidade, promessa e esperança, na primeira Páscoa, vivida pelo Povo eleito, durante e após dura provoçâo. Eia o marca e o faz renitente ao apelo divino para o diálogo amoroso,

[1] Cfr. *Hebr.* 13, 20-21.

traduzido em vida. E Moisés tem de lhe explicar : « Nao temáis, pois Deus veio para vos provar... para que nao pequéis » . [2]

Sim, o pecado : ele é mau uso e perda da autentica liberdate, frente a Deus e aos outros. De facto, « foi para que fôssemos livres, que nos libertou Cristo » , [3] hömem perfeito e sem pecado. Com a sua vida, morte e ressurreiçâo, Ele veio inaugurar a Nova Lei, ou « lei da liberdade », cujo código enuncia com simplicidade, confirma e aperfeiçoa, com o « mandamento novo » :

« O Senhor, nosso Deus, é o único Senhor ; ama-o, portante, com toda a tua alma, com toda a tua mente e com todas as tuas forças... E ama ao próximo, como a ti mesmo ». Este amor «vale mais do que todos os holocaustos e sacrificios » ; e quem o vive <(näo está longe do Reino de Deus » ;[4] para nele entrar, falta-lhe apenas aceitar e observar o « mandamento novo » — amar, como Cristo nos amou e amou a inteira familia humana.

Para tanto, Eie « näo procurou o que lhe era agradável » , [5] porque o egoísmo escraviza ; mas, tendo amado, amou até ao ultimo sinal : dar a vida por aqueles a quem amava. E assim o amor que liberta.

E foi na base déste amor que Ele estabeleceu o seu Reino, destinado, segundo o designio divino, a desenvolcer-se cada dia, até á consumaçâo final, em todas as suas dimensöes : graça, justiça, solidariedade fraterna e paz. E isso, pelo poder de Deus e pelo poder comunicado aos seus discípulos, assumidos doravante como « istrumentos de redençao universal » : ((Eu deixo-vos o exemplo, para que, como Eu fiz, vos façais também » . [6]

Grandioso e belo é, pois, o programa traçado pela Campanha da Fraternidade - 1973 ; mas, ao mesmo tempo, exigente : abnegar-se a si mesmo, porque o egoísmo escraviza ; e, com santidade de vida, atuar o amor que liberta, em si e no pròprio ambiente, de maos dadas com todos os irmâos de boa-vontade, de modo paciente, benigno, desinteressado, corajoso e positivo.

Programa para todos, sem exceçâo, **ele** faz um apelo particular á generosidade dos jovens brasileiros : que todos saibam, portanto,

[2] *Ex.* 20, 20.
[3] *Gal.* 5, 1.
[4] Cfr. *Aie.* 12, 29-34.
[5] *Rom.*, 15, ii.
[6] *Jo.* 13, 15.

responder-lhe, ao afirmar a propria fé no Misterio Pascal, com nm amor como o de Cristo. Este amor encerra o germe da integral verdade humana, que torna livres os que a seguem a lhes proporciona as alegrias da comunhâo no triunfo da Ressurreição com Cristo.

Oxolá sejam estes os sentimentos que suscite e os frutos que faça brotar, em todos os comprometidos e interpelados, a Campanha da Fraternidade ; é o que instantemente pedimos a Deus, ao conceder aos Veneráveis Irmâos Bispos e a todos os amados filhos da dileta Naçâo brasileira, a nossa Bênçâo Apostólica.

Vaticano, 2 de Fevereiro de 1973.

PAULUS PP. VI

ACTA SECRETARIAE STATUS

NOTIFICATIO

Institutum cui nomen « Pontificia Opera di Assistenza » in Italia a suis muneribus cessavisse declaratur.

Sua Santità Paolo VI nell'Udienza del 24 Aprile 1973, concessa al sottoscritto Cardinale Segretario di Stato, ha ordinato che — in seguito alla istituzione della ((Caritas Italiana », che è l'ente dell'Episcopato Italiano per le attività assistenziali — la Pontificia Opera di Assistenza in Italia, istituita in data 15 Giugno 1953, sia da considerarsi soppressa a tutti gli effetti.

Dal Vaticano, 24 Aprile 1973.

G. Card. VILLOT

ACTA COMMISSIONUM

PONTIFICIA COMMISSIO DECRETIS CONCILII VATICANI II INTERPRETANDIS

Responsa ad proposita dubia

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, respondendum esse censuerunt ut infra :

I

(de poena excommunicationis l.s. declaranda)

D. - Utrum vigore facultatis n. 13 Rescripti Pontificii *Cum admotae,* diei 6 mensis novembris anni 1964, Moderator Supremus Congregationis clericalis iuris pontificii uti valeat facultate ponendi actus iurisdictionis pro regimine et disciplina interna ad declarandam excommunicationem latae sententiae in proprios subditos, qui delictum commiserint, quod in sacris canonibus describitur et illa poena punitur.

R. - *Affirmative.*

II

(de cessatione post quinquennium a commisso munere)

D. - 1) Utrum in norma, de qua in n. 2 § 5 Constitutionis Apostolicae *Regimini Ecclesiae universae,* praeter Praefectos, Membra et Secretarios Sacrarum Congregationum, comprehendantur quoque Praefecti, Praesides vel aequiparati, Propraesides et Vicepraesides, Membra et Praelati Superiores caeterorum Dicasteriorum et Coetuum seu Ordinum collegialium Romanae Curiae (ut Tribunalia, Secretariatus, Officia, Commissiones et Comitatus permanentes) ;

2) Utrum cessatio post quinquennium a commisso munere Consultorum Dicasteriorum, de qua in n. 5 § 1 eiusdem Constitutionis Apostolicae *Regimini Ecclesiae universae,* respiciat quoque Consultores caeterorum Coetuum seu Ordinum Romanae Curiae, necnon Votantes, Referendarios, Consulentes, Commissarios et Peritos Dicasteriorum et Coetuum seu Ordinum, de quibus dictum est.

R. - *Affirmative ad utrumque,* exceptis tamen Coetibus seu Ordinibus Romanae Curiae qui lege propria hac in re regantur (hoc est nominatim Sacra Romana Rota, Camera Apostolica et Collegium Protonotariorum Apostolicorum de numero participantium) necnon, ob peculiarem sui naturam, Secretaria Status seu Papalis, quae ad nutum est Summi Pontificis.

Ss.mus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 18 aprilis 1973 infrascripto impertita supradictas decisiones ratas habuit, adprobavit et publicari iussit.

PERICLES Card. FELICI, *Praeses*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

31 marzo 1973. Le Loro Eccellenze Rev.me i Monsignori : Etchegary Roger, Arcivescovo di Marsiglia; Bernardin Joseph, Arcivescovo di Cincinnati; Dwyer George Patrick, Arcivescovo di Birmingham; Pogaènik Joze, Arcivescovo di Ljubljana; Lorscheider Aloisio, Arcivescovo di Fortaleza; Baroni Gilberto, Vescovo di Reggio Emilia, *Membri della Sacra Congregazione per i Vescovi.*

» » » S. E. Mons. Romero de Lema Maximino, Segretario della S. Congregazione per il Clero; P. Hamer Jérôme O.P., Segretario della S. Congregazione per la Dottrina della Fede, *Consultori della Sacra Congregazione per i Vescovi.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali: Muñoz Duque Aníbal; Palazzini Pietro; Otunga Maurice; Volk Hermann, *Membri della Sacra Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti.*

» » » S. E. Mons. Casoria Giuseppe, Segretario della S. Congregazione per le Cause dei Santi; P. Trapè Agostino, O.S.A.; P. Dezza Paolo, S.I., *Consultori della Sacra Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali: Conway William; Rosales Julio; Wojtyla Karol; Baggio Sebastiano; Pignedoli Sergio; Ribeiro Antonio; Medeiros Humberto S.; Primatesta Raul Francisco; le Loro Eccellenze Rev.me Baum William W., Arcivescovo di Washington; Daem Jules Victor, Vescovo di Antwerpen; Picado Tre jos Ignacio, Vescovo tit. di Acque Albe di Mauritania; Salac Josip, Vescovo tit. di Baliana; Brewer John, Vescovo tit. di Britonia, *Membri della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

31 marzo 1973. S. E. Mons. Villa Gaviria Germán, Arcivescovo di Barranquilla; D. Medina Jorge; D. Restrepo Diego; P. Gutiérrez Anastasio, C.M.F.; P. Luvten Norbert, O.P. ; P. Latourelle René, S.I. ; P. Sánchez Vega Miguel, S.M. ; Suor Hermann Claire, F.d.C; Sig. Lazzati Giuseppe; Sig. Agazzi Aldo, *Consultori della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali: Wyszyúski Stefan; Mozzoni Umberto; Palazzini Pietro; Pappalardo Salvatore;
gli Eccellentissimi Monsignori : Senyshyn Ambrozij, Metropolita di Philadelphia degli Ucraini; Worku Sebhatu, Eparca di Adigrat; Dudick Michael Joseph, Eparca di Passaic dei Ruteni; Stratiew Metodij Dimitrov, Vescovo tit. di Dioclezianopoli di Tracia; Starnati Giovanni, Amministratore Apostolico dell'Eparchia di Lungro; Nyary Ernest Charles Albert, Arcivescovo di Bagdad dei Latini, *Membri della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali.*

» » » S. E. Mons. Doumith Michel, Vescovo di Sarba; Mons. Moeller Charles, Segretario del Segretariato per l'Unione dei Cristiani; Mons. Marusyn Miroslav Stefan; Mons. Joubeir Antoine; Mons. Virgulin Stefano; Mons. Hirka Jan, Ordinario dell'Eparchia di Presov; P. Zuzek Ivan, S.I.; P. de S. José Miguel Angel, S.C.; P. Caloyeras Dominique, O.P. ; D. Lanne Emmanuel, O.S.B.; P. Chimy Jeronim, dei Basiliani di S. Giosafat; P. Asghedom Samuel, O.C. ; P. Dumont Christophe, O.P., *Consultori della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali.*

» » » Mons. Sauget Joseph Marie; Rev. Eman Ghebre Mariam, dell'Eparchia di Asmara; P. Macomber William, S.I. ; D. Raquez Olivier, O.S.B. ; P. van De Paverd Frans, O.S.A. ; P. Wawryk Mychajlo, dei Basiliani di S. Giosafat, *Consultori della Commissione Speciale per la Liturgia nella Sacra Congregazione per le Chiese Orientan.*

NECROLOGIO

31	marzo	1973.	Mons. Filippini Francesco Venanzio, Vescovo tit. di Tinisa di Numidia.
2	aprile	»	L'E.mo Signor Cardinale Lefebvre, già Arcivescovo di Bourges.
7	»	»	Mons. McQuaid John Charles, già Arcivescovo di Dublino.
»	»	»	Mons de Sá Leào y Seabra Pompeu, Vescovo di Malanje.
13	»	»	Mons. Anglim Mario Roberto Emett, Vescovo tit. di Gaguari, Prelato di Coari.
16	»	»	Mons. Moussess Curiacos, Vescovo di Amadiyah dei Caldei.
27	»	»	Mons. Rayappa Peter Francis, Vescovo tit. di Arabisso.
28	»	»	Mons. Zaplana Bellizza Alfonso, Vescovo di Tacna.
29	»	»	Mons. Ferrari Erico, Vescovo di Santa Maria.

An. et vol. LXV 31 Maii 1973 N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

MARUANAE-MOKOLENSIS

Praefectura Apostolica Maruana-Mokolensis ad gradum dioecesis evehitur.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui Sanctissimi Numinis consilio universae Ecclesiae gubernandae praepositi sumus Petri successores, in hac sane re curas Nostras omnes defigimus studiumque omne consumimus, ut videlicet divina Christi religio et fides, quam Apostoli per universum terrarum orbem praedicarunt, Patres illustrarunt, maiores Nostri Romani Pontifices ut pupillam oculorum tuiti sunt, fines usque proferat inter gentes ac laetissimae messis more ac modo fructus amplissimos redderet. Quam ob rem, cum Praefectura Apostolica Maruana-Mokolensis haud parva suscepisset incrementa, maioraque suscipere posse videretur si in formam dioecesis redigeretur, atque simul bene fieri existimavimus, si id ageremus, hanc etiam ob causam, ut Patribus ibi laborantibus et merita laus tribueretur, et animus adderetur ad novos labores. Quae cum ita sint, venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione praepositis sententiam

rogatis ; item venerabili Fratre audito Ioanne Jadot, Archiepiscopo titulo Zuritano atque in Camerunensi Re publica Pro-Nuntio, Apostolica Nostra auctoritate Praefecturam Apostolicam *Maruanam-Mokolensem* in dioecesis formam redigimus, eodem nomine iisdemque finibus, factis nempe iuribus quae ad dioeceses pertinent. Quam profecto dioecesim metropolitanae Sedi Yaundensi subicimus suffraganeae, simul constituentes, ut Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione sit obnoxia. Sedem episcopalem in urbe Maruana statuimus, cum iuribus et oneribus propriis. Indulgemus praeterea ut Canonicorum loco Consultores dioecesanos ad tempus deligantur, qui Episcopo consilio et opera assint. Cetera autem, administratio dioecesis, iura et onera cleri ac populi, similia, iure Canonico temperentur. Ultimum mandamus, ut has litteras Nostras venerabilis Frater Ioannes Jadot, cuius mentionem fecimus, ad rem adducat, actaeque rei documenta exaret atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittat, facta facultate alium virum legandi ad hanc rem, si visum fuerit.

Ceterum hanc constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiosae serventur atque igitur vim suam obtineant.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

ꝟ ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. B. E. Cancellarius

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmirenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco ꝟ Plumbi

In Secr. Status tal., n. 281262.

II

YAGUANAE

Praefectura Apostolica Yaguana in Camerunensi Republica ad gradum dioecesis evehitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ut apostolicum Nostrum postulat Magistri ac Pastoris officium, aptiore nempe in dies ratione Christi evangelio proferendo consulendi, censuimus iam esse praefecturam apostolicam Yaguanam ad dioecesis dignitatem attollendam. Id enim non solum requirunt pastorales ibi locorum suscepti labores rerumque religiosarum feliciter capta incrementa, verum etiam quae maiora in posterum fieri praevidentur. De sententia igitur Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione, audito quid hoc super negotio sentiret Venerabilis Frater Ioannes Jadot, Archiepiscopus titulo Zuritanus atque in Camerunensi Republica Apostolicus Pro-Nuntius, summa Nostra potestate praefecturam apostolicam *Yaguanam* ad gradum dioecesis attollimus, eodem nomine iisdemque finibus, factis nempe iuribus quae ad dioeceses pertinent. Quam profecto Sedi metropolitanae Yaundensi subicimus suffraganeam, simul statuentes ut Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione sit obnoxia. Sedem episcopalem in urbe Yaguana statuimus, cum iuribus et oneribus propriis. Indulgemus praeterea ut Canonicorum loco consultores dioecesani ad tempus deligantur, qui Episcopo consilio et opera assint. Cetera autem, administratio dioecesis, iura et onera cleri ac populi, similia, iure Canonico temperentur. Mandamus etiam ut has Litteras Nostras Venerabilis Frater Ioannes Jadot, cuius mentionem fecimus, ad rem adducat, vel ab eo delegatus sacerdos, actaeque rei documenta exaret atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittat.

Ceterum hanc Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse

et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur atque igitur vim suam obtineant.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

ꝟ ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Secr. Status tab., n. 231261.

III

TELLICHERRIENSIS
(MANANTODDYENSIS)

Quibusdam detractis territoriis ab Eparchia Tellicherriensi, nova constituitur, nomine « Manantoddyensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quanta gloria Ecclesiae Orientales usquequaque floruerunt ac floreant, tum felix sanctorum Patrum abundantia et sanctitas ostendit, tum concilia, omnium celeberrima, ex universa christiana re publica ibi acta, in quibus praecipua sanctissimae religionis nostrae capita definita sunt, tum ubique constituta coenobia, ad virtutem colendam moresque conformandos aptissima, cetera. Quae sane causa est, cur haec Romana et Apostolica Sedes et summa semper admiratione ad easdem respexerit, et, quantum maxime potuit, earum rebus ac necessitatibus providere studuerit. Cum igitur Sacrae Congregationi pro Ecclesiis Orientalibus visum fuerit e territorio Eparchiae Tellicherriensis, nimis patentis, novam condi Eparchiam, Nos re bene conside-

rata, haec quae sequuntur, decernimus atque iubemus. Ab Eparchia Tellicherriensi civiles districtus detrahimus, quibus sunt nomina vulgaria : Nord Wyanad, Sud Wyanad, Shimoga, Chigmagalur, Hassan, Mandya, Mysore, Nilgiris, iisque novam Eparchiam constituimus, cuius erit appellatio *Manantoddyensis,* ab urbe regionis principe Manantoddy. Huius Ecclesiae Sedem atque Episcopi domicilium in hac eadem urbe ponimus, cathedramque docendae doctrinae in templo praecipuo loci, quod nempe iuribus debitis insignimus. Tum Eparchiam praeterea, tum eius Eparchum metropolitanae Sedi Ernakulamensi eiusque Metropolitae subicimus suffraganeos. Ad cetera quod attinet, scilicet regimen atque administrationem Eparchiae, iura cleri et populi, similia, id servandum statuimus, quod ius Orientale praescribit.

Ceterum hanc Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant.

Datum Romae, apud S. Petrum, die primo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

Pro S. Congr. pro Eccl. Orient. Praefecto
£& MARIUS BRINI
Archiep. tit. Algizen., a Secretis

EDUARDUS MARTÍNEZ
Adsessor

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi
In Secr. Status tab., n. 230713.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Liviae Pietrantoni, quae et Soror Augustina, beatorum honores decernuntur.

Sacrarum Litterarum voces, quae ab adorando Filii Dei ore prodierunt : « Estote ergo perfecti, sicut et pater vester caelestis perfectus est » *(Matth.* 5, 48) ; item aliae : « Qui fidelis est in minori, et in

maiori fidelis est » *(Luc.* 16, 10), paene summam exhibent tum vitae tum etiam pietatis famulae Dei Augustinae, Sororis a Caritate. Cuius profecto virtutem praestantem et admirabilem iudicio Nostro con^ firmare consilium est, atque universae populi Dei multitudini ad imitandum proponere. Tam sancta enim femina, nullis ambagibus, mira constantia ad Deum, principium suum, usquequaque contendit, perfectione et absolutione optimi in omnibus rebus. Quod sane, quasi palaestra recte agendi, intentum ad virtutem animum ita instruxit atque comparavit, ut ferro tandem lacessita pia Soror neque amore vitae repugnaret, et fuso aeque sanguine opprimeretur.

Beata Dei famula « Pozzaliae », qui est regionis Sabinae pagus, in lucem edita est, die xxvn, mense martio, anno MDCCCLXIV, Francisco Pietrantoni et Catharina Costantini parentibus, de undecim fratribus secunda. Eodem autem die, quo nata, fuit sacra Baptismi aqua abluta, Liviae, Ulpiae, Candidae nominibus impositis. Maiorum, parentum insignis pietas," ac divini reverentia cultus.

Amplius autem quattuor annos nata, chrismatis sacramento firmata est ; quae etiam litterarios ludos, seu scholas, frequentavit pulcherrimo fructu, tametsi saepe abesse invita cogebatur, ut absentis forte matris vice fungeretur, domum administraret. Catechismi diligentissima fuit, quem et longe facile memoriae mandabat, et aequales docebat, maxime fraterculos ; quin, cum hora religiosae institutionis propinquabat, Livia eundi desiderio flagrabat.

Cum autem secundum aut tertium decimum annum ageret, ut tum mos erat, sacrosanctum Christi Corpus primum suscepit, idque eximia pietate. Interim avi sui, senescentis, et patris, saepius aegrotantis, curam sustinebat cara ac iucunda filia, aut agros petebat, suis operam datura, ceterisque officiis fungebatur, quae multa fratrum cohors et ruris opera poscerent. Erat, cum tantus esset agendarum rerum et laborum cumulus, sive domesticorum sive externorum, ut Livia pallesceret et extenuata languescere!, nulla prorsus querela. Erat etiam, cum ob singularem eius operam tum ipsa tum sociae ab opere ante tempus cessare possent, ut una simul rebus divinis assisterent : semper enim ei multo iucundissimum fuit et Dei templa frequentare, et divinas canere laudes, et preces fundere.

Adulescente autem aetate, cum sibi firmiter proposuisset uni Deo omni cum castitate servire, delatas condiciones omnino recusavit. Quia tamen incertum et obscurum qua via, in qua religione, quibus subsidiis, idcirco sermonem hac de re cum nullo communicabat.

At caelorum Pater haesitanti affuit, ope cuiusdam viri religiosi, Sodalis a Misericordia, matris ipsius consanguinei. Qui cum studiosam puellam audisset, curam tantam negotii suscepit, ut Livia, omnibus quae impedimento essent superatis, tandem Instituto Sororum a Caritate, quas a S. Ioanna Antida Thouret cognominant, Romae exciperetur, anno videlicet MDCCCLXXXVI, mense martio. In initio vero consilio tam acquievit, ut parentibus constanter scriberet se eo vitae instituto, quod cepisset, esse beatissimam, et cotidie Deo gratias persolvere, quod ad id vocasset.

Ante autem inceptum noviciatum, interroganti magistro pietatis quo consilio Institutum ingressa esset, respondit candida iuvenis se ea mente venisse, ut sancta fieret. Quae habitu religiosarum suo tempore induto acceptoque nomine Augustinae sane plurimum in virtute profecit. Diceres eam cum veste novum hominem induisse, in iustitia et sanctitate veritatis creatum (cf. *Eph.* 4, 24) ; quae et molestias et incommoda aequo animo caperet, et officia egregie tueretur, et dignitati religiosae condicionis serviret.

Eo interim spatio, quod inter noviciatum et religiosa vota intercedit, partes ei datae, ut Romae, in valetudinario a Sancto Spiritu, aegris assiderei. Neque ibi tum rerum religiosarum status quietus et placatus. Etenim post annum MDCCCLXX, quo anno cives Ecclesiae hostiles rerum summam Romae habuerant, res in peius verterant omnisque in valetudinariis vel species alendae aut excitandae fidei in animis fuerat inhibita.

In tam iniqua temporum fortuna Dei famula prudentiae atque caritatis praesidia sibi comparavit. Atque initio puerulis curandis praeposita, tanto amore officia exhibuit, ut innocentes matrem dicerent. In ea vero re, sane quam profuit usus quem magnum in domo sua consecuta erat, atque adhibita semper cum fratribus lenitas et aequabilitas.

Brevi autem est Augustina in alios aegrotorum ordines translata, quibus eadem prorsus alacritate inserviit. Gravi tum ac pernicioso morbo correpta, beatae Mariae Virginis beneficio convaluit; quam ob rem, novum ei graviusque officium datum est, ut tabe laborantibus assiderei, tunc primum in valetudinario a S. Spiritu exceptis; cuius rei laetitia etiam in vultum erupit.

Interim die xxix mensis septembris, anno MDCCCXCIII^ voti religione se obstrinxit ; quae causa fuit, ut ceu hostia Deo sacra, studia sua in Deum proximumque accenderet. « Sum Christi sponsa, exclamabat eo die, cui soli placere volo, vel impendio vitae ».

Quanta autem virtute, fortitudine, robore ibi opus esset, ubi morosissimi quique homines, indociles, corpore et animo fracti iacerent, id soli Deo notum et illis, qui praesentes, testes ac spectatores fuerunt. Augustina ergo, iustitiae et lucis armis induta ad beati Pauli verba (cf. *Rom.* 6, 13; 13, 12), probris, conviens, maledictis, minis, ingestis interdum manibus, aequitatem, gratiam, benevolentiam interponere. Cum tamen et ipsa in eundem phthisis morbum implicita esset, cumque minae ac terrores a quibusdam aegrotis iam saepius iactarentur, susceptum est consilium ab iis qui rei praesidebant, sedis eius alio transferendae. In qua re tamen Dei famula haud facile acquievit ; sed sui prodiga : « Mater, inquit antistitae suae, iam me patere infectis huius modi adhuc servire unam ; si enim aliam huc, mei loco, suffeceris, timendum, ne et ipsa morbo eodem infestari incipiat, atque idcirco non una, sed duae victimae simus ». Itaque, facta potestate, in gradu stetit.

Ceterum, die xin novembris, anno MDCCCXCIV, coorta procella est. Quidam enim aegrotus, cum in eam opinionem venisset falso, eam in illum delationis libellum composuisse, tamquam sicarius audacissimus inermem aggressus, septies cultro percussam oppressif. Quae, cum vix : « Maria, auxiliare ! » admurmurasset, nullo pro vita certamine, sereno ore de medio decessit.

Augustinae vita non miraculis aut operibus nitet egregiis, sed plane communis fuit, quin etiam umbratilis, qualis solet esse obscurae puellae, Sororis, nosocomae vita. Atqui .singularis et egregius fuit amor, et perfectio, et religio, et fides, quibuscum usitata cotidianae vitae opera intexebat. Hinc igitur, qua erat animi simplicitate ac sinceritate, culpas omne genus studiose vitabat ; hinc, qua erat erga Deum caritate, incredibili desiderio tenebatur sui donandi, quod eius agendi rationem totam afficeret, quodque ceu vivax ignis et avidus, in flammae speciem glisceret.

Qua studio mota, iam tum, cum domi suae esset, aiebat : « Ego autem eam religionem ingrediar, in qua nihil umquam habeam requietis, neque die, neque noctu; via enim quae ducit ad beatam aeternitatem, aspera. In quam qui contendere velit, nullum totius est iter, quam Iesu Christi patientis ».

Desiderium autem hoc, quo alios sibi in omnibus anteponebat et sibi uni damna et incommoda potius servabat, maxime in assistendo aegrotis nituit; quos, ut mos fuit omnium sanctorum iudicare, verissima Christi membra reputabat. Nempe horum sputa et sanguinem tergere, et officiis fungi ingratis suum esse ducebat, etiam tum, cum

muneris alius hoc esset. Frequenter totam noctem ad aegrotorum custodiam pro ceteris vigilabat, ut hi plus quietis caperent.

Itaque caritas amplissime atque honestissime triumphabat, ut propositum erat Instituto suo atque tritum illud significabat : « Solus Deus » !

Augustum vero caritatis templum fides spesque fulciebant. Fides videlicet, qua non solum verbis et promissis Dei auctoritatem tribuebat, sed etiam praesentem illum et auctorem in omnibus seu rebus seu eventibus percipiebat, praecipue in egentibus, secundum Evangelii placita (cf. *Matth.* 25, 40). Spes deinde, quam varii vitae casus, loca, tempora manifesto patefaciebant. Quod enim tam crebro de caeli beatitudine elocuta fuerit, id arguit studia et consilia sua cuncta, humanis omnibus posthabitis, eo semper spectasse, ubi animus Deo perpetuo frueretur.

Ceterum facile efficitur eius generis vitam, gloriae Dei procurandae unice deditam, atque proximi bono mirifice mancipatam, nonnisi fide sanctissima, et spe bona, et caritate perpetua niti potuisse iisque ali.

Ad eius autem pietatem quod attinet, ea quidem in omnibus elucebat, maxime vero in precibus; quibus fundendis adhuc puerula ita instabat, ut interdum in serum noctis et ad lucem usque extraheret, genibus flexis, ad lectuli sui pedes. Cum vero ruri esset, ubi poterat, a reliquis omnibus paulum decedebat, ut apud se commode precaretur. Quin etiam puellas, laboris socias, ad idem invitabat. Nonnumquam, cum a communi opere cessatum esset, exemplo et gratia comitatum redeuntium, et in his viros, inducebat, ut una Deo preces admoverent.

Postquam vero professa est Instituti sui religionem, nulla aut quietem aut otium iucundiora putabat, quam quae sibi daret coram SS. sacramento altaris.

Eucharistia erat ei panis et amor. Christi Redemptoris passionem sancte colebat, potissimum pio Viae Crucis exercitio, ut dicunt. Praeter Christi et beatissimae Virginis Mariae, Sanctorum etiam nomina et patrocinia ingenue invocabat : S. Ioseph, nempe, S. Aloisii Gonzagae, S. Vincentii a Paulo, aliorum.

Castitas praeterea, temperantia, prudentia, paupertas, aequitas animi, summa.

Cum homicidae furor in Augustinam efferbuit, sane hic ignorabat se inscium ad lucernam, quae semper latuisset, super candelabrum collocandam profuturum. Ceterum sollemnia ipsa funeris honestissima

evincunt unam fuisse omnium opinionem : Sororem Augustinam iam Sanctorum degere vitam, aeterna luce beatam.

Increbrescente autem famulae Dei fama sanctimoniae, quam Deus miraculis etiam visus est comprobare, Causa de Beatorum caelitum honoribus ei decernendis est acta; atque post ordinarios, ut appellant, processus tum in Romana, annis MDCCCCXXXVi-MDCCCCXXxrx, tum in Tiburtina dioecesi, annis MDCCCCXXXVI-MDCCCCXXXVIII, habitos, Commissio introductionis Causae, apud Sacram Rituum Congregationem instituendae, die xiv mensis decembris, anno MDCCCCXLV, a Pio XII, Decessore Nostro fel. rec, est obsignata.

Apostolicis deinde inquisitionibus absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus venerabilis Augustinae est disceptatum; quas, omnibus perspectis et expensis, a famula Dei heroum in modum cultas esse Nos Ipsi, lato decreto die xix mensis septembris, anno MDCCCCLXVIII, ediximus.

Exercita deinde quaestione de miraculis, quae eiusdem famulae Dei nomine invocato, a Deo ferebantur patrata, omnique re in suetis comitiis diligenter exquisita, Nos die xxn mensis iunii, hoc anno, de duobus pronuntiavimus constare.

Deinde diem statuimus, quo ad sollemnem beatificationem deveniatur, videlicet xn huius ipsius mensis et anni. Quo feliciter orto, sacra in Petriano templo facientes coram amplissimo Patrum Cardinalium atque Episcoporum coetu, Romanae praeterea Curiae Officialibus, Sodalibus Instituti Sororum a Caritate quam plurimis, ac frequentissimo undique venientium christianorum congressu, precibus accedendum esse censuimus Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, ac tam ab omnibus exspectata verba pronuntiavimus, quae sequuntur :

« Nos, vota multorum Fratrum Nostrorum Episcoporum, totius Congregationis Sororum a Caritate S. Ioannae Antidae Thouret pluriumque christifidelium explentes; Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum praehabito consulto; matura interposita deliberatione et superna luce pie implorata, vi et auctoritate Nostra apostolica venerabilem servam Dei Augustinam Pietrantoni, Sororem Congregationis praedictae Sororum a Caritate, in album Beatorum ascribimus, facultatem facientes, ut eius festum die eius natali xin mensis novembris, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Postquam vero novam Beatam precatione propria invocavimus, eiusdem laudes sermone celebravimus, exempla sancta cunctis ad meditandum proposuimus.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo eorum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae his haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis novembris, anno MDCCCCLXXII, Pontificatus Nostri decimo.

PAULUS PP. VI

Loco £& Sigilli

In Cane. Ap. tab., vol. II, n. !,.

II

In insula Cypro Nuntiatura Apostolica constituitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Id semper fuit huius Apostolicae Sedis proprium : cum omnibus populis atque nationibus vinculis coniunctionis et amicitiae coniungi. Hoc autem non solum natura sua et indole facere consuevit, cum Ecclesia a pacis aeternae Rege nata et orta sit, sed hac de causa praeterea, quod pax et concordia inter Ecclesiam et gentes constituta tum sacri Evangelii propagatione obsecundat, in quam rem sunt apostoli missi et Ecclesia condita, tum civium prosperità ti ac felicitati favet, quorum ingenia acuit, industriam auget, mores ad leges aeternas conformat. His de rebus bene fieri visum est, si etiam in insula Cypro Nuntiatura Apostolica constitueretur, in qua insula eae sunt condiciones rerum, ut non solum et commoda comparari posse spes sit, quae innuimus, sed etiam sanctiores cum fratribus ab Ecclesia separatis necessitudines fieri praevideantur, quod quantum utilitatis afferre possit nemo non videt. Placet ergo in insula Cypro

Nuntiaturam Apostolicam condi atque constitui, cum iuribus et oneribus quae huiusmodi legationum sunt propria. Contrariis nihil obstantibus. Ceterum, volumus ut haec quae mandavimus sive nunc sive in posterum valeant suosque effectus habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xin mensis Februarii, anno MDCCCCLXXIII, Pontificatus Nostri decimo.

£8 ALOISIUS Card. TRAGLIA, *S. R. E. Cancellarius*

Loco -jJB Sigilli

In Apost. Cane, tab., vol II, n. 39.

III

Nuntiatura Apostolica in Bangladesa constituitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Catholica Ecclesia, Christo, pacis Rege, nata, quae naturale habet concordiam gignere gentibus, id semper sanctum ac sollemne duxit cum omnibus populis amicitiae iungere foedus resque communes cum illis ita componere, ut simul magna sibi propagandae religionis facultas fieret, simul cives maioris progressionis commoditates perciperent; ad quam rem profecto unus omnium consensus, religiosae videlicet atque civilis potestatis, quam multum conferat, nemo non videt. Cum ergo iam Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione, seu de Propaganda Fide, publicis ab Apostolica Sede cum Bangladesa initis rationibus, utile visum sit ibi loci Nuntiaturam Apostolicam condere, Nos, eo potissimum consilio, ut vita catholica, disciplina, industria augeantur, Sacrae Congregationis sententiam probantes, praesentibus litteris in nobili Bangladesana Re publica Nuntiaturam Apostolicam auctoritate Nostra constituimus, cuius sedem in urbe Dacca ponimus, factis iuribus debitis. Ceterum volumus, ut hae litterae Nostrae, sive nunc sive in posterum ratae habeantur, suosque effectus promereant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die II mensis Martii, anno Domini MDCCCCLXXIII, Pontificatus Nostri decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £& Sigilli

In Secr. Status tab., n. 23181,5

IV

Nuntiatura Apostolica in Australia conditur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quoniam universae Ecclesiae regendae sunt Nobis cum Romano Pontificatu impositae partes, omni idcirco diligentia studemus, ut ea proposita et consilia exsequamur, quae ad maiorem christiani populi, immo universi humani generis procurandam utilitatem conducant. Libenti igitur animo ac spei pienissimo sententiam accipiendam esse censuimus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione, quae proposuit ut Nuntiatura Apostolica in Australia conderetur. Non dubitamus enim quin artior inter Sanctam Sedem et Foederatas Australiae Civitates excitata necessitudo catholicae rei provehendae maxime ibi locorum faveat. Quae cum ita sint, Nos, certa scientia ac matura deliberatione, harum Litterarum vi Nuntiaturam Apostolicam in Australia constituimus eidemque omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores et praerogativas, quae huiusmodi Legationum sunt propria. Decernimus praeterea ut conditae Nuntiaturae sedes in urbe Australiae principe, vulgo Canberra, ponatur. Quae vero per praesentes Litteras statuimus firma sint omnino nunc et in posterum, vimque suam habeant, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis Martii, anno MDCCCCLXXIII, Pontificatus Nostri decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli

In Secr. Status tab., n. 2kW0.

V

Beata Maria Virgo Perdolens patrona Congregationis Passionis Iesu Christi declaratur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quam ardens usque fuerit fratrum sodaliumque Congregationis Passionis Iesu Christi in Sanctissimam Dei Matrem religio, studium quam adsiduum ad eiusdem inter chri-

stianos fideles proferendam pietatem, sive sancti Conditoris ipsius vita sanctaeque actiones significanter produnt, sive quae eius filii per decursum temporis multa ac praeclara aggressi sunt et perfecerunt opera. Quapropter, libentissimo Nos animo cedendum esse censuimus votis et precibus fratrum illorum omnium, petentium videlicet ut Beata Virgo Maria Perdolens praecipua apud Deum Congregationis suae Patrona confirmaretur. De sententia igitur Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, deque Nostrae Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem Perdolentem praecipuam apud Deum Patronam totius Congregationis Passionis Iesu Christi confirmamus, seu iterum constituimus ac renuntiamus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae talibus Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque effectus sive nunc sive in posterum habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Martii, anno Domini MDCCCCLXXIII, Pontificatus Nostri decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £& Sigilli

In Secr. Status tab., n. 280690.

EPISTULAE

I

Ad E.mum P. D. **Villelmum S.** R. **E. Cardinalem Conway, Archiepiscopum Armachanum, Episcopalis Conferentiae Hiberniae Praesidem, pecunia adsistentiae socialis causa constituta.**

The décision of the Irish Episcopal Conference to establish a special Fund to be known as " Trocaire ", for works of social assistance especially in developing countries, is a most worthy initiative. On the ève of its inauguration we are pleased to teli you how highly we regard the undertaking, coming as it does at a time when we are making an appeal to the entire Church to be sentive and responsive to the needs of mankind.

By instituting this Fund, the Irish Church is giving further expression to that concern which, according to the Gospel, Christians must have for their brothers and sisters in need. It is by no means the first time that your people have demonstrated such concern : on several recent occasions they have shown themselves most generous in relief works. Every year, moreover, they willingly contribute in various ways to the missions. But it will indeed be most praiseworthy if while continuing their commitment to the missions and without lessening in any way their much needed support for the works of the Propagation of the Faith, the Catholics of Ir eland can also maintain a new agency that has funds readily available for a variety of other human needs. In this way their desire to render loving service will become all the more operative.

Furthermore since it is the nature of all social organizations to exercise a formative influence upon the community which créâtes them, Trocaire can be valuable not only because of its material contribution towards human betterment, but also because of the spiritual influence it can have upon the Irish people themselves, and especially upon the younger generation, by fostering ever greater good will and love towards others. The law of Christian maturity demands that we lose ourselves in concern for others. One must not wait until ali problems at home are solved before beginning to address oneself to those of the neighbour. In fact an awareness of the immensity of the tasks and problems of progress which face humanity as a whole can stir individuáis to work more seriously for progress in their own society.

We pray for the success of this courageous enterprise undertaken in the name of Jesus Christ. May it serve both as an inspiration to your people and as an example to others of that fraternity and solidarity which is especially necessary at this time. May it be indeed an effective expression of the Christian vir tues of justice, compassion and love.

To you, to your brother bishops, and to ali associated in the founding and support of Trocaire we cordially impart our Apostolic Blessing.

From the Vatican, 3 March 1973.

PAULUS PP. VI

II

Ad Rev.mum P. D. Vincentium Minciacchi, Congregationis S. Ioseph Moderatorem Generalem, centesimo expleto anno ex quo Institutum a S. Leonardo Murialdo conditum est.

PAULUS PP. VI

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — « Facere et tacere » : ad haec verba S. Leonardus Murialdo, Congregationis, cui praees, inclitus Conditor, vitam suam composuisse cognoscitur, haec filiis suis, operis sui sociis et charismatis heredibus, quasi eximium documentum reliquit, exemplo edoctus S. Ioseph, castissimi Sponsi Mariae, quippe qui fuisset « vir iustus, alienus a strepitu, sed opere alacer, divinae voluntatis fidelis exsecutor)).*

Haec legiferi patris sententia, qua caritas actuosa et humilitas silens significantur, Congregationi ipsi per hos centum annos visa est obversari estque cum laude asseverandum hanc fideliter annisam esse, ut tam salubre mandatum exsequeretur. Itaque tibi, dilecte fili, et cunctis sodalibus tuis expletum saeculum, ex quo S. Leonardus, cui quidem Nosmet ipsi Beatorum Sanctorumque Caelitum honores laetanter decrevimus, Institutum vestrum Augustae Taurinorum con didit, tenuem surculum in campo Ecclesiae deponens, qui in nobilem arborem Dei beneficio excrevit, ex animo gratulamur. Etenim, post illum ortum paene occultum, paulatim variae domus in Italia et in urbe Iadere sunt constitutae, dum ipse vir Dei vitam agebat. Studio deinde eius in munere regendae Congregationis successorum haec ipsa in alias regiones, praesertim in Americam Meridianam, in Hispaniam et in Foederatas Americae Septemtrionalis Civitates est feliciter propagata; nec praetermittendum huc pertinere etiam plagam, ubi missionale opus eadem impigre exerceat.

Id animadvertendum censemus istius Congregationis fuisse et esse, ex S. Leonardi voluntate, proprium et peculiare, ut humilibus populi ordinibus, caritate Christi urgente, penitus deserviat; atque eo quod pueros et adulescentes natos e vulgo instituat, foveat, adiuvet, atque impensas curas praesertim opificibus adhibeat, Matris Ecclesiae sollicitudinem de iis, qui operi sunt dediti, luculenter testari. Cui quidem

[1] Cfr. Litt. Apost. *Vos estis*, 3 Nov. 1963: *A.A.S.* 55 (1963), p. 1002.

rei plurimum tribuimus, siquidem maxime est dolendum, quod tot homines minus fortunati et labore victum quaeritantes alieni sunt ab eadem Ecclesia, cuius, Salvatoris exemplo, est potissimum «evangelizare pauperibus ». [2]

In his ergo sollemnibus, quae id, quod S. Leonardus ante centum annos non sine magno labore effecit, egregie confirmare videntur, hic spiritualiter inter vos praesens adest : pater filios admonet, ne umquam eo contendere desistant, ut sanctimoniam quasi primum negotium omnibus viribus expetant. « Sanctificamini, idque facite cito » ! His ipsis verbis, quibus ille suos est olim allocutus, eos nunc non desinit adhortari.

Ad hoc praeceptum si sodales Congregationis istius vitam totam conforment, locum, quem divina Providentia iis in Corpore Mystico Ecclesiae assignavit, ad veram huius utilitatem et incrementum, reapse obtinent; tunc caritas, tamquam vis mundum transformans, apud eos viget; tunc opera perficiuntur, quae fortasse sunt minus aspectabilia, sed arcana pollent fecunditate.

Ecclesia vobis fidit : non dubitamus, quin hac saeculari memoria adducamini, ut in posterum quoque ea, quae apud vos sunt egregia, servetis atque etiam « aemulemini charismata meliora».[3]

Haec habuimus, quae, hac laeta data opportunitate, scriberemus. Tibi denique, dilecte fili, et universis sodalibus Congregationis S. Ioseph, Benedictionem Apostolicam, caelestis roboris et solacii auspicem, volentes impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die iv mensis Martii, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri decimo.

PAULUS PP. VI

III

Ad Exc.mum P. D. Franciscum Tomasek, Administratorem Apostolicum Pragensem, millesimo exacto anno ex quo ea Ecclesia condita est.

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quamvis religiosum animum semper oporteat beneficia praedicare divina, ut laudando eo accepta referantur dona, ubi habuerint principium,

[2] Cfr. *Lc. 4,* 18.
[3] Cfr. *1 Cor.* 12, 31.

instantior tamen est causa Deo gratias agendi, cum Ecclesiae ipsae certis temporibus sollemniore ritu ortus sui recolunt memoriam. Quod sane pertinet ad inditam Pragensem Ecclesiam, propterea quod mox mille transactos annos, te auspice, Venerabilis Prater, çommemorabit, ex quo a Decessore Nostro Benedicto VI f. r., anno scilicet DCCCCLXXIII, condita est.

Paterno caritatis affectu, quo vos complectimur, vehementer, movemur, ut in gaudii vestri partem veniamus, eo quidem consilio, ut per hanc Epistulam vox Nostra tamquam praesens vobis gratulabunda resonet, vosque in fide et sanctis susceptis propositis roboret atque confirmet.

Ecclesiasticorum annalium memoriam replicantibus prorsus patet, quam providus ac salutifer fuerit conditae istius sedis eventus, Christi Evangelio atque rei civili ipsi summopere profuturus. Siquidem — quod sane vestrae imperiturae vertitur laudi — pretiosa illa spiritualis hereditas, quae Slavorum gentibus a Sanctis Cyrillo et Methodio tradita est, non solum apud vos sacra fuit, verum etiam praeclaris auctibus floruit sive intra, sive extra ecclesiasticae istius dicionis fines. Consilium sane Nobis non est Pragensis archidioecesis glorias in recordationem nunc revocare, cum eae alte in animis vestris insideant. Meminisse tamen iuvat pulcherrimos sanctitudinis flores ex Ecclesia vestra editos, S. Adalbertum in primis dicimus et S. Ioannem Nepomucenum ; studiorum civilisque cultus incrementa feliciter apud vos, Ecclesia auspice, suscepta ; firmissima catholicae fidelitatis atque obsequii erga Apostolicam Sedem testimonia per omne tempus istic exhibita, etiam inter graviora rerum discrimina ; denique longam insignium sollertiumque Pastorum seriem, quorum intrepida fides et invicta animi fortitudo non minus universam Ecclesiam, quam patriam vestram nitido adhuc lumine illustrant.

Habetis, igitur, cur Summo Deo, a quo bona cuncta procedunt, immortales referatis gratias; habetis, cur nascentis Ecclesiae vestrae primordia commoto ac religiosissimo animo recensentes, christianae fidei propositum fortiter insistatis, eiusque salutaria praecepta in moribus et institutis, sive singulorum, sive familiarum, sive societatis, profiteamini. Fides, enim, ((sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium dum ore profertur, in actionem etiam vitae sese extendat oportet, ut egregie scribit S. Augustinus : « Non solum vox tua sonet

[1] *Hebr. lì, Ì.*

laudes Dei, sed opera tua concordent cum voce tua- Cum voce canta veris, silebis aliquando : vita sic canta, ut numquam sileas)).[2]

Quare multum cupientes, ut, supernae gratiae munere, ex statis celebritatibus opimam bonis fructibus colligatis messem, enixas Deo preces admovemus, ut, patrum vestrorum hereditate sancte servata, Ecclesia vestra pleniore vitae ubertate floreat. Hinc incitamentum haurite ad christianae renovationis opus perficiendum, a Concilio Vaticano II inchoatum, in quod laudabiliter incumbitis ; sensus fraternitatis inter vos emergat; stabilior firmetur ecclesiasticae disciplinae robur; crescant sacerdotii candidatorum numerus et virtus ; morum sanctitas exornet domesticos convictus ; magis magisque solidentur arcta vincula, quae vos cum Petri Cathedra coniungunt. Qua profecto agendi ratione, et vestrorum maiorum exempla imitabimini et vestra Ecclesia novam aetatem, priore plane dignam, feliciter ingredietur.

Propitia vobis adsit Beatissima Virgo Maria, quam in templis ((Svatá Hora » et « Starà Boleslav » tamquam vestrarum gentium palladium columenque impense colitis, et in qua sita fiducia numquam in vacuum cecidit; adsint caelestes Patroni S. Venceslaus et S. Ioannes Nepomucenus, ut supernis semper solaciis abundetis « instructi in caritate et in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei Patris et Christi Iesu » .[3]

Quarum gratiarum auspicium Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, universis archidioecesis sacerdotibus, religiosis viris, sanctimonialibus cunctoque dilectissimo christiano populo peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die x mensis Aprilis, anno MCMLXXin, Pontificatus Nostri decimo.

PAULUS PP. VI

[2] *Enarr. in Ps.* 146, 2.
[5] *Col.* 2. 2.

HOMILIA

In Patriarchali Archibasilica Lateranensi habita, feria quinta « in Cena Domini », Beatissimo Patre Sacrum pontificali ritu peragente. *

Fratelli,

Siate i benvenuti a questa cerimonia del Giovedì Santo, alla quale sentiamo di dovere tutti assistere con totale adesione. Il fatto stesso che la celebriamo in questa basilica, cuore della Chiesa cattolica, e che siamo volutamente insieme, tutti penetrati del senso interiore della solennità del rito, e avidi di congiungere in noi stessi la partecipazione alla comprensione di ciò che stiamo facendo, ci mette alla ricerca, quasi ansiosa, fervorosa certamente, del suo significato.

Diremo molto brevemente, concentrando la nostra attenzione su alcune parole di Gesù, l'ospite protagonista di quell'ultima cena. Che per Lui fosse l'ultima lo disse Egli stesso,[1] e lo fece comprendere lungo tutti i discorsi di quella intima e mestissima riunione conviviale, motivata dalla celebrazione della pasqua rituale ebraica,[2] la quale culminò, come sappiamo, nelle misteriose parole dell'istituzione della santissima Eucaristia, concluse con quelle precettive ed esse stesse istitutive d'un altro sacramento, l'Ordine sacro, generatore ministeriale dell'Eucaristia medesima : « Questo fate in memoria di me »,[3] Egli disse. È in virtù di queste parole che noi questa sera siamo qui riuniti. Sono parole testamentarie. Saranno vere ed efficaci fino all'ultima sua venuta, al termine del presente ordine temporale, alla fine dei secoli : *donec veniat,* fino a quando Egli, Gesù, non abbia a ritornare, dichiara S. Paolo. È dunque l'atto memoriale per eccellenza che noi ricordiamo e ripetiamo in questo momento, adempiendo il precetto che lo rende perenne durante lo svolgimento della storia ; è la presenza del Signore che accompagna il cammino della sua Chiesa nel tempo, nel « mistero della fede », il quale suppone la presenza reale di Gesù nell'involucro sacramentale, ed esige un'intelligenza obbediente, una accoglienza di fede da parte nostra, l'omaggio amoroso d'una nostra qualificata memoria.

* Die 19 mensis aprilis a. 1973.

[1] *Lc.* 22, 15-16.

[2] Cf. *Io.* 16, 5-7; etc.

[3] *Lc.* 22, 19; *1 Cor.* 11, 24-25.

Questo sforzo di memoria è essenziale alla nostra celebrazione. La prodigiosa facoltà della memoria è posta in esercizio come stimolo della nostra capacità recettiva dell'Eucaristia. Essa influisce su chi la riceve per virtù propria *ex opere operato,* ma la sua azione è orientata all'esercizio del nostro ricordo, cioè all'accoglienza di Cristo ricevuto e pensato dentro di noi, alla sua permanenza personale, viva e reale dentro di noi, ma insieme concettuale e rispecchiata nella nostra mente, nella nostra psicologia, nel nostro cuore, secondo l'attitudine nostra ad assimilarlo, ad accettarlo, ad amarlo, a coincidere, per così dire, con lui : *donec formetur Christus in vobis,* fino a che Cristo si formi in voi, dice S. Paolo.[4] Una intenzione fondamentale di permanenza domina il mistero dell'Eucaristia; di permanenza cioè di Gesù fra noi oltre il limite abissale della sua passione e della morte, di permanenza vera, ma sotto lo schermo sacramentale, che mentre toglie a noi la gioia della sua visione sensibile, offre a noi la sicurezza della sua effettiva presenza, ed insieme l'altro inestimabile vantaggio della sua indefinita e univoca moltiplicabilità, nei tempi e nei luoghi, quanto occorra per saziare la fame di coloro che rimarranno nella sua fede e nel suo amore. Rimanere è l'intenzione sacramentale dell'Eucaristia, cioè riguardo a Gesù ; rimanere è l'intenzione morale, cioè riguardo a noi, ai quali Gesù vuol essere per tutto il nostro pellegrinaggio nel tempo il viatico, il compagno, l'alimento : dobbiamo rimanere così nella sua dilezione. Vedete a suffragio di questa affermazione, quante volte la parola « rimanere » è ripetuta nei discorsi di Gesù in quell'ultima cena.[5]

Perciò un dovere, Fratelli, dobbiamo ravvivare nei nostri animi, quello di ((ricordare)) Gesù, com'Egli ha voluto esserlo; ed ecco che da questo nostro specifico memoriale sgorga con impetuosa, cioè amorosa abbondanza il nostro culto eucaristico, al quale la Chiesa, con indefessa premura, ci invita e ci esorta.

Poi, sempre limitando la nostra ricerca al significato essenziale di quel convito pasquale, con cui Cristo volle congedarsi dai suoi discepoli, noi non potremo preterire il trapasso dalla figura dell'agnello alla realtà della vittima vera per la nostra Pasqua, ch'è Cristo medesimo immolato,[6] trapasso operato con la istituzione dell'Eucaristia, che nella figura del pane e del vino, rappresenta e rinnova in modo incruento il

• *Gal. 4,* 19.

[5] Of. specialmente *Io.* 15.

[6] Cf. *1 Cor. 5,* 7.

sacrificio redentore di Gesù. Come discorrere in questo troppo breve momento di così alta e drammatica teologia? beati noi se alla deficienza del nostro discorso e ancor più del nostro pensiero, supplisce, dopo l'atto di fede a cui abbiamo accennato, supplisce l'amore. L'Eucaristia è il punto privilegiato dell'incontro dell'amore di Cristo verso di noi; un amore che si rende disponibile per ciascuno di noi, un amore che si fa agnello sacrificale e cibo per la nostra fame di vita, un amore che si esprime nella forma e nella misura della sua specifica e più alta ed esclusiva autenticità, cioè un amore che tutto si dona : *dilexit me* — dice l'Apostolo — *et tradidit semetipsum pro me,* amò me e sacrificò se stesso per me ;[7] e dell'incontro del nostro povero e vacillante amore per Lui, che a tanta sua incalzante carità trova finalmente l'ardire di superare ogni timidezza, ogni debolezza e di rispondere con Pietro : « Signore ... Tu sai che io ti amo ! » .[8] L'amore avrà la fortuna di penetrare in qualche suo mistico intuito e con qualche sua anticipata pienezza[9] nel mistero di carità, che oltrepassa ogni intelligenza, il mistero del sacrificio eucaristico, e d'inabissarvi se stesso partecipando a quell'umile, incommensurabile rito, ch'è la nostra santa Messa.

Fratelli, non vi diciamo di più. Ma non concluderemo queste balbettanti parole senza confidarvi che un'altra ne teniamo nel cuore, desunta anche essa da quelle indimenticabili della Cena del Signore, ed è questa : « Io vi do il comandamento nuovo : amatevi gli uni con gli altri, come Io ho amato voi » .[10] QuelP« Io » è Gesù, il Cristo, nostro Signore ; quel « voi », sono gli Apostoli, sono tutti i fedeli che hanno creduto a Lui, <(secondo la loro parola » ;[11] siamo noi, Chiesa Romana e Chiesa Cattolica, noi, figli della terra e del secolo, che oggi, Giovedì Santo, dobbiamo tutti sentirci folgorati dall'amore crocifisso ed eucaristico di Cristo; e dobbiamo ancora tanto imparare ad amarci gli uni gli altri, secondo il suo esempio e il suo precetto.

[7] *Gal.* 2, 20; *Eph.* 5, 2; 5, 25.
[8] *Io.* *21,* 15-17.
[9] Cf. *Eph.* 3, 17, 19.
[10] *Io.* 13, 34; 15, 12.
[11] *Io.* 17, 20.

ALLOCUTIONES

I

E.mis Patribus et Exc.mis Praesulibus e Consilio Secretariae generalis Synodi Episcoporum, qui Conventui Romae habito interfuerunt. *

Venerabiles Fratres,

Gaudemus sane de conspectu vestro, qui per temporis intervalla iam Nobis solet praeberi, vobisque salutem ex animo dicimus, qui per aliquot dies in opus incubuistis, ad vitam universae Ecclesiae pertinens. Disceptationes enim vestrae ad apparandum proximum Coetum Synodi Episcoporum spectabant, quae ut institutum ecclesiale feliciter invalescit, utpote cum certis temporibus, ac quidem secundum optatum multarum Conferentiarum episcopalium, singulis trienniis sit celebranda, ut praevidetur; sed hac de re sententia Sodalium proximi Synodi Coetus iterum poscetur. Eiusdem Synodi vigor etiam perspicitur quodam modo ex ipsis gravibus argumentis ei propositis ad tractandum.

Argumentum profecto, quod in proximo Synodi Conventu expendetur, est ex hoc genere : agetur enim de evangelizatione mundi nostrae aetatis. Non est dubium, Venerabiles Fratres, quin saepe hominum convictus et conversatio hodie saeculo sint conformia et a religione aliena. Est ergo sedulo ponderandum, quomodo normae, sapientiae plenae, quae in Constitutione *Gaudium et spes* et in Decreto *Ad gentes divinitus* Concilii Vaticani Secundi continentur, nunc post decem fere annos in humanam vitam translatae sint vel transferantur oporteat.

Item disceptandum erit de methodis ad rem aptis, de earum comparatione de earumque coniunctione et nexu. Ut breviter dicamus, sollicite ac sollerter cogitandum erit, quae sit vis Evangelii, quod hominibus nostrorum temporum annuntiamus, et quomodo eos reapse valeat transformare.

Quibus dictis, quaedam proferenda esse videntur de iis, quae significavimus, cum Patres Cardinales die quinta huius mensis Martii in Secreto Consistorio alloqueremur : perpendi scilicet recognitionem — nostrae aetati congruentem — legum de electione Romani Pontificis lata-

* Die 24 mensis martii a. 1973.

rum. Quod quidem studium nondum est absolutum, cum hoc negotium multam postulet prudentiam propter res historicas et iuridicas, quas secum fert.

Itaque etiam coram vobis quaestionem ponimus, in Consistorio illo allatam, circa opportunitatem associandi Membris Sacri Collegii Cardinalium, qui ius habent Conclave ingrediendi ut electores Romani Pontificis, Sodales Consilii Secretariae Generalis Synodi Episcoporum, dummodo hi, cum idem Conclave celebratur, munere suo actu fungantur et octogesimo aetatis anno sint minores.

Ut notum est, quindecim Membra istius Consilii vestri — e quibus duodecim ab omnibus Sodalibus Synodi libere eliguntur, tres a Romano Pontifice nominantur — officium suum gerunt usque ad subsequentem Synodi Coetum Generalem, ac quidem, quo accuratius rem declaremus, donec ab eodem Pontifice electi confirmentur ac tres secundum Synodi ordinem ab eo nominentur. Hos ergo, si quod proponitur ad effectum deducetur, idoneos volumus ad participandam electionem Summi Pontificis quam forte tempore muneris eorum fieri contingat ; id est, hoc iure tantummodo fruentur, si eorum designatio, qua fiunt Membra Consilii Secretariae Generalis Synodi Episcoporum, pontificia auctoritate explicite ac nominatim approbata fuerit.

Hoc consilium Nostrum, quod iam diu agitamus quodque Nobis consentaneum esse videtur historiae Sacri Cardinalium Collegii et cum desideriis, post recens Concilium Oecumenicum Vaticanum vario modo enuntiatis, congruere, duplex commodum inferre putamus : etenim Sacro Collegio associarentur, in Romani Pontificis electione, viri ecclesiastici, qui, peculiaribus animi dotibus ornati, partes agunt Synodi Episcoporum, et qui coetum efficiunt, cuius sodales crebro mutantur.

Quae res si ita eveniet, Secretarius Generalis Synodi Episcoporum, qui non est membrum Consilii istius, Conclave ingredietur ut Secretarius Adiunctus, in hoc negotio, Secretario Sacri Collegii.

Item, cum a nonnullis minus probetur eos, qui praecelsum munus patriarchale obeant, aggregari Sacro Cardinalium Collegio, quod est institutum Romanum atque Latinum, perpenditur, an conveniat Venerabilibus Patriarchis Ecclesiarum Orientalium, cum hac Apostolica Sede communionem habentium, parem participationem electionis Romani Pontificis proponere, qui, ut nemo ignorat, non est solum Patriarcha Ecclesiae Latinae, verum etiam *ut successor Petri,* caput totius Ecclesiae et, iuxta sententiam Concilii Vaticani Secundi, *unitatis tum Episcoporum tum fidelium multitudinis perpetuum ac visibile princi-*

pium et fundamentum.[1] Praedicti vero Patriarchae, si casus ferat, electionem huiusmodi solummodo participare poterunt, si, legitime electi, a Summo Pontifice communionem explicite acceperint.

Haec habuimus, quae ad vos, Venerabiles Fratres, diceremus, egregiam existimationem et fraternam dilectionem Nostram vobis testantes. Vota autem, quae pro vobis suscipimus, confirmet Apostolica Benedictio, quam vobis et gregibus vestris amanter impertimus.

Alia fine di questo gradito e cordiale incontro amiamo esprimervi un particolare ringraziamento per la vostra apprezzata collaborazione e rivolgervi un fervido augurio per il vostro ritorno nelle rispettive sedi e per una felice e proficua ripresa del vostro ministero pastorale.

Desideriamo anche che portiate il Nostro saluto beneaugurante ai vostri sacerdoti e fedeli.

II

Ad Excellentissimum Virum Faisal Al Saleh Al Mutawa, Nationis « Kuwait » appellatae primum cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras concrediti muneris testes tradentem. *

Mr Ambassador,

It gives us great pleasure to welcome you and to receive the Letters of Credence by which His Highness the Emir of Kuwait accredits you as Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary of the State of Kuwait to the Holy See.

The formality of the moment does not prevent us from telling you why we find the establishment of diplomatie relations between your country and the Holy See a source of satisfaction. We regard it as an important sign of the times in which we live and we consider our meeting today as an example of the growing communication, understanding and mutual esteem which is drawing men of every race, héritage and tradition closer together. This spirit of openness and universality is indeed of source of great hope for the future.

It is because mutual esteem and respect must find their expression

[1] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 23.

* Die 21 mensis martii a. 1973.

in practical collaboration that we can truly regard the establishment of relations as a step along the path to I>rotherhood, peace and justice in the world. It is the resolute desire of the Holy See to collaborate according to its possibilities for the achievement of these goals, and in this connection we thank Your Excellency for your complimentary remarks regarding the efforts of the Holy See to promote these essential values.

At the local level, we can assure you that the Catholic Church in Kuwait will continue to work for the betterment of ail, and we express the hope that the Church in your country will ever enjoy the freedom granted to it for the fulfilment of its religious and educational work.

Finally we ask you to convey our greetings to His Highness the Emir of Kuwait, together with our sincere good wishes that the people of Kuwait may continue to progress in tranquillity and peace. While we invoke every divine favour upon the people of your land, we would assure Your Excellency of every assistance on our part for the happy fulfilment of your duties as Ambassador.

III

Ad Excellentissimum Virum Gustavum Heinemann, Reipublicae Foederatae Germaniae Praesidem. *

Hochgeehrter Herr Bundespräsident!

Wir entbieten Ihnen wie den Persönlichkeiten Ihrer Begleitung Unseren ehrerbietigen Gruss und danken Ihnen für die Worte, die Sie, auch im Namen der Bundesrepublik Deutschland, an Uns gerichtet haben.

Ihr Besuch ist, wie Sie hervorgehoben haben, ein erneuter Beweis der freundschaftlichen Beziehungen, die die Bundesrepublik Deutschland und den Heiligen Stuhl seit langem verbinden. Diese auch vertraglich bestätigten Beziehungen gründen sich auf gegenseitige Wertschätzung und lang erprobtes harmonisches Zusammenwirken im nationalen und internationalen Bereich.

Unser herzlicher Gruss gilt in dieser Stunde Ihrer Heimat, die Wir vor Jahren besucht haben. Mit Freude denken Wir an die schöne deut-

* Die 26 mensis martii a. 1973.

sehe Landschaft zurück, an die Städte mit den altehrwürdigen Domen und Kirchen, an die arbeitsamen und zielstrebigen Menschen.

Wir möchten hier aber auch die deutschen Universitäten und Hochschulen erwähnen, die Ihrem Volk einen ehrenvollen Platz in der Kultur- und Geistesgeschichte der Menschheit einräumen und einen wesentlichen Beitrag für Europa, ja für die Welt leisten. Gleichermassen verdient der wirtschaftliche und technische Fortschritt Ihres Landes Unsere aufrichtige Bewunderung.

Es ist Unser Wunsch, dass die geistige Entwicklung mit der technischen Schritt halte ! Die Geschichte aller Jahrhunderte lehrt den Menschen, dass das wahre Wohl eines Volkes, seine berechtigten politischen, wirtschaftlichen und kulturellen Bestrebungen notwendig auf sittlicher Grundlage aufbauen müssen. Es sind jene von Unserem Vorgänger Papst Johannes dem Dreiundzwanzigsten in seiner Enzyklika « Pacem in terris » aufgezeigten Prinzipien der Wahrheit, der Gerechtigkeit, der Liebe und der Freiheit.[1]

Auf dieser Grundlage sind auch die Voraussetzungen für einen wahren, menschenwürdigen und dauerhaften Frieden gegeben. Wir setzen deshalb grosse Hoffnung in das deutsche Volk und hegen die Zuversicht, dass es einen wertvollen und wichtigen Beitrag zur Erhaltung des Friedens in Europa und in der Welt leisten werde.

In diesem Zusammenhang möchten Wir einen weiteren Gedanken, der Uns sehr am Herzen liegt, hervorheben. Die weitaus grössere Zahl der Bundesbürger bekennt sich zu den christlichen Konfessionen. Diese Tatsache wird der Staat nicht unbeachtet lassen dürfen. Denn wenn wir auch heute in einer pluralistisch geformten und orientierten Gesellschaft leben, so bleiben doch die sittlichen Grundsätze bestehen, die Gott in die Natur des Menschen hineingelegt hat, in erster Linie die Würde und Rechte jeder menschlichen Person.

Wir geben dem Wunsche Ausdruck, auch die jungen Menschen in Deutschland möchten sich stets nach diesen Grundsätzen richten. Die Jugend, der Unsere besondere Zuneigung und Unser besonderes Veständnis gilt, steht der Kirche und dem heutigen Staatsgefüge oft sehr kritisch gegenüber. Sie sieht hier oft nur eine Summe von Vorschriften und Verboten, ein Festhalten an veralteten Konzeptionen. Sie sucht nach neuen Wegen, mit der Begeisterung und dem selbstlosen Einsatz, deren nur sie fähig ist. Die Gefahr ist gross, dass sie ihre Kraft ver-

[1] Vgl. *A.A.S.* 55 (1963), S. 257-304.

geudet, dass sie Scheinzielen nachjagt. Es muss deshalb Aufgabe aller sein, den jungen Menschen Werte vor Augen zu stellen, für die sich der Einsatz lohnt.

Wir möchten Ihnen, hochgeehrter Herr Bundespräsident, auch ein Wort der Anerkennung aussprechen für die grosse Hilfe, die die deutsche Bevölkerung schon seit Jahren in echt christlicher Bruderliebe für die aufstrebenden Länder der Dritten Welt leistet. Wir danken auch für alle Massnahmen zugunsten der vielen tausend Gastarbeiter, die in Deutschland leben und arbeiten. Auch für sie gilt das Wort, unter das Wir einen der vergangenen Weltfriedenstage gestellt haben : ((Jeder Mensch ist mein Bruder » !

Es möge Uns gestattet sein, Ihnen, hochgeehrter Herr Bundespräsident, und Ihrer Frau Gemahlin sowie dem Herrn Aussenminister mit Gattin und dem Herrn Botschafter beim Heiligen Stuhl zum Abschluss dieser Begegnung nochmals Unsere aufrichtige Hochschätzung zu bekunden.

In der Zuversicht, dass Ihrem Lande weiterhin Frieden und Wohlstand erhalten bleiben, erflehen Wir Ihnen und der Regierung der Bundesrepublik Deutschland sowie dem von Uns hochgeschätzten deutschen Volk von Herzen Gottes bleibenden Schutz und Segen.

NUNTIUS RADIOTELEVISIFICAS

Universis Urbis et Orbis Christifidelibus cunctisque hominibus, die Paschatis Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, antequam ex externo Petrianae Basilicae podio Beatissimus Pater Apostolicam impertiit Benedictionem. *

Fratelli, Figli, Uomini tutti,

Il nostro annuncio di Pasqua, quest'anno millenovecentosettantatre,
giungerebbe a fatica alle nostre labbra,
giungerebbe a stento alle vostre orecchie,
se la verità, la realtà del fatto sconvolgente non venisse in nostro soccorso, e ci obbligasse a ripresentarci al mondo e a ripetere, con la primitiva sicurezza, temprata anzi dai nuovi conflitti d'una critica corrosiva, l'antico inaudito messaggio, l'inverosimile ma vittoriosa

* Die 22 mensis aprilis a. 1973.

testimonianza : è risorto, sì, Gesù il Cristo è risorto, risorto da morte, dalla nostra morte fatale e orrenda, e ha inaugurato una nuova vita, la nostra stessa vita, ma rifusa in una metamorfosi soprannaturale, dominata dalle celesti energie dello Spirito.[1]

Sì, Fratelli. Veramente Cristo è risorto.

E questo annuale ricorrente messaggio è la forza del nostro augurio pasquale, per voi che qui ci ascoltate, per i popoli diffusi su tutta la terra, che attendono se ancora il fatidico annuncio giunge ancora da Pietro, sicuro.

È risorto ; e noi cediamo a Lui stesso, a Cristo, la parola che a noi tutti ripete il beatissimo saluto : ((La pace sia con voi » .[2]

Vada il nostro augurio pasquale di pace, a tutti diretto, particolarmente là dove pace ancora non esiste, e dove essa è più incerta e pericolante !

La nostra voce vibra secondo le presenti segnalazioni del cuore! Vada perciò l'augurio all'Indocina, per così lungo tempo oggetto dell'attenzione e delle trepidazioni del mondo. Le speranze d'una fine dell'annoso conflitto, solo di recente accese, sono tuttora esposte ai venti contrari di un'incerta situazione che le rendono fragili e vacillanti.

Vada l'augurio alla terra dove nacque, insegnò, sofferse, morì e risorse il Signore Gesù ! Là, dove il suo saluto di pace è risuonato tante volte, e di dove esso si è esteso per tutta la terra, insieme al suo messaggio di amore e di giustizia, là purtroppo dove ancora la pace non regna.

Pace auguriamo parimente alle dilette popolazioni dell'Irlanda del Nord ! L'intollerabile e doloroso stato di cose che colà disgraziatamente si prolunga, contro le aspirazioni e la volontà della più gran parte delle popolazioni stesse, suona offesa, oltre che all'umanità, al nome cristiano. Taccia la voce della violenza, e parli invece quella della saggezza e della buona volontà; e possano le recenti note e autorevoli proposte offrire base favorevole ad uno sforzo congiunto, che apra il cammino ad una vera riconciliazione nella giustizia e nella carità.

Il nostro sguardo spazia nel mondo e vede tanti altri focolai di contese e situazioni di ingiustizia che provocano reazioni e rivolte.

[1] Cf. *1 Cor.* 15.

[2] *Io.* 20, 19 e 26.

Giunga anche là il nostro augurio e la nostra esortazione, con la preghiera nostra e la cooperazione di tutti gli uomini amanti della pace.

A tutti gli operatori di pace, il nostro incoraggiamento e la nostra benedizione! E insieme la sicurezza delle preghiere dell'intera Chiesa, stretta attorno a Cristo suo Salvatore, vincitore dell'odio e della morte, Re di amore e di pace.

Ed a quanti sono impazienti di veder realizzato nel mondo ciò che ad essi sembra giusto e benefico noi desideriamo ripetere : Non è con la violenza che si opera il bene! Tanto meno può stabilirsi un giusto ordine umano correndo le vie dell'ingiustizia ! Solo l'amore, forte, generoso, tenace, ma insieme paziente e rispettoso delle leggi della giustizia e dei diritti di tutti, può assicurare ai popoli e alla umanità un avvenire migliore.

Ma la pace pasquale non circoscrive il suo intervento a questi punti dolenti dell'umanità. Essa è così gonfia di speranza e di gioia, che, venendo a noi dal cuore di Cristo risorto, dilaga e si effonde su tutta la terra, su tutti gli uomini.

Essa incontra ben altri fenomeni che quelli ora accennati. Incontra tentativi già molto avanzati per rispondere al bisogno che il mondo sempre più, a suo onore, manifèsta d'un ordine universale, ove ogni popolo trovi la sua originale espressione di vivere nel concerto unitario del mutuo rispetto, anzi nella collaborazione fraterna, che dia sempre all'umanità la possibilità di sperare e di amare; e Cristo, la Vita risorta, saluta ed accoglie, corrobora e finalizza questo universale e gigantesco sforzo di unità e di pace.

Ancor più la sua pace gioiosa, sorvolando le folle delle nuove generazioni, incontra l'oceano immenso della gioventù, che cresce e che sale ; e cerca la via, e cerca la verità, e cerca la vita, verso cui muovere i suoi passi incerti ed inquieti, ma pieni di vivacità. Sì, giovani del nuovo tempo ; Cristo viene a voi incontro col suo lieto saluto pasquale : pace a voi ! pace e sapienza, pace e autenticità umana e sovrumana, pace e pienezza nella gioia di vivere e di amare; così Egli a voi si rivolge perché è pronto a svelarvi il significato delle cose e della vita; e così Egli vi attende alla sua scuola divina e alla sua mensa di carità. E pace a tutti i fratelli cristiani ancora da noi separati, perché l'unità si faccia in Cristo nel più felice incontro.

E a tutti, a ciascuno il beatificante saluto della pace pasquale ; a voi, che soffrite, a voi che siete soli e cercate conforto; a voi, che

nascondete nel cuore la silenziósa, ma crudele disperazione dell'indifferenza, dello scetticismo; a voi, che intravedete la vetta della grandezza umana, il sacrificio per amare e servire, e ignorare quando e per chi consumarlo : Cristo risorto, col trofeo della sua Croce, viene anche verso di voi, e, come a tutti, vi tende le braccia, e vi attrae, con il suo saluto : Pace anche a voi ! Sono Io ; non abbiate timore.[3]

Ed affinché questo saluto vivificante di Gesù risorto sia davvero messaggero di pace, di letizia, di vita, ecco a tutti la nostra Apostolica Benedizione.

Deinde Beatissimus Pater lingua italica, gallica, anglica, germanica, hispanica, lusitana, graeca, polona, russica, sinensi et vietnamensi cunctis qui Eum audiebant, felicia omina pronuntiavit.

NUNTII SCRIPTO DATI

I

Episcopis Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis, annua, quadragesimali tempore, ea in Natione stipe collecta.

Düring the season of Lent it is your practice to address an appeal to the Catholics of the United States in order to encourage them to contribute generously to the agency which provides aid and assistance for needy people around the world. In view of the immense work of charity that has been accomplished by this agency in the past and continues to be carried out in the présent, how could we not associate ourseif with you in this appeal?

We have already addressed a message to the universal Church inviting all Catholics to a spirit of generous sacrifice in this holy season. But the great sufferings of which our times are the sad witness urge us to speak without ceasing and at every possible opportunity on behalf of the so often voiceless afflicted and destitute people of today's world. And indeed, is not constant concern for the alleviation of suffering, where ver it is found, a task incumbent upon our apostolic office? The New Testament provides numerous examples of the Apostles' insistence that the followers of the Lord must be compassionate towards all in need and assist them even materially.[1]

[3] Cf. *Mr.* 6, 50.

[1] B. g. *2 Cor* 9, 13; / *Jn* 3:17; *Jas* 2:20.

In our recent message, dear brothers, we emphasized that the giving of financial assistance must he based upon motives provided by faith. In this context it is helpful to recali one of the lessons contained in our Lord's answer to the messengers of John the Baptist, when they asked him : " Are you ' He who is to come ' or do we look for another? " Jesus said to them : " Go back and report to John what you hear and see : the blind recover their sight, cripples walk, lepers are cured, the deaf hear, dead men are raised to life, and the poor have the good news preached to them ".[2] By these words our Lord taught us that bringing salvation to mankind involves not only man's spirit but his body as well. Imitation of the Lord must always in vol ve concern for both the spiritual and material well-being of mankind.

We know how much your people have done already. The spiritual treasure of grace and salvation which they have received has overflowed into a great generosity on behalf of the needy. But much stili remains to be done. - We are confident that your people will continue to be generous, so that suffering everywhere may be alleviated ; we are confident that their contributions will always be a sign of their gratitude to the Father for the great love he has shown through the death and Résurrection of his *êon* Jesus Christ.

Invoking upon all of you the grace of God our Father, the peace of our Savior and the joy of fellowship in the Holy Spirit, we cordially impart to the Church in the United States our special Apostolic Blessing.

From the Vatican, March 7, 1973.

PAULUS PP. VI

II

Universis Christifidelibus cunctoque Clero, ob diem celebrandum ecclesiasticis iuvandis vocationibus per totum terrarum orbem dicatum.

La Giornata Mondiale di preghiere per le vocazioni è giunta alla sua decima celebrazione. Ancora una volta abbiamo la gioia, e sentiamo la responsabilità, di rivolgerci a tutti voi, figli dilettissimi, in questo giorno benedetto che cade a metà percorso del tempo pasquale, nella

luce di Cristo risorto e nell'attesa della Pentecoste. Diciamo a voi, venerabili Fratelli nell'Episcopato, a voi sacerdoti e diaconi, a voi religiosi e religiose, a voi membri di Istituti Secolari, a voi missionari in ogni terra, a voi genitori ed educatori credenti, e a voi, soprattutto, giovani carissimi, che state cercando le strade del vostro avvenire.

La nostra voce forse vi raggiunge durante l'assemblea liturgica, nel momento più intimo e profondo della comune partecipazione al mistero eucaristico, dove Cristo è presente tra voi nel suo Sacrifìcio e nell'annuncio della sua Parola.[1] Vorremmo dunque prendere ispirazione dal Vangelo, affinché sia Lui che vi parla, mentre noi vi parliamo. Lo facciamo seguendo il nostro rito romano, certi però che i dilettissimi figli appartenenti ad altri riti troveranno eguale ispirazione meditando la Parola del Signore secondo le venerande tradizioni delle loro Chiese.

Quale ricchezza di insegnamenti ci è offerta dalla indimenticabile pagina evangelica, che ci presenta la figura del buon pastore, anzi, del vero pastore, dell'unico pastore ! La figura del Signore Gesù che offre la sua vita — e liberamente la offre — per le sue pecore ; che le conosce, e da esse è conosciuto ; che pensa a quelle che non sono ancora del suo ovile, e che pure deve condurre, e che ascolteranno la sua voce, e diventeranno un solo gregge e un solo pastore.[2]

Ma da tanta ricchezza di pensieri vorremmo sceglierne uno solo, che sia come il tema e il ricordo della decima Giornata Mondiale. Questo: *Io offro la mia vita ... ma la offro da me stesso.*[3] È impressionante vedere come il nostro Vangelo ritorna ed insiste su questo punto : *generosità* piena nel donarsi, in perfetta *libertà.* Quale lezione, figli carissimi, quale esempio!

Come voi sapete, la « vocazione », nel senso completo che noi cristiani riconosciamo a questa parola, è un mistero grande di fede. È infatti Dio Padre, Creatore e Signore del cielo e della terra, che chiama ogni cosa all'esistenza, ogni creatura vivente alla vita, ogni essere spirituale alla conoscenza e all'amore di Lui. E chiama anche l'uomo a collaborare con Lui per dominare e completare la creazione : *U hai fatto poco meno degli angeli, di gloria e di onore lo hai coronato: gli hai dato potere sulle opere delle tue mani.** È Gesù Salvatore che chiama tutti al

[1] Of. Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 7.

[2] *Gv.* 10, 11-18.

[3] *L. c.* 17 s.

[4] *Sal.* 8, 6s.; cf. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* nn. 12 e 67.

suo Regno : *Venite a me, voi tutti ...,*[5] e chiama alcuni a partecipare più direttamente alla sua missione di salvezza : *Seguitemi, vi farò diventare pescatori di uomini.*[6] È lo Spirito del Padre e di Gesù, che continua a far risonare nell'intimo di ciascuno le chiamate più personali : « lo Spirito Santo che, *distribuendo a ciascuno i suoi doni come vuole,*[7] dispensa pure tra i fedeli di ogni ordine grazie speciali, con le quali li rende adatti e pronti ad assumersi varie opere e uffici per il rinnovamento e la più ampia edificazione della Chiesa, poiché *a ciascuno è data una manifestazione particolare dello Spirito per l'utilità comune* ».[8]

Tutto, dunque, il Signore ha affidato a voi, tutto ha deposto nelle vostre mani : le cose che riguardano questo mondo, e quelle che riguardano l'edificazione della sua Chiesa e l'annuncio del suo Vangelo di salvezza universale. Ora una cosa è necessaria : che a tanta generosità di Dio nell'offrire, corrisponda la vostra generosità nel collaborare. Come ha fatto, per primo, Cristo : *Io offro la mia vita ...*[9]

È un invito alla generosità, che vi riguarda tutti, quale che sia la scelta che avete compiuta o che vorrete compiere, perché è dal mistero stesso del vostro Battesimo che giunge incessante la chiamata ad una vita cristiana piena, nella fede e nelle opere : *Siate perfetti come è perfetto il Padre vostro celeste*.[10] È un invito alla generosità, che riguarda, in modo speciale, voi che avete scelto una consacrazione a servizio della Chiesa, in forza di una singolare chiamata. E ora questa chiamata vi segue, vi incalza, perché la vostra risposta sia ogni giorno migliore del giorno che è passato : *In questo è glorificato il Padre mio : che portiate molto frutto.*[11] Dovete dare molto, perché molto vi è stato dato. Se vi diciamo questo, è anche perché sappiamo che i giovani guardano a voi. È infine un invito alla generosità che rivolgiamo, con particolare affetto, a voi giovani, che non avete ancora compiuto una scelta definitiva. Molte sono le chiamate, molte le strade che si aprono davanti a voi, anche nel servizio alla Chiesa, Popolo di Dio. Ve ne hanno parlato. Le conoscete. Saranno chiamate senza risposta? Strade deserte? Di chi e di che cosa avete paura? Voi siete generosi : siate generosi anche in questo.

[5] *Mt.* 11, 28.
[6] *Mc.* 1, 17.
[7] *1 Cor. 12,* 11.
[8] *1 Cor. 12,* 7; Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 12.
[9] *L. c.*
[10] *Mt.* 5, 48.
[11] *Io.* 15, 8.

Nulla sembra poter resistere a Dio che chiama : *Chi può infatti resistere al suo volere?*[12] Eppure non è così. Dio si ferma con rispetto di fronte alla libertà dei suoi figli, che ha creato liberi. La sua chiamata, ogni chiamata, riveste dunque la forza e la dolcezza di un invito, che nulla perde della sua divina potenza e nulla toglie alla vostra libertà. Voi siete liberi : dunque, decidete. Come ha fatto, per primo, Cristo : *la mia vita la offro da me stesso.*[13]

Diciamo a tutti voi, figli dilettissimi, giovani e meno giovani : non permettete che persone o idee o avvenimenti riescano a bloccare le vostre scelte e le vostre decisioni. Perchè fermarvi ed attendere? Intanto l'immagine di questo mondo si trasforma rapidamente. Altre schiere di uomini arrivano su questa terra. Il Vangelo deve essere annunciato a tutti. Ai poveri di ieri si aggiungeranno quelli di domani. Ci sono e ci saranno gli affamati, gli assetati, i carcerati, i malati nel corpo e nello spirito. Essi vi attendono : in essi vi attende Cristo.[14] C'è lavoro per tutti. C'è un posto anche per voi.

Che il Signore vi benedica in questo giorno di meditazione e di preghiera. Vi benedica nella vostra generosità e nella vostra libertà. Renda più grande la vostra generosità e liberi la vostra libertà da ogni ostacolo che la possa trattenere.

E come pegno vi giunga, piena di affetto, la nostra Apostolica Bene dizione.

Dal Vaticano, 10 marzo 1973, decimo del nostro Pontificato.

PAULUS PP. VI

[12] *Rm.* 9, 19.
[13] *L. c.*
[14] Of. *Mt.* 25, 35 ss.

ACTA SS. CONGREGATIONUM
ACTA SS.

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 6 Martii 1973. — Titulari episcopali Ecclesiae Zertensi praefecit R. D. Iacobum Kavanagh, sacerdotem archidioecesis Dublinensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Dermot I. Ryan, Archiepiscopi Dublinensis.

die IJf Martii. — Archiabbatiae nullius S. Martini in Monte Pannoniae R. P. D. Andream Iosephum Szennay, O.S.B.

die 16 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Culmensi Exc. P. D. Bernardum Czaplinski, hactenus Episcopum tit. Paustinopolitanum.

die 21 Martii. — Titulari pro hac vice Archiepiscopali Ecclesiae Aemoniensi Exc. P. D. Maximinum Romero Lema, hactenus Episcopum Abulensem.

die 25 Martii. — Archiepiscopali Ecclesiae Lucensi Exc. P. D. Iulianum Agresti, hactenus Archiepiscopum Spoletanum atque Episcopum Nursinum.

die 12 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Thuccensi in Numidia R. P. Fridericum Richter Fernández-Prada, sodalem Ordinis Fratrum Minorum, quem deputavit Auxiliarem P. D. Herasmi Hiño josa Hurtado, Archiepiscopi Piurensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Curensi seu S. Anthimi R. D. Augustum Beuzeville Ferro, vices cancellarii agentem Curiae metropolitanae Limanae, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Ioannis S.R.E. Cardinalis Landázuri Ricketts, Archiepiscopi Limani.

die 13 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Itumbierensi R. D. Iosephum de Lima, curionem paroeciae S. Godehardi in civitate et dioecesi Luceatina.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vallispostanae R. P. Constantinum Iosephum Luers, ex Ordine Fratrum Minorum, quem constituit Praelatum et Pastorem Praelaturae Obidensis.

die 17 Aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Calaritanae, Exc. P. D. Iosephum Bonfilioli, hactenus Archiepiscopum Syracusanum.

die 25 Aprilis. — Titulari « pro hac vice » archiepiscopali Ecclesiae Equiliensi Exc. P. D. Miltonium Correa Pereira, hactenus Episcopum Garanhunensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Ioannis de Sousa Lima, Archiepiscopi Manaënsis.

— Cathedrali Ecclesiae Barretensi, noviter erectae, R. P. Iosephum de Matos Pereira, e Congregatione Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. M. V.

die 27 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Facatativensi Exc. P. D. Ferdinandum Velázquez Lotero, hactenus Episcopum titularem Garbensem.

II

AQUIPENDIENSIS, BALNEOREGIENSIS, CIVITATIS PLEBIS, URBEVETANAE

DECRETUM

De mutatione finium dioecesium

Quo facilius christiani gregis fidelium spirituali bono consuleretur fieretque sacrorum Antistitum fructuosior labor, nuper ab Apostolica Sede expostulatum est ut Ecclesiarum Aquipendiensis, Balneoregiensis, Civitatis Plebis et Urbevetanae fines aliquantulum immutarentur aptiusque disponerentur.

Sacra autem Congregatio pro Episcopis, auditis hoc super negotio locorum Ordinariis, quorum id interesset, ac rata huiusmodi immutationes in bonum animarum vere cessuras, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, tributarum, porrectas preces accipiendas esse censuit.

Quapropter praesenti Sacrae Congregationi pro Episcopis decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, statuit :

1) pars municipii Aquipendii, quae *Trevinano* vulgato nomine

appellatur, a dioecesi Civitatis Plebis separetur et dioecesi Aquipendiensi adnectatur;

2) pars municipii Aquipendii, vulgo *Torre Alfina* appellata, a dioecesi Urbevetana distrahatur et dioecesi Aquipendiensi ascribatur;

3) partes municipii Urbiventi, quae vulgo *Tordimonte et Sant'Egidio* cognominantur, a dioecesi Balneoregiensi disiungantur et dioecesi Urbevetanae uniantur.

Decernit quoque eadem Sacra Congregatio ut, una cum territorio ecclesiae, adnectantur oratoria, domus et coemeteria paroecialia, piae fundationes et quaecumque alia ecclesiastica bona quomodocumque ad paroecias vel ecclesias illorum territoriorum spectantia.

Documenta et acta, singulas de quibus agitur paroecias respicientia, a curia a qua ad curiam dioecesis, cui paroeciae aggregandae sunt, transmittantur.

Ad clerum vero quod attinet, simul ac praesens decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes dioecesi illi censeantur adscripti in cuius territorio beneficium aut officium legitime detinent; ceteri autem clerici dioecesi illi incardinati maneant, in cuius territorio legitimum habent domicilium. Utriusque tamen dioecesis Episcopis Ordinariis fas erit — ob congruas rationes — collatis consiliis cum sacerdotibus et clericis quorum interest, aliter eorum incardinationem disponere.

Ad haec omnia perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis deputat Exc.mum Ferdinandum Lambruschini, Archiepiscopum Perusinum atque Administratorem Apostolicum Civitatis Plebis, eidem necessarias et opportunas tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ipsi imposito ad eandem Sacram Congregationem quam primum remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 24 martii 1973.

SEBASTIANUS Card. RAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

✠ Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

AIMERENSIS-IAIPURENSIS ET SAGARENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

De bono animarum solliciti Exc.mus P. D. Leo D'Mello, Episcopus Aimerensis et Iaipurensis, et Rev.mus P. Clemens Thottungal, Exarchus Apostolicus Sagarensis, concordi voto postulaverunt, ut districtus civilis, cui nomen est Guna, qui quidem dioecesi latinae Aimerensi-Iaipurensi pertinet, Exarchatui Apostolico Sagarensi, ritus malabarensis, assignetur, ita ut ecclesiastici fines cum propria Statuum civilium circumscriptione aptius convenirent.

Attento favorabili voto Exc.mi P. D. Ioannis Gordon, Archiepiscopi tit. Mcopolitani ad Nestum, Apostolici in India Pro-Nuntii, annuente ac favente Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione, haec Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo Pp. VI tributarum, praesenti decreto — perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent —, districtum civilem, qui Guna appellatur, a dioecesi Aimerensi-Iaipurensi separat et Exarchatui Apostolico Sagarensi adscribit.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio memoratum P. D. Ioannem Gordon deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, cum onere, quamprimum, authenticum exemplar actus peractae executionis remittendi, sive ad hanc Sacram Congregationem, sive ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, die 2 mensis Aprilis anno 1973.

PAULUS Card. PHILIPPE, *Praefectus*

£B Marius Brini, Archiep. tit. Algizen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO
DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

INSTRUCTIO
DE COMMUNIONE SACRAMENTALI QUIBUSDAM IN ADIUNCTIS FACILIORE REDDENDA

Immensae caritatis testamentum, quod Christus Dominus Ecclesiae sponsae suae reliquit, ineffabile nempe Eucharistiae donum, quod est omnium maximum, postulat ut tantum mysterium altius in dies agnoscatur eiusque virtus salutifera uberius participetur. Quapropter Ecclesia, pietatis fovendae causa erga Eucharistiam, quae christiani cultus est caput et centrum, non semel pastorali studio ac sollicitudine permota idoneas edidit leges opportunaque documenta.

Nova autem temporum adiuncta ampliorem aditum, salva semper summa quae tanto sacramento debetur reverentia [1], ad s. Communionem postulare videntur, ut fideles, fructus sacrificii Missae copiosius participando, se Deo et Ecclesiae hominumque bono promptius et operosius devoveant.

In primis providendum est ne, deficiente copia ministrorum s. Com-

[1] Cfr. Conc. Trid., Sess. IS, *Decretum de SS. Eucharistiae Sacramento,* cap. 7; Denz. 880 (1646-1647): «Si non decet ad sacras ullas functiones quempiam accedere nisi sancte, certe, quo magis sanctitas et divinitas caelestis huius sacramenti viro christiano comperta est, eo diligentius cavere ille debet, ne absque magna reverentia et sanctitate ad id percipiendum accedat, praesertim cum illa plena formidinis verba apud Apostolum legamus: *Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit non diiudicans corpus Domini (1 Cor.* 11, 29). Quare communicare volenti revocandum est in memoriam eius praeceptum: *Probet autem seipsum homo (1 Cor.* 11, 28). Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque praemissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat. Quod a Christianis omnibus, etiam ab iis sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, haec sancta Synodus perpetuo servandum esse decrevit, modo non desit illis copia confessoris. Quod si necessitate urgente sacerdos absque praevia confessione celebraverit, quam primum confiteatur». S. Congr. Concilii, Decr. *Sacra Tridentina Synodus,* 20 Dec. 1905: *A.S.S.* 38 (1905-1906), pp. 400-406; S. Congr. pro Doctrina Fidei, *Normae pastorales circa absolutionem sacramentalem generali modo impertiendam,* 31 iulii 1972, Norma I: *A.A.S.* 64 (1972), p. 511.

niunionis, receptio aut impossibilis aut difficilis evadat; deinde ne infirmi lege ieiunii, quam servare non possint, licet eadem iam untissima sit, a tanto animi solamine seu a s. Communione recipienda prohibeantur. Tandem convenire videtur quibusdam in adiunctis fidelibus id petentibus permitti, ut altera vice eadem die sacramentalem Communionem rite percipiant.

Ideo quarundam Conferentiarum Episcopalium votis exceptis, sequentes eduntur normae :

1. de ministris extraordinariis s. Communionis distribuendae;

2. de ampliore facultate bis eadem die communicandi;

3. de ieiunii eucharistici mitigatione pro infirmis et senibus ;

4. de pietate ac reverentia erga SS.mum Sacramentum quoties Panis eucharisticus in fidelis manu deponitur.

1.
DE MINISTRIS EXTRAORDINARIIS S. COMMUNIONIS DISTRIBUENDAE

Rerum adiuncta, in quibus ministrorum s. Communionis distribuendae copiam deficere animadvertitur, varia sunt :

— infra Missam, ob magnum populi concursum vel peculiarem celebrantis difficultatem ;

— extra Missam, cum ob dissita loca difficile est sacras Species afferre, praesertim ad modum Viatici, infirmis in periculo mortis constitutis, vel cum ipse infirmorum numerus, praesertim in nosocomiis vel similibus institutis, plures ministros postulat. Ne ergo fideles, qui in statu gratiae ac recta piaque mente sacrum convivium participare cupiunt, hoc sacramentali adiutorio solacioque careant, Summo Pontifici opportunum visum est extraordinarios constituere ministros, qui sibi aliisque fidelibus s. Communionem praebere valeant, certis his definitisque condicionibus :

I. Ordinarii locorum facultate gaudent qua personae idoneae, nominatim selectae uti ministro extraordinario, valeant permittere, ad actum vel ad tempus, vel, necessitate cogente, stabili quoque modo, sive seipsam pane caelesti cibare, sive hunc aliis fidelibus porrigere et aegrotis domi degentibus afferre, quoties :

a) sacerdos, diaconus et acolythus desint;

b) iidem s. Communionem administrare impediuntur propter aliud pastorale ministerium, adversam valetudinem ac provectam aetatem ;

c) fideles s. Communionem petentes tot sint ut Missae celebratio vel Eucharistiae extra Missam distributio nimis protrahantur.

II. Iidem Ordinarii locorum facultate fruuntur permittendi singulis sacerdotibus sacra munera exercentibus ut deputare valeant personam idoneam, quae in casibus verae necessitatis, ad actum, s. Communionem distribuat.

III. Praedicti Ordinarii locorum has facultates delegare possunt Episcopis Auxiliaribus, Vicariis Episcopalibus et Delegatis Episcopalibus.

IV. Persona idonea, de qua in nn. I et II, designabitur iuxta ordinem, mutabilem tamen de prudenti Ordinarii loci iudicio, ex quo recensentur lector, seminarii maioris alumnus, religiosus, religiosa, catechista, christifidelis : vir vel mulier.

V. In oratoriis Communitatum religiosarum utriusque sexus munus distribuendi s. Communionem in adiunctis, de quibus supra sub n. I, recte committi potest Superiori sacro ordine carenti vel Antistitae aut eorum vicariis.

VI. Persona idonea ad s. Communionem administrandam ab Ordinario loci nominatim selecta, et persona, de qua sub n. II, a sacerdote facultatem habente deputata, expedit, si tempus adest, ut mandatum accipiant iuxta ritum huic Instructioni adiunctum[2] ; distributionem autem s. Communionis peragat iuxta liturgicas normas.

Cum hae facultates tantummodo in bonum spirituale fidelium et pro casibus verae necessitatis concessae sint, meminerint sacerdotes per eas se non eximi a munere fidelibus legitime petentibus divinam Eucharistiam distribuendi et praesertim aegrotis afferendi ac porrigendi.

Christifidelis, minister extraordinarius s. Communionis, rite instructus, vita christiana, fide moribusque commendetur oportet. Se huic magno muneri non imparem esse contendat, pietatem colat erga Ss.mam Eucharistiam et exemplum se praebeat ceteris fidelibus devotione ac reverentia erga augustissimum altaris Sacramentum. Nemo seligatur cuius designatio fidelium admirationem excitare possit.

[2] Qui ritus adiunctus continetur in editione typica seorsum impressa.

2.

DE AMPLIORE FACULTATE BIS EADEM DIE COMMUNICANDI

Secundum disciplinam nunc vigentem, fideles ad s. Communionem eadem die altera vice accedere possunt :

— vespere sabbati vel diei praecedentis festum de praecepto, Missae audiendae obligationem implere cupientes, etsi mane iam communicaverunt[3] ;

— in secunda Missa Dominicae Paschae et in una ex Missis quae die Nativitatis Domini celebrantur, etsi in Missa Vigiliae Paschalis et in Missa in nocte Nativitatis Domini communicaverunt[4] ;

— item in Missa vespertina feriae V in Cena Domini, etsi in Missa Chrismatis pariter communicaverunt[5].

Cum vero alia, praeter ea quae recensita sunt, eiusdem generis adiuncta habeantur alteram Communionem suadentia, pressius hic determinandae sunt rationes novae facultatis, quae conceditur.

Norma, quam providentissima Mater Ecclesia e saeculari consuetudine induxit et in legem canonicam recepit, vi cuius fidelibus ad sacram mensam accedere licet semel tantum in die, integra manet neque permittitur ut ex sola devotione neglegatur. Cuidam inconsiderato desiderio Communionem iterandi opponi debet eo maiorem esse vim sacramenti, qua virtutes fidei, caritatis ceteraeque alantur, roborentur, exprimantur, quo devotius quis ad sacram mensam accedat[6]. Oportet enim fideles a celebratione liturgica ad opera caritatis, pietatis et apostolatus transire ut « moribus et vita teneant quod fide et sacramento perceperunt »[7].

[3] Cfr. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium,* 25 maii 1967, n. 28: *A.A.S.* 59 (1967), p. 557.

[4] Cfr. Ibid., *l. c.*

[5] Cfr. Ibid., *l. c.;* S. Congr. Rituum, Instr. *Inter Oecumenici,* 26 sept. 1964, n. 60: *A.A.S.* 56 (1964), p. 891; Instr. *Tres abhinc annos,* 4 maii 1967, n. 14: *A.A.S.* 59 (1967), p. 445.

[6] Cfr. S. Thomas, *Summa Theol.* III, q. 79, a. 7 ad 3 et a. 8 ad 1.

[7] S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium,* 25 maii 1967, n. 13: *A.A.S.* 59 (1967), p. 549.

Speciales tamen circumstantiae contingere possunt in quibus fideles, qui eadem die s. Communionem iam receperunt, vel etiam sacerdotes qui iam Missam litaverunt, alicui communitariae celebrationi intersint. Iisdem licebit s. Communionem altera vice recipere bis in adiunctis :

1. in iis Missis ritualibus in quibus Sacramenta Baptismatis, Confirmationis, Unctionis infirmorum, Sacrorum Ordinum et Matrimonii administrantur et in Missa in qua Prima Communio distribuitur [8] ;

2. in Missis consecrationis Ecclesiae vel Altaris, professionis religiosae, collationis « missionis canonicae » ;

3. in sequentibus Missis defunctorum: exsequiali, post acceptum mortis nuntium, in ultima defuncti sepultura, in prima anniversaria die;

4. in Missa principali celebrata in Ecclesia cathedrali vel paroeciali in sollemnitate SS. Corporis et Sanguinis Christi ac die visitationis pastoralis; in Missa a Superiore maiore religioso occasione data canonicae visitationis, peculiarium conventuum vel Capitulorum celebrata ; **t**

5. in Missa principali conventus eucharistici vel marialis, internationalis aut nationalis, regionalis aut dioecesani ;

6. in Missa principali alicuius conventus, sacrae peregrinationis vel praedicationis quae dicitur popularis;

7. in administratione Viatici, in qua Communio distribui potest familiaribus et amicis infirmi coram adstantibus.

8. Ordinariis locorum fas est, praeterquam in casibus supra memoratis, concedere ad actum facultatem s. Communionem bis eadem die recipiendi, quoties iteratam susceptionem ab iisdem Ordinariis, propter vere peculiaria adiuncta, ad normam huius Instructionis, legitimam esse comprobetur.

[8] Cfr. Missale Romanum, *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 329 a, ed. typ. 1970, p. 90.

3.

DE IEIUNII EUCHARISTICI MITIGATIONE PRO INFIRMIS ET SENIBUS

Manet imprimis firmum statutumque nullo ieiunii praecepto teneri fidelem, cui urgente mortis periculo Viaticum ministratur[9]. Vigere item pergit concessio iam a Pio XII data, qua « infirmi, quamvis non decumbant, potum non alcoholicum et medicinas, sive liquidas sive solidas, ante Missae celebrationem et Eucharistiae receptionem sine temporis limite sumere possunt »[10].

Quoad cibos et potus rationem nutrimenti habentes, veneranda est traditio ex qua Eucharistia « ante omnem cibum », ut ait Tertullianus[11], sumenda erat, ita ut cibi sacramentalis excellentia significaretur.

Ad sacramenti dignitatem agnoscendam et gaudium excitandum de Domino adveniente, ante sumptionem s. Communionis tempus silentii et recollectionis opportune inducitur. In infirmis autem sufficiens pietatis ac obsequii signum erit si per aliquod breve tempus ad tantum mysterium animum intendant. Tempus ieiunii eucharistici seu abstinentiae a cibo vel potu alcoholico redigitur ad quartam circiter horae partem pro :

1. infirmis in valetudinariis vel domibus degentibus, etiamsi non decumbant;

2. fidelibus aetate provectioribus, sive ob senectutem domi detineantur, sive gerontocomium incolant ;

3. sacerdotibus infirmis, etsi non decumbunt, vel aetate provectis, sive sint Missam celebraturi sive s. Communionem recepturi;

á. personis curae infirmorum vel senum addictis eorumque propinquis una cum illis s. Synaxim recipere cupientibus, quoties sine incommodo ieiunium unius horae observare non possint.

[9] Cfr. *CIC,* can. 858 § 1.

[10] Litterae Apostolicae motu proprio datae *Sacram Communionem,* 19 martii 1957, n. 4: *A.A.S.* 49 (1957), p. 178.

[11] *Ad uxorem,* 2, 5: *PL* 1, 1408.

4.

DE PIETATE AO REVERENTIA ERGA SS.MUM SACRAMENTUM QUOTIES PANIS EUCHARISTICUS IN FIDELIS MANU DEPONITUR

Inde ab Instructione « Memoriale Domini », tres abhinc annos edita, quaedam Conferentiae Episcopales facultatem a Sede Apostolica impetrarunt permittendi ut ministri s. Communionis distribuendae eucharisticas Species in manibus fidelium ponerent. Ut eadem Instructio meminit, « praescripta Ecclesiae Patrumque documenta copiose testantur maximam reverentiam summamque prudentiam erga sacram Eucharistiam adhibitam » [12] et adhibendam esse. Praesertim ergo in hoc communicandi modo quaedam adamussim attendenda sunt, quae experientia ipsa suadentur.

Assidua diligentia ac studium habeantur, speciatim quoad fragmenta quae forsitan ex hostiis deciderint, quod attinet sive ad ministrum sive ad fidelem quoties sacra Species in manu communicantis ponitur.

*

Ad usum s. Communionis in manu fidelium accedat necesse est opportuna institutio seu catechesis de doctrina catholica, quae respicit tum realem ac permanentem Christi praesentiam sub Speciebus eucharisticis tum debitam reverentiam erga hoc Sacramentum [13].

Christifideles doceri oportet Iesum Christum Dominum esse et Salvatorem eique sub Speciebus sacramentalibus praesenti eundem deberi latriae seu adorationis cultum, qui Deo tribuendus est. Admonebuntur deinde fideles, ne post convivium Eucharisticum sinceram et consentaneam praetermittant gratiarum actionem, quae uniuscuiusque viribus, statui, occupationibus congruat [14].

[12] S. Congr. pro Cultu Divino, Instr. *Memoriale Domini,* 29 maii 1969: *A.A.S.* 61 (1969), p. 542, quae adhuc vigere pergit.

[13] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 7: *A.A.S.* 56 (1964), pp. 100-101; S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium,* 25 maii 1967, n. 9: *A.A.S.* 59 (1967), p. 547; S. Congr. pro Cultu Divino, Instr. *Memoriale Domini,* in qua legitur: « . . . quodvis praecaveatur periculum, ne reverentiae defectus vel falsae de SS.ma Eucharistia opiniones irrepant in animos»: *A.A.S.* 61 (1969), p. 545.

[14] Paulus VI, *Alloc, ad Membra Consilii Eucharisticis ex omnibus Nationibus conventibus moderandis habita:* A.A.S. 64 (1972), p. 287.

Ut denique accessus ad hanc mensam caelestem dignus omnino et frugifer sit, ita illustranda sunt fidelibus bona eius atque fructus tam pro singulis quam pro societate ut familiaris habitudo maximam ostendat reverentiam, intimum foveat amorem erga Patremfamilias ((panem cotidianum » nobis praestantem [15] et ad vivam ducat coniunctionem cum Christo, cuius communicamur sanguini et carni [16].

Hanc Instructionem Summus Pontifex Paulus VI approbare et auctoritate sua confirmare dignatus est et publici iuris fieri iussit decernens ut a die, quo edita esset, vigere inciperet.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 29 mensis Ianuarii anni MCMLXXIII.

A. Card. S AMORE, *Praefectus*

£8 I. Casoria, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i
PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 18 Decembris 1972. — Metropolitanae Ecclesiae Bangkokensi praefecit R. D. Michaelem Michai Kitbunchu, e clero saeculari locali, seminarii minoris rectorem.

— Cathedrali Ecclesiae Indorensi R. P. Georgium Anathil, e Societate Verbi Divini, rectorem minoris seminarii in civitate vulgo Palda siti.

die 29 Ianuarii 197S. — Cathedrali Ecclesiae Maruanae-Mokolensi,

[15] Cfr. *Lc. 11*, 3.
» Cfr. *Hebr, 2,* 14.

nuper evectae dioecesi, R. P. Iacobum Iosephum Franciscum De Bernon, e Congregatione Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae, hactenus Praefectum Apostolicum eiusdem territorii.

— Cathedrali Ecclesiae Yaguanae, nuper evectae dioecesi, R. P. Ludovicum Charpenet, Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae Congregationis sodalem, hactenus Praefectum Apostolicum eiusdem territorii.

— Titulari episcopali Ecclesiae Lupercianensi R. D. Thomam Nkuissi, sacerdotem indigenam, Cancellarium episcopalis Curiae Nkongsambensis, quem constituit Administratorem Apostolicum « Sede vacante » et ((ad nutum Sanctae Sedis)) Nkongsambensis dioecesis.

die 1 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Rarotonganae Exc. P. D. Ioannem Hubertum Macey Rodgers, hactenus Episcopum titularem Caput Cillensem.

— Cathedrali Ecclesiae Malangensi R. P. Franciscum Xaverium Sudar tanto Hadisumarto, e Ordine Fratrum B. Mariae V. de Monte Carmelo, Priorem Carmelitarum Provinciae Indonesianae.

— Cathedrali Ecclesiae Taiohaënae R. P. Hervé-Mariam Dionysium Le Cléac'h, Congregationis Sacrorum Cordium Iesu et Mariae sodalem, hactenus eiusdem dioecesis Administratorem Apostolicum.

— Cathedrali Ecclesiae Sunyaniensi, noviter erectae dioecesi, R. P. D. Iacobum Kwadwo Owusu, e clero saeculari autochthone, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, necnon militum Cappellanum.

die 17 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Pondicheriensi et Cuddalorensi Exc. P. D. Venmani S. Selvanather, hactenus Episcopum Salemensem.

— Cathedrali Ecclesiae Rutengensi R. P. Vitalem Djebarus, e Societate Verbi Divini, hactenus Administratorem Apostolicum eiusdem dioecesis.

II

NOMINATIONES

Decretis ut infra datis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit :

die 26 Ianuarii 1973. — R. P. Bernardum M. Ngawiliau, e Congregatione Sancti Spiritus, *Administratorem Apostolicum Administrationis Apostolicae Zanzibarensis et Pembaënsis.*

— Exc. P. D. Vergilium Patricium Copas, Archiepiscopum Portus Moresbiensis, *Administratorem Apostolicum « sede vacante » dioecesis Bereinitanae.*

die 16 Februarii. — R. P. Armidum Gasparini, Congregationis Filiorum S. Cordis Iesu sodalem, *Administratorem Apostolicum Praefecturae Apostolicae Avasanae.*

die 19 Februarii. — E. P. Gerardum Boulanger, socium Congregationis Missionariorum Oblatorum B. V. M. Immaculatae, *Administratorem Apostolicum « sede vacante » et « ad nutum Sanctae Sedis » Labradorensis-Schefferpolitanae dioeceseos.*

die 22 Februarii. — Exc. P. D. Eliam Mutale, Episcopum Mansaënsem, *Administratorem Apostolicum a sede vacante » archidioecesis Kasamaënsis.*

die 1 Martii. — Exc. P. D. Orestem Marengo, Episcopum Arsacalitanum, *Administratorem Apostolicum* <x *sede vacante* » et « *ad nutum Sanctae Sedis » Turanae noviter erectae dioeceseos.*

III

GITEGAENSIS - MUYINGANAE

DECRETUM

De finium mutatione

Quo facilius et efficacius dominici gregis saluti eiusque regimini consuli possit, Exc.mi ac Rev.mi Ordinarii archidioecesis Gitegaënsis et dioecesis Muyinganae, novam eamque aptiorem inter easdem circumscriptiones ecclesiasticas finium definitionem nuper ab Apostolica Sede expostulaverunt.

Quapropter, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, praehabito favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Gulielmi Carew, Archiepiscopi titulo Teldensis et Apostolici in Burundi Nuntii, ratum huiusmodi immutationes in bonum animarum cessuras, vigore specialium facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit ac inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas, fines constituendos esse decernit:

« Le diocèse de Muyinga cédera à l'archidiocèse de Gitega ses trois paroisses situées en province civile de Gitega, à savoir : les paroisses de Bugenyuzi, Kar usi et Gitaramuka ».

Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando in perpetuam rei memoriam praesens decretum confici iussit et expediri.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 13 mensis Aprilis a. D. 1973.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S-

£8 D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

i

DECRETUM

De cantibus in Missa quae lingua latina celebratur novo ordine disponendis.

Thesaurum cantus gregoriani, quem traditio usque ad nostram aetatem transmisit, sancte esse servandum et opportune adhibendum Concilium Vaticanum II in Constitutione de sacra Liturgia (nn. 114 et 117) expresse declaravit.

Ut haec ergo norma ad effectum deduceretur, praesertim post editos novos libros liturgicos, secundum mentem eiusdem Concilii Vaticani instauratos, Sacra haec Congregatio pro Cultu Divino opportunum duxit quaedam indicare, quibus Graduale Romanum novae rerum condicioni accommodaretur et nullus textus deperderetur thesauri authentici cantus gregoriani.

Statuit proinde Sacra haec 'Congregatio, de mandato Summi Pontificis Pauli VI, ut, qui celebrationem eucharisticam lingua Latina peragunt, in disponendis cantibus ad illam pertinentibus novam hanc ordinationem sequantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 24 iunii 1972, in Nativitate sancti Ioannis Baptistae.

ARTURUS Card. TABERA, *Praefectus*

rjj, H. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis*

II

DECRETUM

Ritus institutionis Lectorum et Acolythorum, admissionis inter candidatos ad Diaconatum et Presbyteratum, nec non sacri caelibatus amplectendi, eduntur.

Ministeriorum disciplina a Summo Pontifice Paulo VI instaurata per Litteras Apostolicas *Ministeria quaedam,* die 15 augusti 1972 Motu

proprio datas, ac normis ad sacrum Diaconatus ordinem sive transeuntis sive permanentis spectantibus, eodem die statutis per Apostolicas Litteras *Ad pascendum,* Sacra Congregatio pro Cultu Divino ritus apparavit de institutione Lectorum et Acolythorum, de admissione inter candidatos ad Diaconatum et Presbyteratum, necnon de sacro caelibatu amplectendo.

Huiusmodi ritus Summus Pontifex Paulus VI auctoritate Sua approbavit evulgarique iussit, ita ut a die 1 ianuarii 1973 lingua latina adhibeantur, lingua autem vernacula a die quem Conferentiae Episcopales pro sua dicione statuerint, postquam translationes in linguas populares approbaverat confirmationemque ab Apostolica Sede obtinuerint.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 3 decembris 1972, in memoria sancti Francisci Xavier.

ARTURUS Card. TARERA, *Praefectus*

£ß H. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis*

III

DECRETUM

Ordo Unctionis infirmorum eorumque pastoralis curae, editur.

Infirmis cum Ecclesia adhibet curas, Christo ipsi deservit in Corporis mystici membris dolentibus, atque, exemplum Domini Iesu secuta, qui ((pertransivit benefaciendo et sanando omnes » *(Act* 10, 38), eius mandato aegros curandi (cfr. *Me* 16, 18) oboedit.

Quam quidem sollicitudinem Ecclesia ostendit non solum adversa valetudine laborantes invisendo, sed etiam allevando per sacramentum Unctionis, et Eucharistiae sacramento sive per tempus, quo morbo tenentur, sive cum in mortis periculo versantur reficiendo, ac denique pro iis preces fundendo, quibus eosdem, praesertim in ultimo vitae discrimine positos, Deo commendat.

Ut autem sacramenti Unctionis significatio apertior redderetur magisque perspicua, Concilium Vaticanum II haec statuit : « Unctionum numerus pro opportunitate accommodetur, et orationes ad ritum Unctionis infirmorum pertinentes ita recognoscantur, ut respondeant

variiis condicionibus infirmorum, qui Sacramentum suscipiunt », * praecepitque, ut conficeretur Ordo continuus secundum quem Unctio aegroto conferretur post confessionem et ante receptionem Viatici.[2]

Summus igitur Pontifex Paulus VI novam formulam sacramentalem Unctionis per Constitutionem Apostolicam *Sacram Unctionem infirmorum* die 30 novembris 1972 editam statuit, necnon *Ordinem Unctionis infirmorum eorumque pastoralis curae* approbavit, quem Sacra Congregatio pro Cultu Divino apparavit et nunc emittit, eius editionem typicam esse declarans, ut is pro titulis huc spectantibus, qui in Rituali Romano usque adhuc vigente exstant, substitueretur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 7 decembris 1972.

ARTURUS Card. TABERA, *Praefectus*

£8 H. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis*

IV

NORMAE CIRCA PATRONOS CONSTITUENDOS ET IMAGINES B. M. VIRGINIS CORONANDAS

I

De Patronis constituendis

1. Patronus, liturgica acceptione, Beata Maria Virgo, Sanctus vel Beatus intellegitur, qui ob antiquam traditionem vel legitimam constitutionem ut protector seu apud Deum advocatus celebratur.

2. Patronus distinguitur a Titulo vel Titulari alicuius ecclesiae, congregationis, communitatis, etsi Titulus patronatum aliquomodo expostulat.

3. Patroni habentur :

a) locorum (scilicet nationis, regionis, dioecesis, civitatis, oppidi vel pagi, paroeciae) ;

[1] Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium,* n. 75: *A.A.S.* 56 (1964), p. 119.
[2] Cf. *ibid.,* n. 74: *I. c.*

b) familiarum religiosarum;

c) *personarum moralium, sodalitatum, institutorum, coetuum* sive ecclesiasticorum sive laicorum.

ELECTIO PATRONI

4. Patroni eligi possunt *Beata Maria Virgo,* sub aliquo titulo in sacra liturgia accepto, *Angeli* et *Sancti.* Beati nequeunt eligi Patroni absque peculiari Apostolicae Sedis indulto.[1] Semper excluduntur divinae Personae.[2]

5. Patronus unus tantum sit. Licet duos vel plures Sanctos Patronos eligere, si iidem Sancti una simul in Calendario inscribantur.

Ob peculiares rationes, alius Patronus, tamquam secundarius, quandoque additus est. In posterum, unus tantum Patronus de more habeatur.

6. Patroni locorum eligendi sunt a clero et a fidelibus seu ab illis, qui sub protectione Patroni ponentur.

Patroni familiarum religiosarum, personarum moralium, sodalitatum, institutorum, coetuum, eligendi sunt ab iis, ad quos spectat, seu a membris familiam religiosam, personam moralem, sodalitatem, institutum, coetum efficientibus.[3]

Electio facienda est sive per consultationes seu suffragia sive per petitiones seu subscriptiones.

APPROBATIO PATRONI

7. Electio Patroni approbanda est competenti auctoritati ecclesiasticae, id est : *Episcopus* pro dioecesi, *Conferentia Episcoporum* pro provincia ecclesiastica, regione, vel natione, *Capitulum provinciale* pro provincia religiosa, *Capitulum generale* pro universa familia religiosa. Pro personis moralibus, sodalitatibus, institutis, coetibus in diversis orbis partibus exstantibus, res proponatur Sanctae Sedi.

[1] Cf. *CIC,* can. 1278.

[2] Cf. S. Congr. pro Cultu Divino, Instr. *Calendaria particularia,* 24 iunii 1970, n. 28:*A.A.S.* 62 (1970), pp. 651-663.

[3] Cf. S. Congr. pro Cultu Divino, Instr. *Calendaria particularia,* n. 30.

CONFIRMATIO PATRONI

8. Electio et approbatio Patroni confirmandae sunt a Sacra Congregatione pro Cultu Divino.[4]

Ad confirmationem obtinendam, mittenda sunt ad eandem Congregationem documenta, quae sequuntur :

a) petitio auctoritatis localis, sive ecclesiasticae sive, pro opportunitate et possibilitate, civilis;

b) acta, postulationes, subscriptiones, quae electionem comitantur eamque manifestant necnon relatio, in qua rationes exponuntur ob quas electio facta est;

c) testimonium de approbata electione ex parte competentis auctoritatis ecclesiasticae.

9- Confirmatio conceditur per Decretum praedictae Congregationis et, quoad Patronos amplioris dicionis, etiam per Litteras Apostolicas in forma Brevis expediendas.

10. Sicubi cultus et pietas erga Patronum iam constitutum vel ab immemorabili acceptum, decursu temporis exstincta sunt, aut de eodem Sancto nil certum cognoscitur, minime impeditur quin, re mature perpensa, novus constituatur Patronus, servatis iis quae supra statuta sunt.[5]

CELEBRATIO LITURGICA PATRONI

11. Celebratio liturgica competit solummodo Patronis rite constitutis vel ex immemorabili traditione acceptis. Ceteris vero, qui Patroni sensu latiore dicuntur, merae pietatis causa propositi, nullum competit peculiare ius liturgicum.[6]

12. Celebratio Patroni loci vel oppidi vel civitatis, personae moralis, sodalitatis, instituti, coetus, peragitur gradu *sollemnitatis.* Quae sollemnitas gaudet *praecedentia* super omnia festa in Calendario generali vel particulari inscripta et super dominicas temporis Nativitatis et ((per annum ».

[4] Cf. *iMd.,* n. 30.
[5] Cf. *ibid.,* n. 33.
[6] Cf. *ibid.,* n. 29.

Celebratio Patroni dioecesis, provinciae, regionis, nationis aut amplioris territorii et provinciae religiosae peragitur gradu *festi.*[7] Rationibus tamen pastoralibus suadentibus, v. gr. quando Patronus magnum momentum habuit in historia cuiusdam regionis aut valde colitur a fidelibus, festum Patroni fieri potest sollemnitas.[8]

Patronus loci aut amplioris dicionis celebrari debet etiam a religiosis[9] et ab iis qui Calendario proprio gaudent.

È una parentesi per noi lieta e ristoratrice, questa di oggi, in cui, accogliendo ben volentieri il vostro invito, riceviamo voi, Superiore Maggiori d'Italia, che avete partecipato all'Assemblea generale elettiva del Consiglio di Presidenza e del Consiglio Centrale dell'Unione. Salutiamo le Madri elette, e quelle che hanno terminato il loro ufficio : e a voi tutte, come alle consorelle che qui rappresentate, diamo il Nostro benvenuto. Ci fa piacere soffermarci, anche se brevemente, tra voi, perché ci portate davanti agli occhi l'immagine delle schiere di Religiose italiane che, su tutti i fronti — insegnamento, sostegno al ministero sacerdotale, cooperazione missionaria, opere di misericordia corporali e spirituali, eccetera — offrono alla Chiesa un aiuto insostituibile, e alla comunità dei fratelli una continua lezione di bontà, di disinteresse, di abnegazione.

Di questa « testimonianza evangelica », data con intatto fervore, noi vi ringraziamo ; e vi rivolgiamo una parola di consolazione : abbiate fiducia! In questo momento, in cui molto vien messo in discussione, nell'intento peraltro lodevole di riscoprire e di seguire la propria « identità », in conformità col Vangelo e con le origini di ciascun Istituto

[1] *Ep.* 4, 15-16.

* Die 12 mensis maii a. 1973.

Religioso, vi è bisogno di una certezza superiore, cbe guidi e illumini questo sforzo di assoluta autenticità.

Ebbene, sì, abbiate fiducia !

1) Fiducia nella scelta della vocazione religiosa, che avete fatta con piena libertà e in serena rispondenza alla grazia di Dio, dando il significato più alto e profondo alla vita cristiana. Che cos'è infatti la vita religiosa se non l'aver portato alle sue estreme conseguenze — morte al peccato e alle sue radici, consacrazione a Dio, unione a Cristo risorto — le consegne del Battesimo? Se non l'aver portato a totale maturazione i germi ricevuti in quel decisivo incontro sacramentale con la Trinità che ci ama e che ci salva? È questo l'insegnamento antico che il recente Concilio ha richiamato, quando ha detto che, nella vita religiosa, ogni fedele, « per poter raccogliere più copioso il frutto della grazia battesimale, con la professione dei consigli evangelici nella Chiesa intende liberarsi dagli impedimenti, che potrebbero distoglierlo dal fervore della carità e dalla perfezione del culto divino, e si consacra più intimamente al servizio di Dio ». *

Voi pertanto, con la fedeltà al Vangelo, preso alla lettera, indicate che le realtà che contano, quelle che permarranno al di là del contingente fluire del tempo, sono quelle spirituali. La vita religiosa è segno e presenza della realtà escatologica del Regno di Dio. In questa luce acquista pieno significato la vostra vita di consacrate, nelle sue forme, nei suoi impegni essenziali rappresentati dai tre voti, nel suo stile forte, lieto, sacrificato, amorevole, accogliente, guidato dall'unico pensiero dell'amore di Dio e dei fratelli, specie dei più abbandonati, come nel suo accrescimento spirituale, alimentato alle fonti cristalline della preghiera e dell'unione con Dio, del silenzio e della contemplazione, specialmente dell'Eucaristia e della vita liturgica, secondo i punti che abbiamo sviluppato nella Esortazione Apostolica « Evangelica testificatio)) ; vi invitiamo a meditarla sempre di più, perché dettata unicamente dal desiderio di facilitare quel rinnovamento della vita religiosa, che è stato fra i frutti più cospicui del Concilio Vaticano II.

2) Abbiate poi fiducia nella « Madre Chiesa », che per prima ha dato a voi la sua piena fiducia. Voi avete un particolare rapporto di amore verso la Chiesa, come lo avete per Maria. Il mistero di Maria e quello della Chiesa sono strettamente congiunti, e si illuminano l'uno con l'altro: « la Chiesa ... diventa anch'essa madre, poiché con la predica-

[1] Const. dogai, de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 44.

zione e il battesimo genera a una vita nuova e immortale figliuoli concepiti ad opera dello Spirito Santo e nati da Dio. Essa pure è vergine, che custodisce integra e pura la fede data allo Sposo, e ad imitazione della Madre del suo Signore, con la virtù dello Spirito Santo, conserva verginalmente integra la fede, solida la speranza, sincera la carità » .[2]

Voi, che siete così intimamente legate a queste realtà, che misteriosamente si devono riprodurre e continuare nelle vostre vite consacrate, dovete perciò sentirvi sempre mosse da un particolare amore verso la Chiesa. Il fervore degli studi ecclesiologici, alla luce dell'insegnamento conciliare, e, soprattutto, il ripensamento personale nella vita di orazione, devono stimolare in tutte le Religiose una nuova stima, un nuovo abbandono, una nuova fiducia nella Chiesa; e animare tutti gli Istituti a cercare nuovi servizi, sempre più aperti e disponibili, perché essa giunga ovunque nel mondo, per il quale è stabilita sacramento dell'amore, con cui Dio incontra l'umanità in Cristo, e la salva in ogni epoca, in ogni latitudine.

3) E infine abbiate fiducia anche nel nostro tempo, così pieno di aspirazioni e di tensioni, di grandezze e di miserie, di bisogni e di speranze. La Costituzione conciliare *Gaudium et Spes* le ha messe in luce in una sintesi puntuale, che deve essere presente a quanti, nella Chiesa, vogliono essere al servizio delle necessità del mondo.

La vostra vocazione vi pone in un rapporto singolare col mondo, di cui conoscete tante sofferenze e tante piaghe, ma anche tante ricchezze segrete, nell'avanzare delle nuove generazioni, nella fedeltà delle famiglie, nei sacrifici dei lavoratori, nelle pene degli ammalati e degli anziani. Davanti a loro voi dovete essere degli « indicatori di direzione ». E avete, in questo, una grande responsabilità. La gente vi guarda, e giudica se la vostra fedeltà al Vangelo è genuina e sincera. Per essi dovete essere nel mondo il segno che il Vangelo è vivo, che il Regno di Dio è in mezzo a noi.[3] Mossi da tale sollecitudine, vi abbiamo richiamate a questo impegno di testimonianza nella menzionata Esortazione, quando abbiamo scritto che ((questo mondo, oggi più che mai, ha bisogno di vedere in voi uomini e donne, che hanno creduto alla Parola del Signore, alla sua Risurrezione ed alla vita eterna, fino al punto di impegnare la loro vita terrena per testimoniare la realtà di questo amore, che si offre a tutti gli uomini ... Questa grazia non è per l'uomo

[2] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 64.

[3] Cf. *Le.* 17, 21.

d'oggi come un soffio vivificante venuto dall'infinito, come una liberazione di sé, nella prospettiva di una gioia eterna e assoluta?)).[4]

Ecco : in questo triplice invito alla fiducia, noi auspichiamo all'Unione un rinnovato sforzo affinché tali consegne siano vissute con crescente consapevolezza da tutte le Religiose italiane. Lo esige lo stato della vita consacrata; lo richiede il dovere dell'ora, quando una grande fiammata di luce e di grazia sta per passare sulle Chiese locali, in preparazione all'Anno Santo. Siate in prima linea nel lavoro di riconciliazione e di rinnovamento interiore, come di revisione della propria vita sociale, che noi attendiamo da tutti i fedeli di buona volontà. La prossima Pentecoste sarà l'inizio di una novella effusione dello Spirito su tutta la Chiesa : preparatevi, e aiutate capillarmente le varie categorie di persone, a cui si dirige il vostro ministero, a comprendere quest'ora di grazia, e ad assecondarla.

Noi vi ringraziamo fin d'ora, mentre, in pegno della particolare protezione della Vergine Santa, modello incomparabile di donazione totale, impartiamo di cuore a voi e alle Consorelle dei vostri Istituti, la particolare Benedizione Apostolica.

VII

Ad summos Moderatores Institutorum Religiosorum, annitente Sacra Congregatione pro Religiosis et Institutis Saecularibus, Romae Coetum habentes. *

Venerabiles Fratres ac dilecti -filii,

Ex animo salutem vobis impertimus, qui, annitente Sacra Congregatione pro Religiosis et Institutis Saecularibus et praeeunte digno eius Cardinali Praefecto, conventum agitis, de non levis ponderis argumentis, quae ad vitam Deo consecratam pertinent, disserentes.

Cum vos hic conspicimus Moderatores Generales tot Familiarum religiosarum, quarum sodales in toto degunt orbe terrarum, cumque opera vestra mente consideramus, quae item in cunctas mundi partes pervaserunt, conventui isti vestro et huic congressioni nostrae momentum quoddam ecclesiale tribuatur oportet.

Ante duos annos, ut probe nostis, Adhortationem Apostolicam edi-

[4] N. 53; *A.A.S.* 63 (1971), p. 524.

* Die 25 mensis maii a. 1973.

dimus, a verbis « Evangelica testificatio » incipientem, qua religiosa instituta commonuimus de vita secundum Concilii Vaticani Secundi praeceptiones renovanda. Nunc vero, sermonem illum veluti confirmantes et persequentes, nonnulla volumus proferre, quae paterna, qua premimur, sollicitudo de iisdem institutis vestris suadere videtur.

Concilium Vaticanum Secundum indolem charismaticam vitae religiosae declaravit, asserens consilia evangelica esse « donum divinum, quod Ecclesia a Domino suo accepit)).* Quo dono seu charismate, ex ipsius eius natura, religiosi ((Ecclesiae eiusque mysterio speciali modo coniunguntur ».[2] Unde consequitur, ut illi intimo et arctissimo nexu ex Ecclesiae auctoritate pendeant, quae regulas eorundem authentice approbat, profitentium vota suscipit, ipsam professionem ad status canonici dignitatem erigit,[3] et eos participes reddit muneris sui salvifici implendi ; nam religiosorum ad sanctitatem adipiscendam nisus in omnium hominum utilitatem et spiritualem fructum pertinent : ii enim, ((cum ... suiipsius donatio ab Ecclesia suscepta sit, eius etiam servitio sese sciant addictos)).[4] Spiritus Sanctus, largitor charismatum simulque Ecclesiae animator, efficit, ut inspiratio charismatica et compago iuridica Ecclesiae apte inter se conveniant, eo vel magis quod, ut idem Concilium Vaticanum Secundum docuit, pastorum est de charismatum ((germana natura et ordinato exercitio iudicium ferre, non quidem ut Spiritum exstinguant sed ut omnia probent et quod bonum est teneant ».[5]

In hoc ipso coetu iuvat Nos iterum dicere Ecclesiam non posse carere religiosis, id est testibus amoris, quo Christus homines prosequitur quique naturam prorsus transcendit, neque mundum posse sine sui detrimento his luminibus privari.[6] Hac de causa eadem Ecclesia iis egregiam testatur existimationem, constanti eos complectitur dilectione nec desinit iis adesse eosque ((dirigere in semitam rectam ».[7]

Illa autem multum exspectat a religiosis, per quos oportet « augeatur venusta ipsius perfectio et sanctimonia, quae nonnisi Iesu Christi imi-

[1] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 43.

[2] *Ibid.,* n. 44.

[3] *Ibid.,* n. 45.

[4] Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 5.

[5] Cfr. *1 Thess.* 5, 12.19.21 - Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* n. 3.

[6] Cfr. *Ev. test.,* 3.

[7] Cfr. *Ps.* 26, 11.

tatio et mystica cum eo coniunctio praebere possunt)).[8] Ecclesia religiosos per Concilii Oecumenici magisterium, quod est gravissimae auctoritatis, ad renovationem praesertim spiritualem vocavit. Scimus non paucos annisos esse et anniti, ut magnae huic exspectationi respondeant, est tamen fatendum nonnullos clare sonantem vocem illam non audivisse vel minus recte esse interprétâtes.

Quapropter sinite Nos denuo commonefacere vos officii praedictae renovationis spiritualis, cui ((etiam in operibus externis promovendis primae partes sunt tribuendae».[9] E fontibus gratiae baptismalis et charismatis, quod est cuiusque instituti vestri proprium, novas oportet lymphas educatis, quibus vita Deo consecrata optatam virium copiam sumat.

Sed ad peculiarem quendam eventum ecclesialem Nobis liceat nunc transire, quem etiam religiosorum non paulum interesse merito censemus. Etenim, ut notum est vobis, universale Iubilaeum nuntiavimus, prius in Ecclesiis localibus, deinde in hac Urbe celebrandum. Cui cum proposita sit interior renovatio, quae et conversio, metanoia, paenitentia appellatur, Ecclesia adiutrici operae religiosorum multum confidit. Itaque vestrum erit, dilecti Moderatores Generales, curare, ut Familiae, quibus praeestis, eiusdem Iubilaei incepta secundent et provehant, praecipue cum sacra Hierarchia cooperantes, adeo ut illa renovatio animorum efficiatur, ex qua non solum vita privata cuiusque sed et publici mores christianis praeceptis conformentur.

Religiosi vero ipsi hoc sacrum tempus habeant occasionem, divinitus sibi oblatam, de suo vivendi cursu et forma recogitandi ; id est impelli se sentiant, ut conversationem suam comparent cum iis, quae Concilium Vaticanum Secundum et Apostolica Adhortatio « Evangelica testificatio » postulant ab ipsis, utque videant, an necessitatibus hodiernis occurrant et Salvatorem in humana consortione quasi evidenter reddant praesentem.

Ut autem hoc testimonium religiosorum reapse sit efficax et amplificetur, haec imprimis animadvertenda sunt seu potius in memoriam revocanda :

Non desistimus vim et necessitatem orationis extollere, sine qua intimam veramque Dei cognitionem gustare non possumus[10] neque

[8] Cfr. Alloc, ad Patres Conc. d. 29 sept. 1963 habita; *A.A.S.* 55 (1963), p. 851.
[9] Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 2 e.
[10] Cfr. *Ev. test.,* 43.

viribus pollemus ad iter perfectionis percurrendum. Concilio docente, momentum et utilitas precationis, quae a communitate fit, recte ac merito praedicantur. Sed praeter hanc colenda est etiam oratio privata, qua cuiusque vigor spiritualis servatur et augetur et quae ad precationem communem, praesertim liturgicam, animos salubriter disponit et ab hac ipsa alimoniam et incrementum potest accipere.

Asseverari autem licet religiosos, quorum vita spiritualis floreat et pro aliis sit fecunda, esse religiosos « orantes », eos autem, qui quoad hanc vitam languescant aut ipsum statum suum misere relinquant, fere semper segnes esse in facienda precatione. Qua de causa verum exstat omnino «fidelitatem... orationi servatam aut eius neglectionem esse veluti paradigma vigoris aut occasus vitae religiosae ».[11]

Christus vos ad perfectiorem sui sequelam ideoque ad crucem portandam vocavit; haec enim a condicione vestra nequit seiungi. Sit autem haec crux non solum singulare quoddam instrumentum animos purificans et eximia apostolatus forma, sed etiam manifesta comprobatio amoris, non deprimens sed erigens. « Nonne arcana quaedam coniunctionis necessitudo inter renuntiationem atque laetitiam intercedit... inter disciplinam atque spiritualem laetitiam»?[12]

Denique vita communis est unum ex elementis potioribus renovandae vitae religiosae. Oportet relegere, immo lectitare, et crebro regustare locos illos sane pulcherrimos Decreti *Perfectae caritatis*,[13] ubi de hac communi vita non mera legis praecepta traduntur, sed pars eius theologica, spiritualis, ecclesialis, apostolica, humana praeclare explanatur. Haud leve igitur officium vobis, dilecti filii, est impositum annitendi, ut illae vivendi condiciones in domibus vestris instituantur, quae « aptae sint ad spiritualem profectum cuiusque sodalis fovendum ».[14]

Haec fraternitas vere evangelica est etiam firmum praesidium sodalium, eorum praesertim, qui forte animo sunt fracti, qui in discrimine versantur, qui aegritudine vel senio affliguntur.

Cum hodie plurima in dubium vocentur, etiam vita religiosa non paucis est obnoxia difficultatibus, ut vosmet ipsi cotidiano usu com-

[11] *Ev. test.*, 42.
[12] *Ev. test.*, 29.
[13] N. 15.
[14] *Ev. test.*, 39.

pertum habetis. Sunt ergo, qui anxie quaerant, quomodo illa futuris annis sit progressura, utrum felicior an deterior sors eius praevideatur. Ad haec quod pertinet, multi ex vobis etiam anguntur penuria vel carentia candidatorum vel lugenda sodalium defectione. Haec autem sors futura in cuiusque instituti fidelitate posita est, qua vocationem suam sequatur, id est quatenus consecrationem, qua Deo est devota, vivendo exprimat. Maxime exemplum conversationis, quae gaudio spiritali et inconcussa voluntate Deo et fratribus serviendi commendetur, candidatos nostris quoque temporibus allicit. Adulescentes enim huius aetatis, cum Deo se devovent, plerumque ((totum pro toto dare »[15] intendunt, ideoque illis institutis libentius se addicunt, in quibus viget et floret illud « genus vitae virginalis et pauperis, quod sibi elegit Christus Dominus, quodque Mater Eius Virgo amplexa est)).[16]

Liceat ergo paterno huic alloquio finem imponere verbis Sancti Augustini, qui et ipse fuit vitae religiosae praestantissimus fautor atque laudator : « Vos autem, fratres, exhortamur in Domino ut propositum vestrum custodiatis, et usque in finem perseveretis : ac si quam operam vestram mater Ecclesia desideraverit, nec elatione avida suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis; sed miti corde obtemperetis Deo, cum mansuetudine portantes eum qui vos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet mansuetos vias suas)).[17]

Vota denique facientes, ut hic conventus vester prosperos salutaresque exitus habeat, vobis et sodalibus, curae vestrae commissis, Benedictionem Apostolicam, certissimae dilectionis Nostrae testem, volentes largimur.

[15] Cfr. *Imit. Christi,* III, 37, 13.
[16] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 46.
[17] *Ps.* 24, 9 - *Ep.* 48, 2; *PL* 33, 188.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Universis Christifidelibus et bonae voluntatis hominibus, die recurrente recto instrumentorum communicationis socialis usui provehendo per totum terrarum orbem dicato.

Venerable Brothers,
Bear sons and daughters,
and nien of good will every where,

Today, for the seventh time, we celebrate the animal World Communications Day. We invite ail of you to refiect with us on the thème chosen for this year's célébration : " The Mass Media and the Affirmation and Promotion of Spiritual Values

For centuries man has been seeking what is true and good and beautiful. Through this search he has been striving to reach the Ab solute and to express a relationship with his Creator, often through sacrifice and prayer. He has hoped for a life beyond this life, and the hope for immortality has infiueneed his attitudes and behaviour in this world. With varying degrees of success his quest has likewise been for justice and freedom, for fraternal solidarity and brotherly love. Man has longed for peace within his heart, in his family and in his community. These and the other spiritual values of mankind are a héritage that is passed on by each succeeding generation, one that is the common treasure of all.

This héritage is, however, in a special way the responsibility of Christians. For the Gospel of Christ has confirmed these spiritual values and has extended their meaning and application. Christ himself, by his living, dying and rising from the dead, has given added significance to the life of every man. ^He has inspired men to even higher goals and made them conscious of the fact that they are called and really are the sons of God, sharing in the fellowship of his Holy Spirit.[1]

Indeed the Church has received the mission, of affirming the spiritual values of the complete Christian message. Christ the Lord has challenged the Church to take this message to the ends of the earth.[2] His

[1] Cf. *1 Jn* 3:1; *2 Cor* 13:14.
[2] Cf. *Acts* 1:8; *Mt* 28:19.

Apostles were to preach the love of God and man, forgiveness and reconciliation, and to proclaim a message of peace. They were to go out and be concerned about the sick and the oppressed and like their Master bring the uplifting Gospel to the poor.[3] Enlightened by God's guidance, and uniquely rich in human expérience, the Church knows and proclaims that the true advancement of man, the true progress of peoples, can be realized only when the spiritual values which answer their highest aspirations receive due emphasis. And so the Church throughout the ages has communicated these values and promoted initiatives for the development of peoples, initiatives aimed at embracing every man and the whole man.[4] The Church must then continue to affirm ali the values of a truly human life, showing at the same time that our hearts are restless until they rest in God.

Christians of every age have given witness by their lives and often by their death to the spiritual values which they hold as children of God destined for eternai life. The great Martyrs have found successors in every culture to testify with them to the values that make life worth living and show the true meaning of death. By a happy coincidence, this World Communications Day is also the feast of Saint Charles Lwanga and his Companions. They were certain of the spiritual values in which they believed and their willingness to die for their convictions shows how deeply spiritual values can be rooted. These sons of Africa are now held in honour by the entire world precisely because they affirmed spiritual values.

Every Christian of every age, like these courageous saints, is bound to give the witness of his good example and to show reasons for the hope within him.[5] It has always been thus. One of the greatest blessings of our age, however, is the advance of technology and the great progress made in social communications. Now as never before spiritual values can be affirmed and spread from one end of the earth to the other. The marvellous providence of God has reserved this wonder for our age.

Men of good will are disturbed to see how these social communications are so often used to contradict or corrupt the fundamental values of human life and produce discord and evil.[6] The abuses and the

[3] Cf. *Luhe* 4:18.
[4] Cf. *Populorum Progressio,* 14.
[5] Cf. *1 Peter* 3:15.
[6] *Communio et Progressio,* 9.

harm they cause are well known. The spread of false idéologies and excessive préoccupation with mere material progress frequently detrae t from concern for true wisdom and lasting values.

But what we are asking for today is positive action on the part of ali Catholics and especially those engaged in the mass media, to diffuse in ali their fullness the values of Christ's life-giving message and to make the world ring with their conviction, with the voice of their belief and with the Word of God. This is indeed an important vocation and a great service to the world. And we appeal likewise for a full measure of partnership with all brother Christians and with ali men of good will in every land to affirm effectively the common principies upon which the dignity of man dépends. We are asking ali those engaged in social communications to teli the story of the sacrifice and dedication that exists in the world, to make known the good that abounds, and the dynamism, enthusiasm and selflessness of so many, especially among the young. We know that there are numerous " Media Men " of good will who burn with the desire and détermination to turn their " lifeless instruments "[7] to the benefit of their fellowmen. We ask them ali to renew their résolve to transform the mass media into burning torches and powerful beacons illuminating the path to the only true happiness. The world needs the affirmation of spiritual values as seen in their concrete expression. To reach this goal those who are able to use social communications in ali their expressions must do so. The language of image and print, of light, music and sound must help to convey the message of goodness, beauty and truth. !£he press, the radio, television, the cinema, the théâtre and advertising must be utilized to the full in this mission of conveying a meaningful message to the world.

As the mass media affirm and promote the spiritual values of an ever-striving humanity, they help to prepare for the day when there will be a new création, in which the Fatherhood of God will be universally acknowledged and brotherhood, justice and peace will prevail. And so with the challenge that we offer goes the expression of our gratitude to all men of good will who endeavour to make this contribution. In this regard we wish to express our deep appréciation to ali the radio and television stations as well as to the press which présent the news about the Church and the Holy See and their essential mission of affirming and promoting spiritual values. In a special way we thank our own sons

[7] Cf. *Communio et Progressio,* 72.

and daughters of the Catholic Church who through a more effective use of the mass media and through a greater dedication to this apostolate collaborate with us in spreading the Gospel.[8]

For the success of the great programme based on the thème of this World Communications Day — "the Mass Media and the Affirmation and Promotion of Spiritual Values " — we invoke the assistance of the Word made Flesh, and in his name we impart our Apostolic Blessing.

From the Vatican, 1 May 1973.

PAULUS PP. VI

[8] Cf. *Phil* 1:5.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 11 Aprilis 1978. — Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Henrici Vion, Episcopi Pictaviensis, constituit Exc. P. D. Iosephum Rozier, Episcopum tit. Maximianensem in Numidia.

die 13 Aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Compostellanae praefecit Exc. P. D. Angelum Suquia Goicoechea, hactenus Episcopum Malacitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Maioricensi Exc. P. D. Theodorum Ubeda Gramaje, hactenus Episcopum tit. Thunausudensem.

— Cathedrali Ecclesiae Conchensi Exc. P. D. Iosephum Guerra Campos, hactenus Episcopum tit. Mutiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Malacitanae Exc. P. D. Raimundum Buxarrais Ventura, hactenus Episcopum Zamorensem.

— Cathedrali Ecclesiae Tirasonensi R. D. Franciscum Alvarez Martínez, Archidiaconum Capituli Metropolitani Ovetensis.

die 6 Iunii. — Titulari « pro hac vice » archiepiscopali Ecclesiae Numidensi R. D. Marium Pium Gaspari, e clero archidioecesis Bononiensis, Antistitem Urbanum, Subsecretarium Consilii pro Publicis Ecclesiae Negotiis, quem deputavit Delegatum Apostolicum in Republica Mexicana.

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

LITTERAE CIRCULARES

ad Conferentiarum Episcopalium Praesides de Precibus eucharisticis

1. Eucharistiae participationem fidelibus conscie, pie et actuose praestandam[1] potissimum assequi contendit sacrae Liturgiae instauratio, praesertim vero Missalis Romani recognitio, iuxta Concilii Vaticani II praecepta recens effecta.[2]

Huiusmodi autem Missalis Romani auctoritate Papae Pauli VI promulgati nota propria certe est habenda copia textuum inter quos seligendi haud raro datur facultas, tum quoad lectiones e Sacra Scriptura depromptas, tum quoad cantus, preces et acclamationes universae communitati fidelium proferendas, tum quoad ipsas orationes *praesidentiales*, Prece eucharistica minime excepta, cuius tres novi textus, praeter Canonem Romanum venerabilis traditionis, in usum sunt recepti.[3]

2. Ratio propter quam huiusmodi ampla varietas textuum praebetur, et finis ad quem innovatio formularum tendit, indolis pastoralis sunt : nempe ut unitati et varietati precationis liturgicae consulatur. Eosdem enim textus adhibendo in Missali Romano propositos, variae communitates christianae quae ad Eucharistiam celebrandam in unum conveniunt, et se unam Ecclesiam eadem fide eademque oratione precantem efficere sentiunt, et congrua simul facultate gaudent — praesertim cum sermo vernaculus adhibetur — ex qua idem mysterium Christi multis modis nuntietur et singuli fideles facilius corda ad Dominum in oratione et gratiarum actione elevent[4] necnon maiore fructu spiritali celebrationes participent.

[1] Cf. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 48: *A.A.S.* 56 (1984), p. 113.

[2] Cf. Paulus VI, Const. Apostolica *Missale Romanum,* 3 aprilis 1969: *A.A.S.* 61 (1969), pp. 217-222.

[3] Cf. *ibid.,* p. 219.

[4] Cf. *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 54.

3. Novum Missale Romanum, aliquibus annis post eius promulgationem iam elapsis, nondum ubique plene in celebrationem cum populo induci potuit, quia ingens opus versionis in linguas vernaculas apud plurimas nationes aliquod spatium temporis requirit.[5] Insuper copia augendi efficacitatem pastoralem celebrationis saepius ignoratur neque, in ordinanda Missa, ad commune bonum spirituale coetus satis attenditur.[6]

4. Interim tamen apud non paucos desiderium exortum est celebrationem eucharisticam ulterius aptandi per novarum formularum compositionem, non exceptis novis Precibus eucharisticis. Dicunt enim electionem inter orationes *praesidentiales* ipsasque quattuor Preces eucharisticas hodierni Ordinis Missae multimodis postulatis diversorum coetuum, regionum, populorum adhuc plene non satisfacere. Ideo pluries ab hac Sacra Congregatione petitum est ut approbarentur, aut facultas daretur ex qua possent approbari, et in usum reciperentur novi textus tum orationum tum Precum eucharisticarum, iuxta rationem sentiendi et modum loquendi nostrae aetatis exarati.

Insuper non pauci auctores diversarum linguarum et nationum, proxime praeteritis annis, Preces eucharisticas ab ipsis studiorum causa compositas publici iuris fecerunt. Frequenter etiam accidit ut sacerdotes, non obstantibus praescripto Concilii Vaticani II[7] et vetitis Episcoporum, textibus privatim concinnatis in celebrationibus utantur.

5. His attentis, haec Sacra Congregatio, de mandato Summi Pontificis et peritis adhibitis ex variis orbis regionibus, diligenter studuit quaestioni de novis Precibus eucharisticis componendis aut de facultate Conferentiis Episcopalibus tribuenda eas approbandi, una cum quaestionibus adnexis eorumque consectariis. Eiusmodi autem studii conclusiones Patribus huius Dicasterii in plenario coetu congregatis, necnon iudicio aliarum Sacrarum Congregationum, ad quas res pertinet, ac tandem Summo Pontifici sunt propositae. Omnibus denique mature perpensis, visum est hoc tempore non convenire ut Conferentiis Episcopalibus facultas generalis concedatur exarandi aut appro-

[5] Quoad principia secundum quae versiones fieri debent, cf. Consilium ad exsequendam Const. de s. Liturgia, *Instruction sur la traduction des textes liturgiques pour la célébration avec le peuple,* 25 ianuarii 1960: *Notitiae* 5 (1969), pp. 3-12.

[6] Cf. *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 313.

[7] Cf. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 22, par. 3: *A.A.S.* 56 (1964), p. 106.

bandi novas Preces eucharisticas. E contra, opportunius visum est monere ut amplior catechesis urgeatur circa Precis eucharisticae naturam et rem ;[8] quae enim culmen est celebrationis, culmen quoque profundioris catecheseos esse debet. Itemque necessarium esse videtur, ut amplior institutio tradatur de possibilitatibus, quae sacerdotibus praebentur ad plenam participationem fidelium excitandam, adhibitis normis quas vigentes leges liturgicae inferunt formulisque quas Missale Romanum exhibet.

6. Quapropter quattuor nunc manent Preces eucharisticae, eae nempe quae in Missali Romano instaurato continentur, nullamque aliam sine venia Apostolicae Sedis compositam vel ab ipsa non approbatam adhiberi licet. Conferentiae autem Episcopales singulique Episcopi enixe rogantur ut, congruis rationibus adhibitis, sacerdotes sapienter adducant ad unam disciplinam Ecclesiae Romanae servandam ; quod bono ipsius Ecclesiae et celebrationis liturgicae rectae ordinationi favebit.

Ius moderandi rem tanti momenti, cuius modi est disciplina Precum eucharisticarum, Apostolica Sedes, pastorali unitatis amore impulsa, sibi reservat. In unitate ritus Romani legitimas postulationes considerare non renuet, et petitiones a Conferentiis Episcopalibus sibi allatas ad novam Precem eucharisticam peculiaribus in adiunctis forte exarandam et in liturgiam inducendam benigne perpendet ; normas vero singulis in casibus servandas proponet.

7. Hac decisione significata, utile videtur nonnullas proponere considerationes quae eius sensum et exsecutionem magis perspicuam et facilem reddere possunt. Ex his aliae naturam et momentum respiciunt Precis eucharisticae in traditione liturgica, praesertim Romana; aliae autem ea quae fieri possunt ad celebrationem singulis coetibus accommodandam, textu Precis eucharisticae nullatenus mutato.

S. Prex eucharistica quae natura sua est quasi « culmen totius celebrationis », est « prex gratiarum actionis et sanctificationis », eoque tendit, « ut tota congregatio fidelium se cum Christo coniungat in confessione magnalium Dei et in oblatione sacrificii » .[9] Quae quidem prex

[8] Cf. Benno Card. Gut, Epist, ad Praesides Conferentiarum Episcopalium, 2 iunii 1968: *Notitiae* 4 (1968) pp. 146-148; *Indications pour faciliter la catéchèse des* •*anaphores de la Messe, ibid.,* pp. 148-155.

[9] *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 54.

a sacerdote ministeriali profertur, qui interpretatur et vocem divinam, quae ad populum dirigitur, et vocem populi, qui ad Deum animos elevat. Ea igitur sola insonare debet, dum coetus ad sacram liturgiam celebrandam congregatus religiose silentium servat.

In ea ergo, super indolem catecheticam, quae notas peculiares alicuius celebrationis in luce ponere contendit, praevalet indoles gratiarum actionis pro universo mysterio salutis aut pro eius ratione particulari quae, secundum diversitatem diei, festi, temporis vel ritus, in actione liturgica celebratur.[10]

Hac de causa, ut Eucharistiam participantes melius Deo gratias agerent eumque benedicerent, iam in Missalis Romani instauratione ((aucta est copia Praefationum, vel ex antiquiore Romanae Ecclesiae traditione sumptarum, vel nunc primum compositarum, quibus et peculiares partes mysterii salutis clarius patefierent, et plura uberioraque gratias agendi argumenta praeberentur

Hac eadem de causa, sacerdos qui Eucharistiae praesidet facultate pollet Precem eucharisticam brevi monitione introducendi,[12] qua eiusdem gratiarum actionis argumenta fidelibus proponat, eorum coetui hic et nunc magis accommodata, ita ut communitas persentiat propriam vitam cum historia salutis coniunctam esse et maiora emolumenta ex Eucharistiae celebratione capiat.

9. Item, quod attinet ad finem quo Prex eucharistica spectat, et ad eius compagem seu structuram, secundarius est habendus aspectus qui petitionis seu intercessionis dicitur. In liturgia instaurata hic aspectus explicatur praesertim in oratione universali qua, forma magis libera et circumstantiis aptata, supplicationes pro Ecclesia universisque hominibus eorumque necessitatibus exprimuntur ; attamen novi libri liturgici varias etiam intercessionis formulas exhibent, singulis Precibus eucharisticis iuxta uniuscuiusque structuram inserendas, in peculiaribus celebrationibus, imprimis vero in Missis ritualibus.[13] Hoc modo, et ratio

[10] Cf. *ibid.,* n. 55 a.

[11] Paulus VI, Const. Apostolica *Missale Romanum,* 3 aprilis 1969: *A.A.S.* 61 (1969), p. 219.

[12] Cf. *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 11.

[13] Quoad Precem eucharisticam I seu Canonem Romanum praeter facultatem introducendi nomina in *Memento* (N.N.), cf. *Memento* peculiare pro patrinis in Missis initiationis christianae adultorum et formulas *Hanc igitur* a Missa Vigiliae paschalis usque ad dominicam II Paschae, in Missis pro baptizandis vel neophytis adultis, pro confirmatis, pro ordinatis, pro sponsis, pro professis, pro virginibus consecratis; quoad

habetur certae ac definitae alicuius celebrationis et significatur hanc precationem offerri in communione cum tota Ecclesia.[14]

10. Praeter variationes supra recensitas, quae eo contendunt ut gratiarum actio et intercessiones propius arctiusque cum celebratione conectantur, traditio Eomana peculiares quoque aliquas formulas continet in praecipuis sollemnitatibus anni liturgici « infra actionem » adhibendas, quo apertior fiat memoria mysterii Domini quod celebratur.[15]

Ex his patefit proprium esse eiusdem traditionis et immutabilitatem textus magni facere et opportunas variationes non excludere. Si enim fideles eundem textum pluries percipiendo facilius quodammodo cum sacerdote celebrante in oratione sociantur, illius textus aliquae, sed numero paucae, variationes gratae et utiles evadunt, eo quoa attentionem excitant, pietatem movent et orationem peculiari quodam colore ornant.

- Neque obstat quominus Conferentiae Episcopales pro sua regione, Episcopus quoad Proprium dioeceseos vel auctoritas competens quoad Proprium familiae religiosae, quod attinet ad elementa supra (nn. 8-10) memorata quae variari possunt, idem provideant et inde confirmationem Apostolicae Sedis petant.

11. Momentum ecclesiale in celebratione eucharistica quam plurimum aestimandum est. Dum enim in Eucharistiae celebratione ((repraesentatur et efficitur unitas fidelium, qui unum corpus in Christo constituunt » ,[16] « Missae celebratio in se ipsa est iam professio fidei in qua Ecclesia tota se ipsam agnoscit et exprimit » .[17] Quae omnia egregie apparent in ipsa Prece eucharistica, in qua non persona aliqua privata vel communitas localis tantummodo, sed « una et unica Ecclesia catholica », exsistens in quibusvis Ecclesiis particularibus,[18] sese ad Deum dirigit.

Preces eucharisticas II, III et IV cf. Embolismos pro neophytis adultis, professis et virginibus consecratis.

[14] Cf. *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 55 g.

[15] Cf. *Communicantes* propria in Nativitate Domini et per octavam, in Epiphania Domini, a Missa Vigiliae paschalis usque ad dominicam II Paschae, in Ascensione Domini, in dominica Pentecostes.

[16] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 3: *A.A.S.* 57 (1965), p. 6.

[17] Secretariatus ad Christianorum unitatem fovendam, Instructio *In quibus rerum circumstantiis,* 1 iunii 1972, n. 2b: *A.A.S.* 64 (1972), p. 520.

[18] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 23: A.A.S. 57 (1965), p. 27.

Ubi vero Preces eucharisticae sine ulla approbatione auctoritatis competentis Ecclesiae adhibentur, haud raro inter sacerdotes et in ipsis communitatibus inquietudines et dissensiones oriuntur, dum e contra Eucharistia debet esse ((signum unitatis » et ((vinculum caritatis)).[19] Non pauci enim conqueruntur de nimis subiectiva indole illorum textuum. Re quidem vera qui celebrationem participant ius habent quo fiat, ne Prex eucharistica, quam « Amen » finali quasi ratam habent, permisceatur aut omnino perfundatur personali propensione animi illius qui eam scripsit vel profert.

Hinc necessitas infertur eos tantummodo textus Precis eucharisticae adhibendi, qui, a legitima Ecclesiae auctoritate approbati, sensum ecclesialem clarius et plenius manifestent.

12. Accuratior tamen aptatio celebrationis ad diversitatem coetuum et adiunctorum, atque plenior notae catecheticae expressio quae in Prece eucharistica, ob eius naturam, non semper neque convenienter fieri potest, facienda erit in illis actionis liturgicae partibus et formulis, quae variationem admittunt vel exigunt.

13. Primo quidem in memoriam eorum qui celebrationes praeparant iisque praesunt revocatur facultas, per Institutionem generalem Missalis Romani concessa,[20] eligendi quibusdam in casibus formularia Missae necnon textus diversarum partium Missae, cuius modi sunt lectiones, orationes, cantus, ita ut ((necessitatibus et praeparationi animi et ingenio participantium apte, quantum fieri potest », respondeant.[21] Neque oblitterari fas est alia documenta post editam praefatam Institutionem generalem promulgata ulteriores normas et indicationes pro celebrationibus vividis et ad necessitates pastorales aptatis praebere.[22]

14. Inter ea vero quae pleniori accommodationi prosunt quaeque in facultate sunt singulorum celebrantium, memorare expedit monitiones, homiliam, orationem universalem.

[19] Augustinus, *In Ioannis Evangelium Tractatus* 26, 13: *CCL* 36, 266; cf. Conc Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 47: *A.A.S.* 56 (1964), p. 113.

[20] Cf. *Institutio generalis Missalis Romani*, nn. 314-324.

[21] *Ibid.*, n. 313.

[22] Cf. S. Congr. pro Cultu Divino, Instructio *Actio pastoralis*, 15 maii 1969: *A.A.S* 61 (1969), pp. 806-811; Instructio *Memoriale Domini*, 29 maii 1969: *A.A.S.* 61 (1969), pp. 541-547; Instructio *Sacramentali Communione*, 29 iunii 1970: *A.A.S.* 62 (1970), pp. 664-667.

Primo quidem monitiones, quibus fideles ad penitius intellegendum sensum actionis sacrae vel aliquarum eius partium, et ad eas vero ipsarum spiritu participandas adducuntur. Ex his monitionibus illae singulare momentum habent quas Institutio generalis Missalis Eomani ipsi sacerdoti conficiendas et proferendas committit, ut introducat fideles in Missam diei, antequam celebratio inchoetur; in liturgiam verbi, ante lectiones; in Precem eucharisticam, ante praefationem; necnon universam actionem sacram, ante dimissionem, concludat.[23] Sed et illae magni faciendae sunt quae in ipso Ordine Missae pro quibusdam ritibus, veluti ante actum paenitentialem vel ante orationem dominicam, proponuntur. Natura sua hae monitiones non exigunt ut omnino ad verbum proferantur forma qua in Missali exhibentur ; unde expedire poterit, saltem in aliquibus casibus, veris communitatis condicionibus aliquatenus eas aptare. At in omnibus monitionibus proponendis servetur earum indoles peculiaris, ne in sermonem vel homiliam transmutentur ; curetur de brevitate et vitetur verbositas, quae taedio afficeret participantes.

15. Praeter monitiones memoranda est homilia quae « pars ipsius liturgiae »[24] est et qua verbum Dei in coetu liturgico proclamatum pro communitate praesenti et iuxta eius capacitatem et vitae rationem, attentis celebrationis adiunctis, explanatur.

16. Denique magni facienda est oratio universalis qua communitas verbo Dei explanato et recepto quodammodo respondet. Ad eius efficacitatem procurandam, curetur ut in petitiones quae pro variis totius mundi necessitatibus proferuntur coetui congregato consentaneae evadant, illa sapienti libertate in iis componendis adhibita, quae huius precationis naturae respondet.

17. Sane celebratio, ut sit communitaria et viva, praeter selectionem partium, requirit ut praeses aliique munus peculiare implentes diligenter perpendant diversa genera communicandi per verba cum ipsa congregatione, ex quibus sunt lectio, homilia, monitio, introductio et his similia.[25]

In orationibus, praesertim Prece eucharistica, proferendis, sacerdos

[23] Cf. *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 11.

[24] Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 52: *A.A.S.* 56 (1964), P- 114.

[25] Cf. *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 18.

devitet ex una parte modum siccum omnique varietate carentem legendi, ex altera parte modum nimis subiectivum et patheticum dicendi et agendi. Ut praeses actionis, legendo aut cantando aut agendo sedula cura iuvet participantes ut veram communitatem efficiant quae celebrat et vivit memoriale Domini.

18. Ad pleniorem insuper vim verborum et maiorem fructum spiritalem obtinendum semper attendatur, ut est in votis multorum, sacrum silentium quod statis temporibus, ut actionis liturgicae pars, servari debet,[26] ut singuli, pro natura et momento quo inducitur, vel ad seipsos convertantur, vel ea quae audierint breviter meditentur, vel in corde suo Deum laudent et orent.[27]

19. His omnibus perspectis, exoptare et sperare licet fore ut animarum pastores potius quam novitatibus quoad textus et ritus in sacras actiones inducendis, sedula cura incumbant fidelibus docendis, ut hi indolem, structuram, elementa celebrationis, praesertim vero Precis eucharisticae, melius intellegant et ipsam celebrationem plenius semper et magis conscie participent. Vis enim et efficacitas sacrae liturgiae non unice in novitate et varietate elementorum consistit, sed in profundiore communione mysterii salutis quod in actione liturgica praesens efficitur et operatur. Hac ratione tantummodo fideles valent, in una fide profitenda unaque oratione ad Deum fundenda, salutem suam consequi et cum fratribus suis communicare.

Ea ergo quae his Litteris circularibus, ab hac Sacra Congregatione apparatis, continentur, Summus Pontifex Paulus VI, die 18 aprilis 1973 approbavit et confirmavit easdemque Litteras publici iuris fieri iussit.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 27 aprilis 1973.

ARTURUS Card. TABERA
Praefectus

® H. Bugnini
Archiep. tit. Diocletianen.
a Secretis

[26] Of. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 30: *A.A.S.* 56 (1964), p. 108; S. Congr. Rituum, Instructio *Musicam sacram,* 5 martii 1967, n. 17: *A.A.S.* 59 (1967), p. 305.

[27] Cf. *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 23.

ACTA TRIBUNALIUM

TRIBUNAL VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Costi Liliana - Ciolini Elio)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Ciolini Elii, in causa de qua supra conventi, eundem citamus ad comparendum in H. S. T. Vicariatus Urbis (Roma, Palazzo Apostolico dei Laterano, Piazza S. Giovanni in Laterano, 6), aut per se, aut per procuratorem legitime constitutum, die *22* Septembris 1973, hora 9, pro dubii contestatione nullitatis matrimonii de quo agitur.

Ordinarii locorum, parochi, fideles quicumque, notitiam habentes actualis commorationis praedicti Elii Ciolini, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur.

Albanus Milioni, *Iudex Instructor*

Ex Aedibus H. S. T. die 11 iunii 1973.

Angelus Caravella, *V. Cancellarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Elio Ciolini, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal du Vicariat de Rome (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma), le 22 septembre 1973, à 9 heures, pour concorder le dout ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Elio Ciolini, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Oon Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

23 maggio 1973. S. E. Mons. Rocco Carmine, Arcivescovo tit. di Giustinianopoli di Galazia, *Nunzio Apostolico in Brasile.*

» » » S. E. Mons. Jadot Jean, Arcivescovo tit. di Zuri, *Delegato Apostolico negli Stati Uniti d'America.*

28 » » S. E. Mons. Laghi Pio, Arcivescovo tit. di Mauriana, *Pro-Nunzio Apostolico nella Repubblica di Cipro.*

6 giugno » S. E. Mons. Torpigliani Bruno, Arcivescovo tit. di Malliana, *Nunzio Apostolico nelle Isole Filippine.*

» » » Il Rev.mo Mons. Gaspari Mario Pio, *Delegato Apostolico nel Messico.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Membri della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico:

31 marzo 1973. gli E.mi Signori Cardinali: Trochta Stepán; Philippe Paul; Palazzini Pietro; Jubani Arnau Narciso.

Consultori della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico:

31 marzo 1973. gli Ecc.mi Monsignori : Benelli Giovanni, Arcivescovo tit. di Tusuro; Carli Luigi, Arcivescovo di Gaeta; Maloney David M., Vescovo di Wichita; Casoria Giuseppe, Arcivescovo tit. di Vescovio; Mayer Augustin, Arcivescovo tit. di Satriano;

— il Rev.mo P. Hamer Jerome, O.P. ;
— i Rev.di: Prof. Connolly Thomas; Maida Adam;

— il Sig. Plöchl Wilhelm.

Membro della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali:

31 marzo 1973. PE.mo Sig. Cardinale Ribeiro Antonio.

Consultori della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali:

31 marzo 1973. S. E. Mons. Pangrazio Andrea, Arcivescovo-Vescovo di Porto e Santa Rufina;

— i Rev.di Monsignori: Ohiavazza Carlo; Fitzgibbon Edmund; Irigoyen Jesús; Jarque y Jutglar Ioan; Bernard Jean;

— i Rev.di: Benedict Ruf us; Berthier René; Fihey Jean; Hasbún Raúl; Luchia-Puig Agustin; Mukwaya Joseph; Orszulik Alojzy; Schaetzler Wilhelm; Bamberger Stephan, S.I.; Eilers Franz Josef, S.V.D.; Mazloum Joseph, O.F.M.;

— i Sigg.: Dwyer John; Kawanaka Tasuhiro; Kouwenhoven Henk; Kraemer Konrad; Mac Luhan Marshall; Manzini Raimondo; Meerts Louis; Miles Board David;

— la Rev.da Suor Balla Ignazia, F.S.P.;

— la Sig.na Bernizon Eguren Teresa.

21 maggio 1973. Il Rev.mo Mons. Bovone Alberto, *Sottosegretario della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

28 » » Il Prof. Santoro-Passarelli Francesco; l'Ing. Rodino di Miglione Marcello; la Prof. Badaloni Maria, *Membri della Consulta dello Stato della Città del Vaticano.* Il Sig. McDevitt John W., *Membro onorario della Consulta dello Stato della Città del Vaticano.*

6 giugno » Il Sig. Avv. Spagnoletti Luigi, *Membro del Collegio degli Avvocati del Sacro Concistoro.*

11 » » Il Rev.do Mons. Mester István, *Capo dell'Ufficio I della Sacra Congregazione per il Clero.*

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

Assistente al Soglio Pontificio:

3 febbraio 1973. S. E. Mons. Carraro Giuseppe, Vescovo di Verona.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre ha nominato:

Protonotari Apostolici soprannumerari:

9 ottobre 1972. Mons. Babulik Francesco C. (Nagoya).
9 novembre » Mons. Blanco Giuseppe Stefano (Jujuy).
23 » » Mons. Cremata Carlo (La Piata).
25 marzo 1973. Mons. Sitzia Elvio (Cagliari).

Prelati d'onore di Sua Santità:

20 dicembre 1972. Mons. Colleran Giacomo (Achonry).
3 gennaio 1973. Mons. Sheeran Tommaso (Ardagh).

17	gennaio	1973.	Mons. Mouton Burton Carlo (Lafayette).
27	»	»	Mons. Bauderer Giovanni (Wien).
16	febbraio	»	Mons. Silba Antonio (Ascoli Satriano).
»	»	»	Mons. Occhionegrelli Antonio (Cerignola).
»	»	»	Mons. Vitulli Franco (Cerignola).
19	»	»	Mons. Cenarruzabeitia Giuliano (San Luis).
2	marzo	»	Mons. Caiazza Giuseppe (Cava dei Tirreni).
»	»	»	Mons. Ambrosanio Antonio (Napoli).
»	»	»	Mons. Pritz Giuseppe (Sankt Pölten).
11	»	»	Mons. Lucchesi Giovanni (Faenza).
E allora, ci siamo chiesti noi custodi di questo giardino terrestre dell'Arte religiosa, quali vostri titoli, quali vostri valori potrebbero tuttora giustificare l'ammissione entro queste soglie? Ecco la risposta offerta da questa nuova collezione, la quale, aprendo le porte ad opere moderne di arte religiosa, intende porre in evidenza alcuni canoni della concezione della Chiesa in ordine all'arte religiosa stessa; sarebbe lungo parlarne; vi accenniamo appena, non foss'altro per giustificare noi stessi di fronte a questa novità. Innanzi tutto, non è vero che solo alcuni determinati criteri dell'Arte dei tempi passati abbiano qui libero ed esclusivo ingresso; secondo, non è vero, a noi sembra, che i criteri direttivi dell'arte contemporanea siano segnati soltanto dall'impronta della follia, della passionalità, dell'astrattismo puramente cerebrale e arbitrario ; sì, l'Artista moderno è soggettivo, cerca più in se stesso, che fuori di sé i motivi dell'opera sua, ma proprio per questo è spesso eminentemente umano, è altamente apprezzabile. Molti Artisti hanno sostituito la psicologia all'estetica ; questa è certamente un'evoluzione, spesso pericolosa e sconcertante, ma più spesso si fa idonea a penetrare nel santuario dello spirito e ad essere da noi, alunni e maestri di Spirito, maggiormente apprezzata. In ogni caso, cotesta Arte, che nasce più dal di dentro che dal di fuori, è documento che non solo ci interessa, ma ci

obbliga a conoscerla; vogliamo dire, a leggervi dentro l'anima **dell**'Artista, anzi l'anima contemporanea, di cni egli, sciente o no, si fa interprete e specchio sensibile. Diciamo di più : anche in cotesta anima, quella del**l**'uomo spontaneamente religioso (perché religiosi siamo tutti, metafisicamente, in qualche misura), si dispiega talora qualche voce estremamente originale, alcune volte con virgineo candore, altre volte con straordinario vigore. Cioè diciamo apertamente : esiste ancora, esiste anche in questo nostro arido mondo secolarizzato, e talvolta perfino guasto di profanazioni oscene e blasfeme, una capacità prodigiosa (ecco la meraviglia che andiamo cercando!) di esprimere, oltre l'umano autentico, il religioso, il divino, il cristiano.

Chi riflette a queste nostre ragioni, forse più pastorali, che filosofiche ed estetiche, vorrà accogliere, noi speriamo, con riverenza e con simpatia l'iniziativa, che oggi inauguriamo, umili e fieri che ciò avvenga in questa nostra Casa, dove l'Arte, la grande Arte, ha avuto e conserva i suoi più insigni documenti, ma dove essa certo non disdegna, in virtù della parentela religiosa, d'avere accanto come nuova sorella, l'Arte contemporanea.

Ebbene, la Galleria, che noi oggi offriamo allo sguardo curioso o critico del pubblico, ha per ora una pretesa dominante, quella d'essere documentaria. Documentaria, ancor più che dell'Arte, dell'Artista moderno, il quale è Profeta e Poeta, a suo modo, dell'uomo d'oggi, della sua mentalità, della società moderna ; e se la presente documentazione artistica nostra ci attesta che i valori religiosi vi sono liberamente e felicemente espressi, noi siamo felici e pieni di speranza. Porse non tutti i visitatori condivideranno egualmente la nostra felicità, ma tutti la speranza, sì. Perché nasce spontaneo e convalidato l'auspicio che da questa prima rassegna d'Arte religiosa moderna, posta accanto, se non a confronto, con lo sfoggio circostante dei capolavori vaticani, scaturisca una novella tradizione artistica, e si avvalori nei cuori degli Artisti la convinzione che la Chiesa cattolica è tuttora e sempre loro estimatrice, fautrice e protettrice ; e che onorando le opere qui esposte, ella attende sull'amplissimo orizzonte del mondo odierno la fioritura di una primavera nuova dell'Arte religiosa postconciliare.

Noi sentiamo il dovere di ringraziare tutti coloro che hanno favorito questa iniziativa ; e primi lo siano gli Artisti, specialmente quelli che generosamente hanno offerto opere loro alla nascente collezione, e quelli che ne hanno agevolato la raccolta. E poi ringraziamo quelli che in possesso di quadri o di oggetti d'arte qui esposti ce ne hanno fatto

munifico dono, come quanti hanno contribuito con offerte, con aiuti e prestazioni di vario genere all'esito dell'impresa. Basti dire ch'essa giunge a compimento, senza che ne sia stato gravato il già difficile bilancio della Santa Sede, né tanto meno il peculio destinato alle opere buone. In particolare la nostra riconoscenza si rivolge ai promotori della impresa medesima, come gli operatori ausiliari : sacrifici personali, viaggi, ricerche, studi, esperimenti, preparativi, fatiche e lavoro senza risparmio meritano il nostro plauso e la nostra gratitudine. Confidiamo che ciò sia anche da parte vostra.

Salutiamo infine con animo grato e riverente le Personalità, le quali hanno accolto l'invito a partecipare a questa apertura della Collezione; la loro presenza, mentre compensa le laboriose cure dei promotori, costituisce un collaudo prezioso all'opera compiuta. Grazie di cuore anche da parte nostra personale.

E nella fiducia che il Signore voglia tutto accogliere come omaggio a Lui reso, passiamo insieme alla visita inaugurale della Collezione d'Arte religiosa moderna, che si apre davanti a noi.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

DECLARATIO

circa Catholicam Doctrinam de Ecclesia contra nonnullos errores hodiernos tuendam.

Mysterium Ecclesiae, a Concilio Vaticano II nova luce illustratum, iterum iterumque considerationi subiectum est in pluribus theologorum editis scriptis. Ex quibus haud pauca profecto iuvarunt ad illud mysterium magis intellegendum; sed quaedam sermone ambiguo aut etiam erroneo doctrinam catholicam obscuraverunt, ac nonnunquam eo usque processerunt, ut etiam in rebus fundamentalibus fidei catholicae repugnarent.

Cum igitur opus fuit, non defuerunt plurium nationum Episcopi qui, pro suo officio « depositum fidei purum et integrum servandi)) suoque munere « Evangelium indesinenter annuntiandi »,[1] declarationibus inter se affinibus, christifideles suae curae commissos a periculo errandi defenderent. Ac praeterea, secundus Synodi Episcoporum Generalis Coetus, de sacerdotio ministeriali tractans, aliqua doctrinae capita haud levis ponderis, ad constitutionem Ecclesiae quod attinet, exposuit.

Sacra pariter Congregatio pro Doctrina Fidei, cuius officium est ((doctrinam de fide et moribus in universo orbe catholico tutari »,[2] nonnullas veritates ad mysterium Ecclesiae pertinentes et hodie negatas aut in periculum adductas, vestigia in primis sequens utriusque Concilii Vaticani, colligere atque declarare intendit.

1
DE UNICA CHRISTI ECCLESIA

Unica est Ecclesia, « quam Salvator noster, post resurrectionem suam Petro pascendam tradidit (cf. *Io.* 21, 17), eique ac ceteris Apo-

[1] Paulus VI, Adhort. apost. *Quinque iam anni, A.A.S.* 63 (1971), p. 99.
[2] Paulus VI, Const. apost. *Regimini Ecclesiae universae, A.A.S.* 59 (1967), p. 897.

stolis diffundendam et regendam commisit (cf. *Mt.* 18, 18 ss.) et in perpetuum ut columnam et firmamentum veritatis erexit (cf. *1 Tim.* 3,15) »; atque haec Christi Ecclesia, « in hoc mundo ut societas constituta et ordinata, subsistit in Ecclesia catholica, a Successore Petri et Episcopis in eius communione gubernata)).[3] Haec Concilii Vaticani II declaratio illustratur eiusdem Concilii verbis, secundum quae « per solam ... catholicam Christi Ecclesiam, quae generale auxilium salutis est, omnis salutarium mediorum plenitudo attingi potest »,[4] atque eadem catholica Ecclesia « omni a Deo revelata veritate et omnibus mediis gratiae ditata est)),[5] quibus Christus suam communitatem messianicam pollere voluit. Quod non impedit, quominus eadem Ecclesia, in hac sua terrena peregrinatione, « in proprio sinu peccatores complectens, sancta simul et semper purificanda » sit,[6] et quominus ((extra eius compaginem », nominatim in Ecclesiis vel communitatibus ecclesialibus, quae imperfecta communione cum Ecclesia catholica coniunguntur, « elementa plura sanctificationis et veritatis inveniantur, quae ut dona Ecclesiae Christi propria, ad unitatem catholicam impellunt ».[7]

Quae cum ita sint, « necessarium est catholicos cum gaudio agnoscere et aestimare bona vere christiana, a communi patrimonio promanantia, quae apud fratres a nobis seiunctos inveniuntur »,[8] atque studiosos esse redintegrandae unitatis inter universos christianos, communi conatu purificationis atque renovationis,[9] ut voluntas Christi adimpleatur et christianorum divisio desinat officere Evangelio per orbem proclamando.[10] Confiteri tamen iidem catholici debent se divinae misericordiae dono ad illam Ecclesiam pertinere, quam Christus condidit et quae a successoribus Petri ceterorumque Apostolorum dirigitur, penes quos integra ac viva perstat primigenia communitatis apostolicae institutio atque doctrina, perenne eiusdem Ecclesiae veri-

[3] Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 8; *Constitutiones Decreta Declarationes,* editio Secretariae Generalis, Typis Polyglottis Vaticanis, 1966, p. 104 s.

[4] Conc. Vat. II: Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* n. 3; *Const. Decr. Decl.,* p. 250.

[5] *Ibid.,* n. 4; *Const. Decr. Decl.,* n. 252.

[6] Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 8; *Const. Decr. Decl.,* p. 106.

[7] *Ibid.; Const. Decr. Decl.,* p. 105.

[8] Conc. Vat. II: Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* n. 4; *Const. Decr. Decl.,* p. 253.

[9] Cf. *ibid.,* n. 6-8; *Const. Decr. Decl.,* pp. 255-258.

[10] Cf. *ibid.,* n. 1; *Const. Decr. Decl.,* p. 243.

tatis et sanctitatis patrimonium.[11] Quare christifidelibus sibi fingere ñon licet Ecclesiam Christi nihil aliud esse quam summam quamdam — divisam quidem, sed adhuc aliqualiter unam — Ecclesiarum et communitatum ecclesialium ; ac minime iis liberum est tenere Christi Ecclesiam hodie iam nullibi vere subsistere, ita ut nonnisi finis existimanda sit, quem omnes Ecclesiae et communitates quaerere debeant.

2

DE INFALLIBILITATE ECCLESIAE UNIVERSAE

((Quae Deus ad salutem cunctarum gentium revelaverat, eadem benignissime disposuit ut in aevum integre permanerent » .[12] Quapropter Ecclesiae commisit thesaurum verbi Dei, in quo servando, scrutando atque vitae applicando Pastores et plebs sancta conspirant.[13]

Ipse igitur omnimode infallibilis Deus Populum suum novum, qui est Ecclesia, dignatus est participata quadam infallibilitate donare, quae intra limites continetur rerum fidei et morum, quaeque valet cum universus ille populus aliquod caput doctrinae, ad eas res pertinens, indubitanter tenet; quae demum iugiter pendet e sapienti providentia et unctione gratiae Sancti Spiritus, qui Ecclesiam usque ad gloriosum Domini eius adventum, in omnem inducit veritatem.[14] De hac Populi Dei infallibilitate Concilium Vaticanum II declarat : « Universitas fidelium, qui unctionem habent a Sancto (cf. *1 Io.* 2, 20 et 27), in credendo falli nequit, atque hanc suam peculiarem proprietatem mediante supernaturali sensu fidei totius populi manifestat, cum "ab Episcopis usque ad extremos laicos fideles " (S. Augustinus, *De Praed. Sanet.* 14, 27) universalem suum consensum de rebus fidei et morum exhibet » .[15]

Sanctus autem Spiritus Populum Dei illuminat et auxilio suo iuvat, prout est corpus Christi hierarchica communione unitum. Quod Concilium Vaticanum II indicat addendo verbis suis modo allatis : « Illo enim sensu fidei, qui a Spiritu veritatis excitatur et sustentatur, Po-

[11] Cf. Paulus VI, Litt. encycl. *Ecclesiam suam, A.A.S.* 56 (1964), p. 629.

[12] Conc. Vat. II: Const. dogm. de divina Revelatione *Dei verbum,* n. 7; *Const. Decr. Decl.,* p. 428.

[13] Cf. *ibid.,* n. 10; *Const. Decr. Decl.,* p. 431.

[14] Cf. *ibid.,* n. 8; *Const. Decr. Decl.,* p. 430.

[15] Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 12; *Const. Decr. Decl.,* p. 113 s.

pulus Dei sub ductu Sacri Magisterii cui fideliter obsequens, iam non verbum hominum, sed vere accipit verbum Dei (cf. *1 Thess.* 2, 13), " semel traditae sanctis fidei " *(Iud.* 3) indefectibiliter adhaeret, recto iudicio in eam profundius penetrat eamque in vita plenius applicat ».[16]

Profecto christifideles, muneris prophetici Christi suo modo participes,[17] multifarie ad id operam conferunt, ut intellegentia fidei in Ecclesia incrementum capiat. « Crescit enim — ita ait Concilium Vaticanum II — tam rerum quam verborum traditorum perceptio, tum ex contemplatione et studio credentium, qui ea conferunt in corde suo (cf. *Lc.* 2, 19 et 51), tum ex intima rerum spiritualium quam experiuntur intelligentia, tum ex praeconio eorum qui cum episcopatus successione charisma veritatis certum acceperunt ».[18] Ac Summus Pontifex Paulus VI animadvertit Ecclesiae Pastores suum « testimonium » proferre « positum et infixum in sancta Traditione sacrisque Bibliis atque totius Populi Dei vita alitum ».[19]

Sed ad solos hos Pastores, Petri ceterorumque Apostolorum successores, ex divina institutione pertinet authentice, id est auctoritate Christi diversis modis participata, docere fideles; quibus satis habere non licet eos audire velut doctrinae catholicae peritos, sed qui iis nomine Christi docentibus obsequi debent adhaesione congrua mensurae auctoritatis, qua pollent et qua uti intendunt.[20] Ideo Concilium Vaticanum II, vestigia Concilii Vaticani I persequens, docuit Christum in Petro instituisse ((perpetuum ac visibile unitatis fidei et communionis principium et fundamentum »:[21] ac Summus Pontifex Paulus VI asseruit : « Magisterium Episcoporum credentibus signum est ac via qua verbum Dei recipiant atque agnoscant ».[22] Quantumvis igitur Sacrum Magisterium ex contemplatione, vita et investigatione fidelium fructus percipiat, eius munus non reducitur ad sanciendum eorum iam expressum consensum; quin potius, in verbo Dei scripto vel tradito

[16] *Ibid.; Const. Decr. Decl.,* p. 114.

[17] Cf. *ibid.,* n. 35; *Const. Decr. Decl.,* p.. 157.

[18] Conc. Vat. II: Const. dogm. de divina Revelatione *Dei Verbum,* n. 8; *Const. Decr. Decl.,* p. 430.

[19] Paulus VI, Adhort. apost. *Quinque iam anni, A.A.S.* 63 (1971), p. 99.

[20] Cf. Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 25; *Const. Decr. Decl.,* p. 138 s.

[21] *Ibid.,* n. 18; *Const. Decr. Decl.,* p. 124 s. Cf. Conc. Vat. I: Const. dogm. *Pastor aeternus,* Prologus; *Conciliorum Oecumenicorum Decreta*, ed. Istituto per le Scienze Religiose di Bologna, Herder, 1973, p. 812 (Denz.-Schön. 3051).

[22] Paulus VI, Adhort. apost. *Quinque iam anni, A.A.S.* 63 (1971), p. 100.

interpretando et explicando, illum consensum etiam praevenire et requirere potest.[23] Ipse demum Populus Dei, ne, in uno corpore Domini sui, unius fidei communionem deperdat (cf. *Eph.* 4, 4 et 5), interventu et auxilio Magisterii tum maxime indiget, cum in eius sinu circa doctrinam credendam aut tenendam dissensiones oriuntur et manant.

3

DE INFALLIBILITATE MAGISTERII ECCLESIAE

Iesus Christus autem Magisterium Pastorum, quibus munus commisit docendi Evangelium universo Populo suo totique familiae humanae, congruo infallibilitatis charismate circa res fidei et morum instructum esse voluit. Quod, cum non procedat ex novis revelationibus, quibus Successor Petri Collegiumque Episcoporum fruantur,[24] ipsos non eximit a cura perscrutandi, aptis mediis adhibitis, divinae revelationis thesaurum in Sacris Litteris, quibus veritas incorrupte docetur, quam Deus salutis nostrae causa conscribi voluit,[25] atque in viva, quae est ab Apostolis, Traditione.[26] In munere autem suo adimplendo, Ecclesiae Pastores assistentia Spiritus Sancti gaudent, quae apicem suum attingit, quando Populum Dei tali modo erudiunt, ut, ex promissionibus Christi in Petro ceterisque Apostolis datis, doctrinam necessario immunem ab errore tradant.

Quod quidem evenit, cum Episcopi per orbem dispersi, sed in communione cum Successore Petri docentes, in unam sententiam tamquam definitive tenendam conveniunt.[27] Quod manifestius etiam habetur, et quando Episcopi actu collegiali — sicut in Conciliis Oecumenicis — una cum visibili eorum Capite, doctrinam tenendam definiunt,[28] et

[23] Cf. Conc. Vat. I: Const. dogm. *Pastor aeternus,* cap. 4; *Conc. Oec. Decr.*[3], p. 815 s. (Denz.-Sctiön. 3069, 3074). Cf. etiam Decr. S. Congr. S. Off. *Lamentabili,* n. 6, *A.S.S.* 40 (1907), p. 471 (Denz.-Schön. 3406).

[24] Conc. Vat. I: Const. dogm. *Pastor aeternus,* cap. 4; *Conc. Oec. Decr.*[3], p. 816 (Denz.-Schön. 3070). Cf. Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 25, et Const. dogm. de divina Revelatione *Dei Verbum,* n. 4; *Const. Decr. Decl.,* p. 141 et 426.

[25] Cf. Conc. Vat. II: Const. dogm. de divina Revelatione *Dei Verbum,* n. il; *Const. Decr. Decl.,* p. 434.

[26] Cf. *ibid.,* n. 9 s.; *Const. Decr. Decl.,* pp. 430-432.

[27] Cf. Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 25; *Const. Decr. Decl.,* p. 139.

[28] Cf. *ibid.,* n. 25 et 22; *Const. Decr. Decl.,* pp. 139 et 133.

quando Romanus Pontifex « ex cathedra loquitur, id est, cum omnium christianorum Pastoris et Doctoris munere fungens, pro suprema sua apostolica auctoritate doctrinam de fide vel moribus ab universa Ecclesia tenendam definit w.[29]

Secundum autem catholicam doctrinam, infallibilitas Magisterii Ecclesiae non solum ad fidei depositum se extendit, sed etiam ad ea, sine quibus hoc depositum rite nequit custodiri et exponi.[30] Extensio vero illius infallibilitatis ad ipsum fidei depositum, est veritas quam Ecclesia inde ab initiis pro comperto habuit in promissionibus Christi esse revelatam. Qua nixum veritate, Concilium Vaticanum I materiam fidei catholicae definivit : « Fide divina et catholica ea omnia credenda sunt, quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur et ab Ecclesia sive sollemni iudicio, sive ordinario et universali magisterio tamquam divinitus revelata credenda proponuntur)).[31] Ea ergo fidei catholicae obiecta — quae dogmatum nomine nuncupantur — necessario sunt et quovis tempore fuerunt incommutabilis norma, sicut pro fide, ita etiam pro scientia theologica.

4

DE DONO INFALLIBILITATIS ECCLESIAE NON EXTENUANDO

Ex iis quae dicta sunt de extensione et condicionibus infallibilitatis Populi Dei ac Magisterii Ecclesiae, consequitur nequaquam christifidelibus fas esse agnoscere in Ecclesia fundamentalem tantum, ut quidam contendunt, in vero permanentiam, quae componi possit cum erroribus passim diffusis in sententiis, quas Ecclesiae Magisterium definitive tenendas docet, aut in Populi Dei indubitanti consensu de rebus fidei et morum.

Verum quidem est fide salutari homines sese con vertere ad Deum,[32] qui in Iesu Christo Filio suo se revelat ; sed perperam quis inde inferat Ecclesiae dogmata, quae alia mysteria exprimunt, parvi fieri aut etiam

[29] Conc. Vat. I: Const. dogm. *Pastor aeternus,* cap. 4; *Conc. Oec. Decr.*[3], p. 816 (Denz.-Schön. 3074). Cf. Conc. Vat. II: *ibid.,* n. 25; *Const. Decr. Decl.,* pp. 139-141.

[30] Cf. Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 25; *Const. Decr. Decl.,* p. 139.

[31] Conc. Vat. I: Const. dogm. *Dei Filius,* cap. 3; *Conc. Oec. Decr?,* p. 807 (Denz.-Schön. 3011). Cf. *C.I.C.,* can. 1323, § 1 et 1325, § 2.

[32] Cf. Conc. Trid. Sess. 6: Decr. *de Iustificatione,* cap. 6; *Conc. Oec. Decr.*[1], p. 672 (Denz.-Schön. 1526); cf. etiam Conc. Vat. II: Const. dogm. de divina Revelatione *Dei Verbum,* n. 5; *Const. Decr. Decl.,* p. 426.

negari posse. Quinimmo conversio ad Deum, quam fide praestare debemus, oboeditio quaedam est (cf. *Rom.* 16, 26), quae aptetur oportet naturae Revelationis divinae eiusque exigentiis. Haec autem Revelatio in toto ordine salutis enarrat, et christianorum moribus applicandum docet, mysterium Dei, qui Filium suum misit in mundum (cf. *1 Io.* 4, 14) ; ac praeterea ipsa postulat, ut, plenum intellectus et voluntatis obsequium Deo revelanti praestantes,[33] bono nuntio salutis assentiamur prout a Pastoribus Ecclesiae infallibiliter docetur. Christifideles igitur per fidem sese convertunt, sicut oportet, ad Deum in Christo sese revelantem, cum adhaerent ipsi in tota fidei catholicae doctrina.

Exsistit profecto ordo ac veluti hierarchia dogmatum Ecclesiae, cum diversus sit eorum nexus cum fundamento fidei.[34] Haec autem hierarchia significat quaedam ex dogmatibus inniti aliis tamquam principalioribus iisdemque illuminari. Omnia autem dogmata, quippe quae revelata sint, eadem fide divina credenda sunt.[35]

5

DE NOTIONE INFALLIBILITATIS ECCLESIAE NON CORRUMPENDA

Transmissio Revelationis divinae ab Ecclesia in difficultates varii generis incurrit. Hae autem oriuntur ex eo, quod arcana Dei mysteria ((suapte natura intellectum humanum sic excedunt, ut etiam revelatione tradita et fide suscepta, ipsius tamen fidei velamine contecta et quasi caligine obvoluta maneant)) ;[36] atque etiam ex historica exprimendae Revelationis condicione.

Ad hanc historicam condicionem quod attinet, initio observandum est sensum, quem enuntiationes fidei continent, partim pendere e linguae adhibitae vi significandi certo quodam tempore certisque rerum adiunctis. Praeterea, nonnumquam contingit, ut veritas aliqua dogmatica primum modo incompleto, non falso tamen, exprimatur, ac

[33] Cf. Conc. Vat. I: Const. de Fide Catholica *Dei Filius,* cap. 3; *Conc. Oec. Decr?,* p. 807 (Denz.-Schön. 3008); cf etiam Conc. Vat. II: Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* n. 5; *Const. Decr. Decl.,* p. 426.

[34] Cf. Conc. Vat. II: Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* n. 11; *Const. Decr. Decl.,* p. 260.

[35] *Réflexions et suggestions concernant le dialogue œcuménique,* IV, 4 b. in *Secrétariat pour l'Unité des Chrétiens: Service d'information,* n. 12 (déc. 1970, IV) p. 7 s.; *Reflections and Suggestions Concerning Ecumenical Dialogue,* IV, 4 b, in *The Secrétariat for Promoting Christian Unity: Information Service,* n. 12 (Dec. 1970, IV), p. 8.

[36] Conc. Vat. I: Const. dogm. *Dei Filius,* cap. 4; *Conc. Oec. Decr?,* p. S08 (Denz.-Schön. 3016).

postea, in ampliore contextu fidei aut humanarum cognitionum considerata, plenius et perfectius significetur. Deinde, Ecclesia novis suis enuntiationibus, ea quae in Sacra Scriptura aut in praeteritis Traditionis expressionibus iam aliquomodo continentur, confirmare aut dilucidare intendit, sed simul de certis quaestionibus solvendis erroribusve removendis cogitare solet; quarum omnium rerum ratio habenda est, ut illae enuntiationes recte explanentur. Denique, etsi veritates, quas Ecclesia suis formulis dogmaticis reapse docere intendit, a mutabilibus alicuius temporis cogitationibus distinguuntur et sine iis exprimi possunt, nihilominus interdum fieri potest, ut illae veritates etiam a Sacro Magisterio proferantur verbis, quae huiusmodi cogitationum vestigia secumferant.

His consideratis, dicendum est *formulas* dogmaticas Magisterii Ecclesiae veritatem revelatam ab initio apte communicasse et, manentes easdem, eam in perpetuum communicaturas esse recte interpretantibus ipsas.[37] Exinde tamen non consequitur singulas earum pari ratione ad id efficiendum aptas fuisse aut aptas mansuras esse. Qua de causa theologi accurate circumscribere satagunt intentionem docendi, quam diversae illae formulae reapse continent, atque hac opera sua vivo Magisterio Ecclesiae, cui subduntur, conspicuum praestant auxilium. Eadem insuper de causa fieri solet, ut antiquae formulae dogmaticae et aliae iis veluti proximae, in consueto Ecclesiae usu, vivae ac frugiferae permaneant, ita tamen ut iis opportune novae expositiones enuntiationesque adiungantur, quae congenitum illarum sensum custodiant et illustrent. Porro aliquando etiam factum est, ut in consueto illo Ecclesiae usu, quaedam ex illis formulis cederent novis dicendi modis qui, a Sacro Magisterio propositi vel approbati, eundem sensum clarius pleniusve exhibebant.

Ipse autem *sensus* formularum dogmaticarum semper verus ac secum constans in Ecclesia manet, etiam cum magis dilucidatur et plenius intellegitur. Christifideles ergo se avertant oportet ab opinione secundum quam : primum quidem formulae dogmaticae (aut quaedam earum genera) non possint significare determinate veritatem, sed tantum eius commutabiles approximationes, ipsam quodammodo deformantes seu alterantes; deinde eaedem formulae veritatem indetermi-

[37] Cf. Pius IX, Breve *Eximiam tuam, A.S.S.* 8 (1874-75), p. 447 (Denz.-Schön. 2831); Paulus VI, Litt. encycl. *Mysterium fidei, A.A.S.* 57 (1965), p. 757 s., et *L'Oriente cristiano nella luce di immortali Concili,* in *Insegnamenti di Paolo VI,* vol. 5, Tip. Poligl. Vatic, p. 412 s.

nate tantum significent iugiter quaerendam per supradictas approximationes. Qui talem opinionem amplectantur, relativismum dogmaticum non effugiunt et infallibilitatis Ecclesiae conceptum corrumpunt, qui ad veritatem determinate docendam et tenendam refertur.

Dissidet certe huiusmodi opinio a declarationibus Concilii Vaticani I, quod, etsi conscium progressus Ecclesiae in cognoscenda veritate revelata,[38] nihilominus docuit r « Sacrorum ... dogmatum is sensus perpetuo est retinendus quem semel declaravit sancta mater Ecclesia, nec umquam ab eo sensu, altioris intelligentiae specie et nomine, recedendum » ;[39] et quod sententiam damnavit iuxta quam fieri posset ((ut dogmatibus ab Ecclesia propositis aliquando secundum progressum scientiae sensus tribuendus sit alius ab eo quem intellexit et intellegit Ecclesia w.[40] Dubium non est quin, iuxta illos Concilii textus, sensus dogmatum, quem Ecclesia declarat, determinatus et irreformabilis sit.

Discrepat quoque praefata opinio ab iis quae, cum inauguraret Concilium Vaticanum II, Summus Pontifex Ioannes XXIII de doctrina christiana enuntiavit : « Oportet ut haec doctrina certa et immutabilis, cui fidele obsequium est praestandum, ea ratione pervestigetur et exponatur, quam tempora postulant nostra. Est enim aliud depositum fidei, seu veritates quae doctrina veneranda continentur, aliud modus quo eaedem enuntiantur, eodem tamen sensu eademque sententia)).[41] Cum Successor Petri hic loquatur de doctrina christiana certa et immutabili, de deposito fidei quod idem sit ac veritates in hac doctrina contentae, de his veritatibus denique eodem sensu servandis, liquet eum agnoscere sensum dogmatum nobis dignoscibilem, verum et immutabilem. Novitas autem quam ipse, pro temporum nostrorum necessitate, commendat, pertinet tantum ad modos pervestigandi, exponendi et enuntiandi illam doctrinam cum eius permanenti sensu. Haud dissimili modo Summus Pontifex Paulus VI Ecclesiae Pastores exhortans declaravit : « Nunc autem acriter anniti debemus ut doctrina fidei plenitudinem suae significationis suique ponderis servet, licet ea ratione enuntietur, quae mentes et corda hominum, quibus traditur, contingat » .[42]

[38] Cf. Conc. Vat. I: Const. *Dei Filius,* cap. 4; *Conc. Oec. Decr.*[3], p. 809 (Denz.-Schön. 3020).

[39] *Ibid.*

[40] *Ibid.,* can. 3; *Conc. Oec. Decr.*[3], p 811 (Denz.-Schön. 3043).

[41] Ioannes XXIII, Alloc, in Concilii Vaticani inauguratione, *A.A.S.* 54 (1962), p. 792. Cf. Conc. Vat. II: Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 62; *Const. Decr. Decl.,* p. 780.

[42] Paulus VI, Adhort. apost. *Quinque iam anni, A.A.S.* 63 (1971), p. 100 s.

6

DE ECCLESIA CUM SACERDOTIO CHRISTI CONSOCIATA

Christus Dominus, novi et aeterni foederis Pontifex, populum quem suo sanguine acquisivit, cum perfecto suo sacerdotio (cf. *Hebr.* 7, 20-22 et 26-28 ; — 10, 14 et 21) consociare et configurare voluit. Donavit ergo Ecclesiam suam participatione sacerdotii sui, nempe sacerdotio communi fidelium et sacerdotio ministeriali seu hierarchico, quae, etsi non tantum gradu sed essentia differunt, mutuo tamen in Ecclesiae communione ordinantur.[43]

Commune fidelium sacerdotium, quod iure etiam regale appellatur (cf. *1 Petr.* 2, 9 ; *Apoc.* 1, 6 ; — 5, 9 s.), quia per ipsum christifideles, ut membra populi messianici, cum Rege suo caelesti coniunguntur, confertur sacramento baptismi. Hoc sacramento fideles « in Ecclesia incorporati, ad cultum religionis christianae ... deputantur », per signum inamissibile, characterem appellatum, et ipsi ((in filios Dei regenerati, fidem quam a Deo per Ecclesiam acceperunt, coram hominibus profiteri tenentur w.[44] Qui igitur baptismo sunt renati, « vi regalis sui sacerdotii, in oblationem Eucharistiae concurrunt, illudque in sacramentis suscipiendis, in oratione et gratiarum actione, testimonio vitae sanctae, abnegatione et actuosa caritate exercent ».[45]

Praeterea Christus, Ecclesiae, sui mystici corporis Caput, ministros sui sacerdotii, qui personam eius in Ecclesia gererent,[46] constituit Apostolos suos et, per eos, successores eorum Episcopos, qui susceptum hoc sanctum ministerium, subordinato gradu, Presbyteris quoque legitime tradiderunt.[47] Sic in Ecclesia orta est apostolica sacerdotii ministerialis successio ad gloriam Dei et in servitium Populi eius totiusque familiae humanae ad Deum convertendae.

Hoc sacerdotio Episcopi et Presbyteri « quodam modo in sinu Po-

[43] Cf. Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 10; *Const. Decr. Decl.,* p. 110.

[44] *Ibid.,* n. 11; *Const. Decr. Decl.,* p. 111.

[45] *Ibid.,* n. 10; *Const. Decr. Decl.,* p. 111.

[46] Cf. Pius XI, Litt. encycl. *Ad catholici sacerdotii, A.A.S.* 28 (1936), p. 10 (Denz.-Schön. 3755). Cf. Conc. Vat. II: Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 10, et Decr. de Presbyterorum ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* n. 2; *Const. Decr. Decl.,* p. 110 s., p. 622 s.

[47] Cf. Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 28; *Const. Decr. Decl.,* n. 145.

puli Dei segregantur, non tamen ut separentur, sive ab eo, sive a quovis homine, sed ut totaliter consecrentur operi ad quod Dominus eos assumit w,[48] operi nempe sanctificandi, docendi et regendi, cuius exercitium hierarchica communione pressius determinatur.[49] In hoc multiformi opere indolem principii et fundamenti habet non intermissa praedicatio Evangelii,[50] indolem vero culminis et fontis totius vitae christianae, sacrificium eucharisticum,[51] quod sacerdotes, personam Christi Capitis gerentes, ipsius et membrorum eius corporis mystici nomine,[52] in Spiritu Sancto offerunt Deo Patri; quodque sacra cena integratur, qua christifideles, unum Christi corpus participantes, unum corpus omnes efficiuntur (cf. *1 Cor.* 10, 16 s.).

Ecclesia magis magisque scrutata est indolem sacerdotii ministerialis, quod, ab aetate apostolica stabili modo sacro ritu collatum, in conspectu est (cf. *1 Tim.* 4, 14; *2 Tim.* 1, 6). Assistente igitur Spiritu Sancto, ipsa clarius in dies perspexit Deum ei significare voluisse hunc ritum non tantum conferre sacerdotibus augmentum gratiae ad ecclesiastica munia sancte obeunda, sed etiam inamissibilem Christi obsignationem, seu characterem, quo ad sua munera deputarentur, idonea potestate ditati, e suprema Christi potestate derivata. Permanens autem existentia huius characteris, cuius naturam theologi aliter atque aliter explicant, a Concilio Florentino tradita est[53] et a Concilio Tridentino in duobus decretis confirmata.[54] Recens vero Concilium Vaticanum II non semel eam memoravit,[55] et secundus Generalis Coetus Synodi Episcoporum iure notavit ad doctrinam fidei pertinere existentiam characteris sacerdotalis per totam vitam perma-

[48] Conc. Vat. II: Decr. de Presbyterorum ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* n. 3; *Const. Decr. Decl.,* p. 625.

[49] Cf. Conc. Vat. II: Const. dogm. *Lumen gentium,* nn. 24, 27 s.; *Const. Decr. Decl.,* pp. 137, 143-149.

[50] Conc. Vat. II: Decr. de Presbyterorum ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* n. 4; *Const. Decr. Decl.,* p. 627.

[51] Cf. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 11; *Const. Decr. Decl.,* p. 111 s. Cf. etiam Conc. Trid. Sess. 22: *Doctrina de Missae Sacrificio,* cap. 1 et 2; *Conc. Oec. Decr.**, pp. 732-734 (Denz.-Schön. 1739-1743).

[52] Cf. Paulus VI, Sollemnis Professio fidei, n. 24, *A.A.S.* 60 (1968), p. 442.

[53] Conc. Flor.: Bulla unionis Armenorum *Exsultate Deo; Conc. Oec. Decr.*[3], p. 546 (Denz.-Schön. 1313).

[54] Conc. Trid.: Decr. de Sacramentis, can. 9 et Decr. de Sacramento ordinis, cap. 4 et can. 4; *Conc. Oec. Decr.*[3], pp. 685, 742, 744 (Denz.-Schön. 1609, 1767, 1774).

[55] Cf. Conc., Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 21, et Decr. de Presbyterorum ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* n. 2; *Const. Decr. Decl.*. pp. 130, 622 s.

nentis.[56] Haec stabilis characteris sacerdotalis existentia a fidelibus agnoscenda est atque ad ipsam attendere oportet, ut recte iudicetur de natura sacerdotalis ministerii et de congruis eius exercitii modis.

Sacrae autem Traditioni et pluribus Magisterii documentis inhaerens, Concilium Vaticanum II de potestate, quae sacerdotii ministerialis est propria, haec docuit : « Si quilibet credentes baptizare potest, sacerdotis tamen est aedificationem Corporis sacrificio eucharistico perficere » f atque : « Idem vero Dominus, inter fideles, ut in unum coalescerent corpus in quo "omnia membra non eundem actum habent " *(Rom.* 12, 4), quosdam instituit ministros qui, in societate fidelium, sacra Ordinis potestate pollerent Sacrificium offerendi et peccata remittendi)).[58] Haud dissimili modo secundus Generalis Coetus Synodi Episcoporum iure asseruit solum sacerdotem valere personam Christi agere ad praesidendum sacrificali convivio idque perficiendum, in quo Populus Dei oblationi Christi consociatur.[59] Praetermissis nunc quaestionibus de singulorum sacramentorum ministris, e Sacrae Traditionis et Sacri Magisterii testificatione constat christifideles qui, ordinatione sacerdotali non suscepta, proprio ausu munus sibi sumant eucharistiam conficiendi, id non solum prorsus illicite, sed etiam invalide tentare. Huiusmodi autem abusus, sicubi irrepserint, a Pastoribus Ecclesiae reprimendos esse patet.

* * *

Praesens Declaratio neque spectavit neque spectare debebat, ut investigatione de fundamentis nostrae fidei comprobaret divinam Reve-

[56]* Cf. Documenta Synodi Episcoporum: /. *De sacerdotio ministeriali,* pars prima, n. 5, *A.A.S.* 63 (1971), p. 907.

[57] Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 17; *Const. Decr. Decl.,* p. 123.

[58] Conc. Vat. II: Decr. de Presbyterorum ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* n. 2; *Const. Decr. Decl.,* p. 621 s.

Cf. etiam: 1) Innocentius III, Epistola *Eius exemplo* cum Professione fidei Waldensibus imposita, *PL,* vol. 215, col. 1510 (Denz.-Schön. 794); 2) Conc. Lat. IV: Const. 1: De Fide catholica; *Conc. Oec. Decr?,* p. 230 (Denz.-Schön. 802), locus citatus de sacramento altaris legendus est cum contextu sequenti de sacramento baptismi; 3) Conc. Flor.: Bulla unionis Armenorum *Exsultate Deo; Conc. Oec. Decr?,* p. 546 (Denz.-Schön. 1321), locus citatus de ministro Eucharistiae conferendus est cum locis vicinis de ministris aliorum sacramentorum; 4) Conc. Trid. Sess. 23: Decr. de Sacramento ordinis, cap. 4; *Conc. Oec. Decr?,* p. 742 s. (Denz.-Schön. 1767, 4469); 5) Pius XII, Litt. encycl. *Mediator Dei, A.A.S.* 39 (1947), pp. 552-556 (Denz.-Schön. 3849-3852).

[59] Documenta Synodi Episcoporum: /. *De Sacerdotio ministeriali,* pars prima, n. 4, *A.A.S.* 63 (1971), p. 906.

lationem commissam esse Ecclesiae, per quam deinceps incorrupte in mundo servaretur. Sed hoc dogma, a quo fides catholica exordium sumit, in memoriam revocatum est una cum aliis veritatibus ad mysterium Ecclesiae pertinentibus, ut in hodierna mentium perturbatione clare appareat quaenam sit fides doctrinaque christifidelibus amplectenda.

Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei gaudet quod magno studio theologi mysterium Ecclesiae magis magisque explorant. Agnoscit quoque eos in opera sua pluries incidere in quaestiones, quae tantum inquisitionibus sese mutuo complentibus variisque tentaminibus et coniecturis dilucidari possint. Attamen iusta theologorum libertas contineri semper debet verbo Dei, prout in Ecclesia fideliter servatum et expositum est et a vivo Magisterio Pastorum, imprimisque Pastoris universi Populi Dei, docetur et explicatur.[60]

Eadem Sacra Congregatio praesentem Declarationem concredit diligenti curae Sacrorum Antistitum eorumque omnium, qui officium quadam ratione participant tutandi patrimonium veritatis, a Christo et Apostolis commissum Ecclesiae. Ipsa tandem suam Declarationem fidenter dirigit ad christifideles ac speciatim, propter grave munus quo in Ecclesia funguntur, ad sacerdotes et ad theologos, ut omnes in fide sint unanimes et cum Ecclesia sincere sentiant.

Declarationem hanc circa catholicam doctrinam de Ecclesia contra nonnullos errores hodiernos tuendam Summus Pontifex Paulus div. Prov. Pp. VI, in Audientia concessa infrascripto Praefecto Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei, die 11 mensis maii a. 1973, ratam habuit, confirmavit atque evulgari iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congr. pro Doctrina Fidei, die xxiv mensis iunii, in festo Sancti Ioannis Baptistae, a. D. MCMLXXIII.

FRANCISCUS Card. SEPER
Praefectus

ffc Hieronymus Hamer
Archiepiscopus tit. Lorensis
a Secretis

[60] Cf. Synodus Episcoporum (1967), *Relatio Commissionis Synodalis constitutae ad examen ulterius peragendum circa opiniones periculosas et atheismum,* II, 4: *De theologorum opera et responsabilitate,* Typis Polyglottis Vaticanis, 1967, p. 11 *(L'Osservatore Romano,* 30-31 oct. 1967, p. 3).

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 12 Aprilis 1973. — Cathedrali Ecclesiae Palensi praefecit Exc. P. D. Ciprianum Urgel Villahermosa, hactenus Episcopum Calbayoganum.

die 25 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Thunusudensi R. P. D. Concordium Sarte, e clero archidioecesis Cacerensis, curionem ad Sanctam Mariam Magdalenam in oppido vulgo *Bula,* quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Theopisti Alberto, Archiepiscopi Cacerensis.

die 27 Aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Sancti Germani, Exc. P. D. Iosephum Aegidium Ouellet, hactenus Episcopum Gaspesiensem.

die 10 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Alexandrinae Exc. P. D. Laurentium P. Graves, hactenus Episcopum titularem Vinensem.

die 12 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Hospitensi R. D. Thaddaeum Iosephum Zawistowski, sacerdotem dioecesis Lomzensis, moderatorem seminarii dioecesani, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Nicolai Sasinowski, Episcopi Lomzensis.

die 16 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Cadurcensi R. D. Iosephum Rabine, Canonicum Capituli Cathedralis Nannetensis.

die 12 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Umuaramensi, noviter erectae, R. D. Iosephum Mariam Maimone, e Societate Apostolatus Catholici, consultorem generalem eiusdem Societatis.

*die **14** Iunii.* — Cathedrali Ecclesiae Procopiensi, noviter erectae, Exc. P. D. Iosephum Ioachim Gonçalves, hactenus Episcopum titularem Tanitanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Aquaenovensi in Numidia R. D. Albanum Bortoletto Cavallin, directorem spiritus seminarii maioris Curitibensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Petri Antonii Fedalto, Archiepiscopi Curitibensis.

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

SACRA CONGREGATIO PRO CLERICIS

DECLARATIO

de praemittendo sacramento Poenitentiae primae puerorum Communioni.

Sanctus Pontifex Pius X, Decreto « Quam Singulari » diei 8 Augusti 1910 *(A.A.S.,* pp. 577-583), praescripto canonis XXI Concilii Lateranensis IV innixus, statuit ut pueri, iam a discretionis aetate, sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae reciperent. Quod praeceptum, per universam Ecclesiam in praxim deductum, plurimos vitae christianae et perfectionis spiritualis fructus attulit et etiam nunc affert.

« Addendum » vero Directorii Catechistici Generalis a Sacra Congregatione pro Clericis die 11 Aprilis 1971 promulgati *(A.A.S.* 1972, pp. 97-176) consuetudinem praemittendi sacramentum Poenitentiae primae puerorum Communioni his verbis firmat : « Omnibus perpensis, prae oculis habita praxi communi et generali cui per se derogari nequit sine Sedis Apostolicae beneplacito, auditis Conferentiis Episcopalibus, eadem Sancta Sedes expedire iudicat ut vigens in Ecclesia consuetudo praemittendi Confessionem primae Communioni servetur» (n. 5).

Idem documentum consideravit quasdam novas praxes alicubi introductas primum accessum ad Eucharistiam permittentes absque Poenitentiae sacramenti susceptione, sinens tantum ut illa experimenta ad tempus quidem protrahi possent « sermone cum Sede Apostolica prius habito atque cum eadem Sede... animo uno» *(ibidem).*

Re attente considerata ac prae oculis habitis Episcoporum optatis, Sacrae Congregationes de Disciplina Sacramentorum et pro Clericis, praesenti hoc documento, adprobante Summo Pontifice Paulo VI, declarant huiusmodi experimentis, iam duobus transactis annis, finem imponendam esse una cum conclusione anni scholaris 1972-1973, ac proinde obtemperandum ubicumque et ab omnibus Decreto « Quam Singulari ».

Datum Romae, die 24 Maii 1973.

ANTONIUS Card. SAMORE, *Praefectus*

IOHANNES Card. WRIGHT, *Praefectus*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 29 Ianuarii 1973. — Cathedrali Ecclesiae Kohimaënsi-Imphalensi, noviter erectae dioecesi, praefecit R. P. Abraham Alamgimattathil, Societatis Sancti Ioannis Bosco sodalem, Dibrugarhensis dioeceseos Vicarium Generalem.

die 23 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Egugensi Exc. P. D. Antonium Hubertum Thijssen Administratorem Apostolicum ((ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Denpasarensis, hactenus Episcopum Larantukanum.

die 1 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Abakalikiensi, nuper erectae dioecesi, Exc. P. D. Thomam McGettrick, hactenus Episcopum Ogogiaensem.

— Cathedrali Ecclesiae Ogogiaensi Exc. P. D. Iosephum Ukpo, hactenus Episcopum titularem Chullitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Caiennensi R. P. Franciscum Morvan, Congregationis Sancti Spiritus sodalem.

die 13 Aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Lagosensi Exc. P. D. Antonium Okogie, hactenus Episcopum titularem Masculitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Oyoënsi Exc. P. D. Iulium Adelakun, hactenus Episcopum titularem Thunigabensem.

— Cathedrali Ecclesiae Ruyigiensi, noviter erectae dioecesi, R. D. Ioachimum Ruhuna, e clero saeculari autochthone, rectorem maioris Seminarii Buiumburaënsis.

die 17 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Buakensi R. D. Vitalem Komenan Yao, e clero saeculari dioecesis Buakensis eiusdem Seminarii maioris professorem.

— Cathedrali Ecclesiae Kandiensi R. D. Appasinghe Paulum Perera, nuper Vicarium Episcopalem necnon et curionem Sanctae Mariae in Badullana civitate.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cuiculitanae R. D. Gabrielem Gonsun Ganaka, sacerdotem saecularem autochthonem, Secretariatus Episcopatus nigeriani directorem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis I. Reddington, Episcopi Iosensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Masculitanae R. D. Franciscum Kofi Anani Lodonu, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Antonii Konings, Episcopi Ketaënsis.

die lJf Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Mahengensi R. D. Patricium Iteka, e clero saeculari, eiusdem dioecesis Vicarium Capitularem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Arenensi R. P. Rogerum Aemilium Aubry, e Congregatione Sanctissimi Redemptoris, quem deputavit Vicarium Apostolicum Reyesensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Castulonensi R. P. Henricum Bartolucci, Congregationis Filiorum S. Cordis Iesu sodalem, quem deputavit Vicarium Apostolicum Esmeraldensem.

NOMINATIONES

Decretis ut infra datis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit :

die 18 Aprilis 1973. — R. D. Iosephum Gasi, e clero saeculari autochthone, *Administratorem Apostolicum « ad nutum Sanctae Sedis » Praefecturae Apostolicae Mopoiensis.*

die 7 Maii. — R. P. Danielem Martinum Spraggon, Societatis Missionariorum S. Ioseph de Mill Hill sodalem, *Praefectum Apostolicum de Insulis Falkland seu Malvinis.*

die 25 Maii. — R. P. Iosephum Albertum Llaguno, Societatis Iesu, *Administratorem Apostolicum « ad nutum Sanctae Sedis » Vicariatus Apostolici Tarahumarensis.*

die 15 Iunii. — Exc. P. D. Eugenium Kabanga, Archiepiscopum Lubumbashiensem, *Administratorem Apostolicum « sede vacante » dioecesis SaJcaniensis.*

ACTA TRIBUNALIUM

TRIBUNAL VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Tramo - Matuglia)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Ivankae Matuglia in causa de qua supra conventae, eandem citamus ad comparendum, in sede Tribunalis Vicariatus Urbis (Roma, Piazza S. Giovanni in Laterano, 6), aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, in diem 30 octobris 1973, hora 12, pro concordatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, fideles quicumque, notitiam habentes actualis commorationis praedictae dominae Ivankae Matuglia, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur.

Philippus Giannini, V. Off. *Iudex Instructor*

Ex Aedibus Tribunalis Vicariatus Urbis, die 5 mensis iulii a. 1973.

Francisco Maggi, *V. Cancellarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Ivanka Matuglia, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal du Vicariat de Rome (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma), le 30 octobre 1973, à 12 heures, pour concorder le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Ivanka Matuglia, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì 11 Giugno 1973, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor ABDELMALEK BERGAOUI, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica di Tunisia.

Venerdì 15 Giugno 1973, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor REIDE WILES, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica di Liberia.

Lunedì 18 Giugno 1973, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Visita Ufficiale Sua Eccellenza SANGOULÉ LAMIZANA, Presidente della Repubblica dell'Alto Volta.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

30 giugno 1973. S. E. Mons. Storero Luciano, Arcivescovo tit. di Tigimma, *Pro-Nunzio Apostolico nelle Repubbliche del Camerun e del Gabon, e Delegato Apostolico nella Repubblica della Guinea Equatoriale.*

2 luglio » S. E. Mons. Antonetti Lorenzo, Arcivescovo tit. di Roselle, *Pro-Nunzio Apostolico nella Repubblica dello Zaire.*

4 » » S. E. Mons. Paro Gino, Arcivescovo tit. di Torcello, *Pro-Nunzio Apostolico in Australia.*

11 » » S. E. Mons. Mees Joseph, Arcivescovo tit. di Ieper, *Nunzio Apostolico in Paraguay.*

li » » S. E. Mons. Graveiii Giovanni, Arcivescovo tit. di Suas, *Nunzio Apostolico nella Repubblica Dominicana.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Membri del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica :

31 marzo 1973. gli E.mi Signori Cardinali: Bertoli Paolo; Mozzoni Umberto; Palazzini Pietro.

Votante del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica:

— il Rev. P. Varalta Zaccaria, O.F.M. Cap.

Membri del Segretariato per i Non Cristiani:

31 marzo 1973. gli E.mi Signori Cardinali: Yoshigoro Taguchi Paul; Darcy Freeman James;

— gli Ecc.mi Monsignori : D'Souza Patrick, Vescovo di Varanasi ;Mudartha Baptist, Vescovo di Jhansi; Colman Gomis Oswald Thomas, Vescovo tit. di Mulia; Carretto Peter M., Vescovo di Surat Thani; Lokuang Stanislaus, Arcivescovo di Taipeh; Dalmais Paul, Arcivescovo di Fort-Lamy; Wakefield Baum William, Arcivescovo di Washington ; Tshibangu Tharcisse, Vescovo tit. di Scampa; Teissier Henri, Vescovo di Oran ; Collini André, Arcivescovo tit. di Salpi ; Teixeira Gurgel Mario, Vescovo di Itabira.

Consultori del Segretariato per i Non Cristiani:

31 marzo 1973. P. Chiocchetta Pietro, F.S.C.I. ; D. Dirven Peter; P. Jomier Jacques, O.P.; P. Lelong Michel, P.B.; P. Mwya Paul, S.I.; P. Fitzgerald Michael, P.B. ; P. Borrmans Maurice, P.B. ; P. Roest Orollius Ary, S.I. ; P. Gómez Nogales Salvador, S.I. ; P. Shih Ioseph S.I.; P. Sirieda Giovanni, S.D.S.; P. Zago Marcello, O.M.I. ; D. Nambiaparambil Albert; D. Amalorpavadass D. Simon; D. de Smet Richard; D. Diouf Leon; P. Arboleda José Raphael, S.I. ; P. Shorter Aylward, P. B. ; D. Sanon Anselme; D. Mulago Vincent; Sig. Botto Oscar ; Sig. Oberhammer Gerhard ; sig. Grottanelli Vinigio ; Sig.ra Scalabrino Borasani G. ; Sig.na Siauve Suzanne.

Membri del Segretariato per l'Unione dei Cristiani:

31 marzo 1973. gli E.mi Signori Cardinali : Philippe Paul ; Pignedoli Sergio; Volk Hermann;

— gli Ecc.mi Monsignori : Bartoletti Enrico, Arcivescovo già di Lucca; Yago Bernard, Arcivescovo di Abidjan; Soekata Leo, Arcivescovo di Djakarta; Teixeira Gurgel Mario, Vescovo di Itabira; Brendan Daly Cathal,

Vescovo di Ardagh ; Trabalzini Dino, V escovo di Rieti ; Miziolek Wladyslaw, Vescovo tit. di Presidio.

Consultori del Segretariato per VUnione dei Cristiani:

31 marzo 1973. S. E. Mons. Gantin Bernardin, Segretario della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli; S. E. Mons. Muga vero Francis J., Vescovo di Brooklyn; S. E. Mons. Braun Johannes Georg, Vescovo tit. di Puzia di Bizacena;

Mons. Mahowald Bichard; D. Coughlin Peter; D. Hotchkin John; D. Stranski Thomas ; D. Marins José; D. Desseaux Jacques; D. Stewart Richard; D. Scheele Werner Paul; D. Salachas Dimitri; P. Mweng Charles, S.I.; P. Dognin Paul, O.P. ; P. Tucci Roberto, S.I. ; P. De Vries Wilhelm, S.I.; P. Kempf Friedrich, S.I. ; P. de la Potterie Ignace, S.I. ; P. O'Connell Patrick, S.I.; P. Le Deault Roger, C.S.Sp. ; P. Bonadio Jean de la Croix; P. van Asdonk Godfrey, S.M.M.

Membri della Pontificia Commissione per l'interpretazione dei Decreti del Concilio Vaticano II:

31 marzo 1973. gli E.mi Signori Cardinali: Tabera Araoz Arturo; Wright John Joseph; Palazzini Pietro;

gli Ecc.mi Monsignori : Lourdusamy D. Simon, Arcivescovo già di Bangalore; Sabattani Aurelio, Arcivescovo tit. di Giustiniana Prima; Oasoria Giuseppe, Arcivescovo tit. di Vescovio.

10 luglio 1973. il Rev.mo Mons. Rossano Pietro, *Segretario del Segretariato per i Non Cristiani;*

16 » » S. E. Mons. Enrici Domenico, Arcivescovo tit. di Ancusa, *Delegato per le Rappresentanze Pontificie.*

NECROLOGIO

21 giugno 1973. Mons. Guffens Joseph, Vescovo tit. di Germaniciana.
27 » » Mons. Dixneuf Léon, Vescovo tit. di Vassinassa.
28 » » Mons. Ménard Jean Ernest, Vescovo di Rodez.
29 » Mons. Vos Jan, Vescovo tit. di Cnido.
10 luglio » Mons. García y Goldáraz José, già Arcivescovo di Valladolid.
11 » » E.mo Signor Cardinale Zerba Cesare, del Titolo di Nostra Signora del Sacro Cuore in Piazza Navona.
13 Mons. O'Connor William Patrick, già Vescovo di Madison.

An. et rol. LXV **31 Augusti 1973** N. **8**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

KOHIMAENSIS - IMPHALENSIS

Detractis quibusdam territoriis a dioecesi Dibrugarhensi nova conditur Sedes nomine « Kohimaënsis - Imphalensis ».

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi iussum : « Euntes in mundum universum, praedicate evangelium omni creaturae » cetera *(Marc.* 16, 15), etsi stimulis haud mollibus eos excitat omnes, qui sanctorum Apostolorum dignitatem participant, acrius tamen Nos impellit et urget, qui, beatissimi Petri successores, iidemque Ecclesiae sanctae naviculae gubernatores, cum eodem Christi Apostolo et auctoritatem, et potestatem, et sollicitudines societatis christianae universae administrandae communicamus. Quam ob rem, cum Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione visum sit in India novam constituere dioecesim, Nos id rati haud parum prodesse fidei christianae ibi loci propagandae, post venerabilem Fratrem auditum Ioannem Gordon, Archiepiscopum titulo Nicopolitanum ad Nestum, eundemque in India Pro-Nuntium, atque Ordinarium cuius interesset, re bene reputata, haec statuimus. A dioecesi Dibrugarhensi eam partem

detrahimus quae civiles districtus, quos dicunt, Nagaland et Manipur complectitur; quo territorio novam dioecesim constituimus, *Kohimaën-sem-Imphalensem* appellandam ab eius territorii civitatibus principibus. Eius autem limites iidem erunt atque duorum districtuum e quibus coalescit ; fines, qui sequuntur : ad septemtrionem, regio Nagaland, ut civili lege determinatur; ad orientem solem, Mandalayensis archidioecesis; ab ortu solis ad occidentem, Ecclesia Silcharina; ad occidentem vero, regio Tezpurensis dioecesis. Nova Ecclesia praeterea subiecta erit tamquam suffraganea metropolitanae Sedi Shillongensi-Gauhatinae ; eius cathedra in urbe Kohima erit, in templo nempe eius praecipuo. Statuimus etiam ut Canonicorum loco Consultores dioecesani deligantur, qui Episcopo assint consilio, opera. Cetera iure Canonico temperentur. Quae autem his Litteris iussimus, venerabilis Frater Ioannes Gordon ad exitum deducet, vel quem ipse legaverit, factis necessariis facultatibus. Re vero acta, documenta exarentur, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur.

Ultimum, volumus, ut hae Litterae Nostrae sive nunc sive in posterum vim suam habeant rataeque habeantur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

ꝟ ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Rodomons Galligani
pro Apostolicae Cancellariae Regente

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Ioannes Coppa, *Proton. Apost. s.n.*

Loco © Plumbi

In Secr. Status tab., n. 281157.

II

ABAKALIKIENSIS

Detracta quadam parte a dioecesi Ogogiaensi, nova dioecesis constituitur, « Ahakalikiensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter tot acerbitates, quae animo Nostro sollicitudines afferunt haud minimas, id Nobis, sanctae Christi plebis rectori, magno est solacio : cognoscere nempe de perpetua atque constanti fidei nostrae progressione apud varios terrae populos, qua et christiana religio feliciter propagatur, et lux divina terris redditur, et salus, per Christi dolores et cruciatus redimendis hominibus parta, cum ipsis communicatur. Quam ob rem, cum id etiam in Nigeriae regione factum sit, atque igitur S. Congregatio pro Gentium Evangelizatione, audito venerabili Fratre Amelio Poggi, Archiepiscopo titulo Cercinitano atque in Africa Media et Occidentali Apostolico Delegato, in eam opinionem venerit, ut detracto aliquo territorio ab Ecclesia Ogogiaensi novam dioecesim conderet, Nos, negotio bene reputato, haec statuimus atque censemus. A dioecesi Ogogiaensi eam partem separamus, quae ad foederatas civitates Nigeriae pertinet, quaeque populari lingua East Central State cognominatur, cum eaque dioecesim novam constituimus, ab urbe eius praecipua *Abalcalikiensem* appellandam atque metropolitanae Sedi Onitshaënsi subiciendam tamquam suffraganeam. Conditae Ecclesiae Sedem atque Episcopi domicilium in eadem urbe Abakaliki collocamus, cathedramque in templo eius principe poni statuimus, S. Teresiae a Iesu Infante sacro, factis nempe iuribus talium templorum propriis. Item decernimus, ut si Canonicorum collegium condi nequeat, eorum loco Consultores dioecesani deligantur, ad tempus, qui Episcopo consilio, opera assint. Cetera ad iuris communis normam omnino temperentur. Hae autem Litterae Nostrae ad exitum deducantur a Venerabili Fratre Amelio Poggi, cuius mentio incidit, vel ab eo quem ipse delegaverit, factis ad rem facultatibus necessariis. Qui vero negotium confecerit, documenta exaranda curet, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittat.

Ceterum volumus, ut hae Litterae sive nunc sive in posterum vim suam habeant, item et effectus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die primo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Eduardus Martínez
Adsessor

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi
In Secr. Status tab., n. 234572.

III

BARRETENSIS

Detractis quibusdam territoriis a dioecesi Iaboticaballensi nova quaedam conditur, nomine « Barretensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Adsiduum studium ad id pro apostolico officio Nostro conferentes, ut salutifera Christi lex et latius et aptius in hominum cognitionem perferatur inque eorum mentibus stabiliatur, iis libenter obsecundamus inceptis, quae catholicarum rerum incremento inservire censeamus. De sententia igitur sive venerabilis Fratris Humberti Mozzoni, olim Archiepiscopi titulo Sidetani et in Brasilia Apostolici Nuntii, sive Sacrae Congregationis pro Episcopis, precibus accendendum esse statuimus Venerabilis Fratris Iosephi Verani, Episcopi Iaboticaballensis, qui, audita Conferentia Episcopali Brasiliana, ab Apostolica Sede petiit, ut certis e sua dioecesi detractis territoriis alia constitueretur, ac sequentia decernenda. A dioecesi Iaboticaballensi territoria separamus municipiorum, vulgo Barretos, Olimpia, Guaira, Miguelópolis, Morro Agudo, Colina, Ipuä, Severínia, Cajobí, Guarací, Jaborandí, Colombia iisque dioecesim constituimus, *Barretensem* appellandam iisdemque terminandam finibus ac municipia, quae diximus. Novae dioecesis sedes episcopalis in urbe vulgo Barretos erit, episcopalis vero magisterii cathedra

in templo curiali ibidem exstante, Spiritui Sancto dicato, cui cathedralium sacrarum aedium iura tribuimus. Episcopo autem, praeterquam iura damus, obligationes etiam congruas imponimus, Episcoporum proprias. Mandamus praeterea ut eadem dioecesis suffraganea sit metropolitanae Sedi Rivi Nigri, sic ut Episcopus eiusdem Metropolitae ; ut Canonicorum collegium condatur, ad normas per alias Apostolicas Litteras edendas, utque interea consultores dioecesani deligantur, Episcopum iuvaturi ; ut mensam episcopalem, quae dicitur, Curiae emolumenta constituant, a fidelibus sponte oblatae pecuniae, bona dioecesi Barretensi obvenientia ad normam canonis 1500 Codicis Iuris Canonici ; ut seminarium struatur, servatis praescriptis iuris communis, normis Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius » peculiaribusque regulis Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, utque iuvenes qui animi virtutibus ingeniique acie praestent Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Brasilianum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi ; ut quod dioecesis regimen spectat, administrationem, vicarii capitularis electionem, fidelium iura et onera, aliaque id genus praescripta Iuris Canonici serventur diligenter; ut, dioecesi rite constituta, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur addicti in cuius territorio beneficium vel officium habeant, ceteri autem clerici seminariique tirones ei, in qua legitime degant ; ut denique acta et documenta novam dioecesim spectantia, ad eius Curiam mittantur, in tabulario custodienda. Haec quae praescripsimus ad effectum adducat qui Nuntiaturam Apostolicam in Brasilia regit, vel ab eo delegatus sacerdos ; qui vero negotium perfecerit sueta documenta exaret et ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus eiusque decreta religiose servari vimque suam habere.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quartodecimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Eduardus Martínez
Adsessor

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secr. Status tab., n. 235187.

IV
UMU AR AMENSIS

Detractis quibusdam territoriis a dioecesi Campi Moranensis, nova conditur nomine « Umuaramensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolico officio, quod Nobis divinitus commissum est, perquam diligenter fungi studentes, in id peculiari sedulitate incumbimus, ut, ad aptius fidelium necessitatibus consulendum, novas in Ecclesia dioeceses quandoque constituamus. Petenti ideo Venerabili Fratri Eliseo Simoes Mendes, Episcopo Campi Moranensis, qui hoc super negotio Conferentiam Episcopalem Brasilianam audivit, ut e dismembrata dioecesi sua alia excitaretur, accedendum esse censuimus atque, de sententia sive Sacrae Congregationis pro Episcopis sive Venerabilis Fratris Nostri Humberti S.R.E. Cardinalis Mozzoni, olim in Brasilia Apostolici Nuntii, sequentia decernimus. Summa Nostra potestate a dioecesi Campi Moranensis territoria municipiorum separamus, quae vulgo appellantur Altönia, Alto Piriquí, Cianorte, Cidade Gaucha, Cruzeiro de Oeste, Guaporema, Icaraíma, Indianópolis, Iporá, Japurá, Maria Helena, Nova Olimpia, Pérola, Rondón, Sao Tomé, Tapejara, Tapira, Tunéiras de Oeste, Umuarama et Xanbrê, iisque novam dioecesim condimus, *Umuaramensem* appellandam iisdemque terminandam finibus ac simul sumpta municipia quae diximus lege civili terminan tur. Statuimus praeterea ut novae dioecesis sedes in urbe Umuarama sit, templum vero cathedrale sacra aedes ibidem extans atque Sancto Spiritui dicata, habeatur, cum iustis iuribus ; ut suffraganea sit metropolitanae Sedi Londrinensi, itemque Episcopus sacro eiusdem Ecclesiae Metropolitae; ut in eadem Canonicorum collegium, per alias tamen sub plumbo Litteras, condatur, utque interea consultores dioecesanos Episcopus deligat, ad normam iuris communis; ut mensa episcopalis constituatur Curiae emolumentis, fidelium sponte oblatis pecuniis atque bonorum parte, quae ei iuxta canonem 1500 C.I.C. obvenient ; ut ad seminarii aedificationem quod attinet, praescripta iuris canonici serventur, prae oculis habitis normis decreti « Optatam totius » Concilii Vaticani II, atque peculiares

regulae Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, eiusdemque alumni sive virtute sive ingenii acie praestantes Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Brasilianum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi; ut ad regimen et administrationem quod spectat, Vicarii Capitularis electionem, fidelium iura et onera, alia id genus sacri canones serventur ; ut simul ac dioecesis IJmuaramensis rite constituta sit, eo ipso sacerdotes Sedi illi censeantur addicti, in cuius territorio beneficium vel officium habeant ; ceteri vero clerici seminariique tirones ei, in qua legitime degant; ut denique acta et documenta quae eiusdem dioecesis clericos, fideles et bona temporalia respiciant, in eius Curiam mittantur, in tabulario religiose custodienda.

Haec quae praescripsimus ut ad effectum adducantur ille curet qui exsecutionis tempore Nuntiaturam Apostolicam in Brasilia regit, vel ab eo delegatus sacerdos ; qui autem negotium perfecerit congrua documenta ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto et vicesimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Eduardus Martínez
Adsessor

© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco Plumbi

In Secret. Status tab., n. 2S8102.

V

PROCOPIENSIS

Quibusdam detractis territoriis a dioecesi Iacarezinhoënsi nova alia conditur, nomine « Procopiensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Votis et precibus concedere cupientes Venerabilis Fratris Petri Filipak, Episcopi Iacarezinhoënsis, qui, post auditam Conferentiam Episcopalem Brasilianam, ab Apostolica Sede petiit, ut e perampla sua alia excitaretur dioecesis, Nos, de sententia sive Venerabilis Fratris Nostri Humberti S. R. E. Cardinalis Mozzoni, olim in Brasilia Apostolici Nuntii, sive Sacrae Congregationis Pro Episcopis, apostolica Nostra potestate haec, quae sequuntur decernimus et iubemus. A dioecesi Iacarezinhoënsi territoria separamus municipiorum, quae vulgo appellantur Assai, Congonhinhas, Cornelio Procopio, Curiuva, Jataizinho, Leópoli, Nova Fatima, Nova América da Colina, Rancho Alegre, Santa Cecilia do Pavâo, Santa Mariana, Santo Antonio do Paraíso, Sao Geronimo do Amoreiral, Sapopema, Sertaneja et Urai, iisque novam dioecesim constituimus *Proeopiensem* appellandam iisdemque terminandam finibus ac municipia, quae diximus, per legem civilem terminantur. Mandamus praeterea ut Episcopi sedes in urbe vulgo Cornelio Procopio ponatur, magisterii vero episcopalis cathedra in templo ibidem exstante, Christo Regi dicato, quod cathedrale habebitur, cum iustis iuribus, sic ut Episcopo obligationes imponimus, eius officii proprias ; ut suffraganea sit metropolitanae Sedi Londrinensi, itemque Episcopus eiusdem Sedis Metropolitae ; ut Canonicorum collegium condatur, per alias tamen sub plumbo Litteras, intereaque consultores dioecesanos ad normam iuris deligantur ; mensam episcopalem constituant Curiae emolumenta, a fidelibus sponte oblata pecunia bonorumque pars conditae dioecesi obveniens ad normam canonis 1500 C.I.C. ; ut ad seminarii erectionem alumnorumque educationem quod attinet serventur normae iuris communis atque Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, prae oculis habito decreto Concilii Vaticani II « Optatam totius », iuvenesque qui sive animi

virtutibus sive ingenii acie praestent Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Brasilianum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi ; ut ad dioecesis regimen et administrationem quod spectat, Vicarii Capitularis electionem, fidelium iura et onera, quae sacri canones praescribunt ad amussim serventur; ut, his Litteris ad effectum adductis, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur addicti, in cuius territorio beneficium vel officium habeant ; ceteri vero clerici seminariique tirones ei, in qua legitime degant; ut acta denique et documenta dioecesim Procopiensem respicientia, ad eius Curiam mittantur, in tabulario religiose custodienda. Haec quae praescripsimus ad effectum adducat qui tempore exsecutionis Apostolicam Nuntiaturam in Brasilia regat, vel ab eo delegatus sacerdos; qui vero negotium perfecerit congrua documenta exaret et ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur atque igitur vim suam habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto et vicesimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Eduardus Martínez
Adsessor

ffi Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Secret. Status tab., n. 288265

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Templo Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae in archidioecesi Ovetensi titulus Basilicae Minoris defertur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui in beatissimi Petri locum benigno Dei consilio successimus, in omnibus sane quae sive cogitamus sive agimus, eo studia Nostra spectant, ut nullius rei, praeter maius christiani populi commodum, rationem habeamus. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Gabinius Díaz Merchán, Archiepiscopus Ovetensis, suo ipsius nomine atque cleri ac populi totius archidioecesis id a Nobis petierit, ut templum paroeciale Beatae Mariae Virgini sacrum titulo Basilicae Minoris decoraremus, Nos, tum tanti Praesulis optatum respicientes, tum templi ipsius antiquitatem ac maiestatem, tum denique insignem populi pietatem, quae vivax ibidem alitur, scilicet ea probantes quae Sacra Congregatio pro Cultu Divino hac de re decreverit, factis a Nobis facultatibus, admotis precibus aeque concedimus. Placet ergo templum Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae, cuius mentio facta est, ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris tolli, omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus, servatis nempe iis, quae iuxta decretum « de Titulo Basilicae Minoris », die vi mensis Iunii, anno MCMLXVIII factum, servanda sunt. Ceterum ea quae iussimus volumus ut rata atque firma sint, sive nunc sive in posterum, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXV mensis Aprilis, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco ✠ Sigilli

In Secr. Status tab., n. 282482.

II

Templum S. Zenonis, in dioecesi Veronensi, ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Venerabilis Frater Iosephus Carraro, Veronensis dioecesis Antistes, de sua Ecclesia sollicitus, sic ut Patrem frequentissimi gregis addecet, a Nobis petiit, idque suo suorumque tum cleri tum populi nomine, ut S. Zenonis templum, in sua dioecesi sanctissimum, ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris eveheremus. De templo, enim, agitur antiquitate venerabili, arte et maiestate admirabili, monumentis omne genus insigni, fama egregiorum virorum celeberrimo. Accedit quod flamma pietatis, a Sancto illo Ecclesiae Veronensis patre excitata, et crevit per saecula, et, nostra adhuc aetate, viva splendescit. Quae cum ita sint, Nos, quibus sollemne semper fuit quidquid in Dei gloriam Sanctorumque honorem cederet curare, certa spe augendae populi pietatis, ea quae Sacra Congregatio pro Cultu Divino hac in re statuerit libenti animo probantes, Veronensis Pastoris precibus concedimus. Quam ob rem, placet templum paroeciale et abbatiale S. Zenoni dicatum in dioecesi Veronensi titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestari, factis iuribus atque liturgicis concessionibus talium aedium sacrarum propriis, servatis tamen iis quae servanda sunt, iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris », die vi mensis Iunii anno MDCCCCLXVIII factum. Ceterum volumus, ut hae Litterae Nostrae sive nunc sive in posterum efficaces sint, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xvi mensis Maii, anno MDCCCCLXXIII, Pontificatus Nostri decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco ££ Sigilli

In Secr. Status tab., n. 234588.

III

Templum paroeciale S. Annae in urbe Kodén in dioecesi Siedlcensi, ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Tum Romani Pontifices, maiores Nostri, per saecula, tum etiam Nos, qui Dei consilio et voluntate Ecclesiae sanctae, seu ((chiaritati)) (S. Ignatius, *Ad Rom.*, Prol.), praesidemus, nobilissimum Poloniae populum singulari semper amore et studio prosecuti sumus; quod sane poscebant tum fides huius gentis sancta et incorrupta, tum perpetua erga Romanam Ecclesiam cultus et reverentia, tum denique summa in Deum in eiusque Sanctos pietas, quae christifidelium animos nullo non tempore imbuit. Quam ob rem, cum Venerabilis Frater Ioannes Mazur, Episcopus Siedlcensis, seu Podlachiensis, ab hac Apostolica Sede suo clerique populique nomine id petiisset, ut templum S. Annae in pago vulgo Kodén, qui est in sua circumscriptione, ad dignitatem Basilicae Minoris tolleretur, Nos, ratione habita tum sacri Antistitis, qui poposcit, tum templi, antiquitate, arte, religione in Deum, pietate in castissimum Christi Matrem insignis, bene fieri censuimus, si admotis precibus concederemus. Eo ergo probantes, quae Sacra Congregatio pro Cultu Divino, factis a Nobis facultatibus, statuit, quam libenter templum Beatae Annae, in urbe Kodén, titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestamus, cum omnibus iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus, servatis tamen iis quae iuxta decretum « De titulo Basilicae Minoris », die vi mensis Iunii, anno MDCCCCLXVIII, factum, servanda sunt. Ceterum quae per has Litteras iussimus, sive nunc sive in posterum firma erunt, suosque effectus habebunt. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xix mensis Maii, anno MDCCCCLXXIII, Pontificatus Nostri decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco ✠ Sigilli

In Secr. Status tab., n. 237077.

IV

Collegio Slovenico in Urbe Pontificii nomen tribuitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Maternas curas in sacra seminaria similesque pietatis ac doctrinae sedes Ecclesia intendit, quippe quibus spes eius non paulum contineatur. Cuius modi domibus praesertim haec alma Urbs honestatur, ut alumni, e variis orbis catholici regionibus oriundi, in ipso veluti Ecclesiae centro instituantur. Quarum in numero est Collegium Slovenicum, impigro labore et benef actor um liberalitate anno MCMLX conditum. Cupiens vero hoc opus, Apostolicae Sedis munere, magis ornare et augere et Petrianae Cathedrae arctius devincire, Venerabilis Frater Iosephus Pogacnik, Archiepiscopus Labacensis, nomine Episcoporum Sloveniae, Nos rogavit, ut iis aedibus nomen Pontificii Collegii benigne tribueremus. Quibus precibus libenter admissis, hisce Litteris Nostraque auctoritate, certa scientia ac matura deliberatione Nostra Collegium Slovenicum, in hac Urbe extans, *Pontificium* edicimus idemque omnibus honoribus et privilegiis, quae huiusmodi titulo respondent afficimus. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque effectus plenos et integros sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Iunii, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco £B Sigilli

In Secret. Status tab., n. 235999.

V

In Nova Zelandia Apostolica Nuntiatura constituitur, Sede in urbe vulgo Wellington posita.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui in beatissimi Petri locum ad hoc suffecti sumus, ut quantum maxime posset, susceptam causam christiani populi regendi tuer emus, id semper et consilio et prospicientia Nostra curavimus, ut cum omnibus gentibus communes necessitudines constitueremus. Amicitia enim sancte comparata, et assiduus inter Apostolicam Sedem et nationes usus, et arctius coniunctionis vinculum, quantum pacis, et prosperitatis, et concordiae quantaque progressionis semina tum societati civili tum ipsi Ecclesiae inferant, nemo non videt. Quam ob rem, volentes amicitiam confirmare, quae huic beati Petri Sedi cum Civitate Novae Zelandiae iam pridem esset, bene fieri censuimus, si in eadem Republica Nuntiaturam Apostolicam, Delegationis loco, constitueremus. Qua de causa, re bene considerata, auctoritate Nostra Apostolicam Nuntiaturam in Nova Zelandia condimus, Sede in urbe Vellingtonio collocata, factis nempe talis instituti iuribus impositis obligationibus; id simul statuentes, ut Delegatio Apostolica quae in eadem urbe est, in posterum Delegatio Apostolica Oceani Pacifici cognominetur. Quae autem per has Litteras Nostras iussimus sive nunc sive in posterum rata habeantur suosque effectus promereant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xx mensis Iunii, anno MDCCCCLXXIII, Pontificatus Nostri decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco © Sigilli

in Secret. Status tab., n. 227618.

EPISTULAE

I

Rev.mo P. D. Constanti Bouchaud, Presbyterorum a S. Sulpitio summo moderatori, Capitulo generali eiusdem Societatis celebrato.

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quae ad Nos scripsisti de consultis et propositis Societatis, cui praees, Presbyterorum a S. Sulpitio, postquam Capitulum Generale celebratum est, quod, affulgente lumine decretorum a Concilio Vaticano Secundo latorum, vitam ipsius novis viribus studuit augere ad novasque necessitates accommodare, ea fuerunt Nobis laetitiae causa et spem confirmarunt circa opus summi momenti, quod in sacerdotali institutione versatur.

Institutum vestrum Ioannes Iacobus Olier, vir praestantissimus, saeculo xvn, difficilibus quidem temporibus excitavit, ut, secundum mentem Patrum Concilii Tridentini, sacerdotii candidatos in seminariis recte formaret; videlicet ut imprimis educatores, specialibus mentis animique dotibus ornati, componerentur ad tanti ponderis negotium. Etenim si, ut Concilium Vaticanum Secundum asseveravit, seminarium est ((cor dioecesis », opus Presbyterorum a S. Sulpitio ad ipsum cor Ecclesiae pertinet. Societas ergo, felicibus aucta incrementis et in nonnullas nationes propagata, optime meruit et actionem suam salutarem per sacerdotes, quos instituerat, magnopere amplificavit.

Ea autem munera sua exsequitur hac aetate, qua sacerdotium ministeriale aliaque bona religionis non raro in dubitationem vocantur et auctoritati probatisque institutis nonnumquam repugnatur. Noverint ergo Presbyteri a S. Sulpitio his ipsis temporibus se esse debere testes sacerdotii Iesu Christi et hoc spiritu imbuendos sibi sacrorum alumnos. Ex eodem sacerdotio derivandae sunt virtutes, quas colant oportet ii, qui in sortem Domini sunt vocati. In quibus memoranda videtur oboedientia, supernaturali ratione accepta; ad hanc enim quod attinet, recogitentur verba, quae in *Ratione Fundamentali Institutionis sacerdotalis,* anno 1970 edita, continentur: « Ad Moderatores ... spectat iuvenes ad veram maturamque oboedientiam instituere, Christo confisos, qui oboedientiam a suis quidem quaesivit, sed prius sese exemplar eiusdem virtutis exhibuit, idemque gratia sua semetipsum in nobis oboedientiae principium fecit ».[1]

[1] *A.A.S.* 62 (1970), p. 355.

Verumtamen in oboedientia tota seminarii communitas, sive moderatores, qui auctoritatem suam, caritate serviente felices, oportet exerceant, sive alumni, Dei voluntatem exquirere debet atque implere. Omnes igitur circa eam conscientiae officio tenentur, quamvis in diversis gradibus sint constituti. Curandum etiam erit, ut haec oboedientia, plena et sincera, Ecclesiae visibili capiti et proprio Episcopo a candidatis praestetur, « ut per sacerdotium fiant eius fidi cooperatores » .[2]

Conitendum est quoque, ut alumni sibi penitus persuasum habeant sacrum caelibatum peculiare esse donum Dei, cum sacerdotio ministeriali in Ecclesia ritus Romani coniunctum, eumque sibi esse libere nullaque condicione interposita eligendum. Hoc vero donum supernum nequit custodiri nisi vita vere spirituali, precatione, privata et liturgica, ac Sacramentorum usu, necnon prudentia suique voluntaria abnegatione. Quod ad Sacramentorum usum pertinet, est maxime commendanda SS. Eucharistia, qua auctor gratiae ipse continetur atque recipitur. Ad quod divinum Sacramentum proxime ordinatur sacerdotium, siquidem presbyter est, virtute superna, illius generator ac distributor.

Pietas etiam erga Deiparam Mariam, quae cum sacerdotio tot habet necessitudines, maximam affert utilitatem « paedagogicam ». Si enim recte intellegitur et exercetur, voluntatem promptam reddit ad ea implenda, quae officium, utpote manifestatio voluntatis divinae, importat, adigit ad Christum imitandum, singulare confert patrocinium illius, quae praedicata est « gratia plena ».

Novimus quidem vos huic institutioni spirituali primas partes merito tribuere, ut vocatio, in qua interventus divinus deprehenditur — hunc etiam per totius vitae cursum fieri contingit — maturescat et fructus uberes edat. Quodsi alumni seminarii cum praepositis unam quasi communitatem oportet efficiant,[3] tamen singuli candidati habeant, secundum Instituti vestri normas et consuetudines, suum spiritus moderatorem .

Sed etiam doctrinae pabulum a vobis est alumnis sacrorum porrigendum : qua ex parte iuvat id in lumine ponere, quod cordi est vobis, scilicet ut magister imprimis amorem veritatis animis inculcet neque umquam obliviscatur se esse debere candidatis testem fidei et institutorem ad fidem. Itaque magistris in seminario haec duo erunt atten-

[2] Cfr. *Inst. Fundam.,* ibid.

[3] Cfr. Decr. de institutione sacerdotali *Optatam totius,* n. 5.

denda : et fidelitas servenda doctrinae revelatae, cuius quidem interpretatio authentica est penes Ecclesiae Magisterium, et mens patens quaestionibus, quae in hoc mundo, qui continenter mutatur, agitantur.

Ad Magisterium quod attinet, liceat iterare ea, quae olim ad sodales Conventus spectantis ad theologiam Concilii Vaticani Secundi diximus, siquidem non raro arcta illa ratio inter Theologiam et Magisterium extenuatur : « illud maximi momenti est, quod magisterio et Theologiae communis est radix scilicet divina Revelatio, quae per Spiritum Sanctum Catholicae Ecclesiae tradita est, in eaque asservatur. Etenim probe nostis Ecclesiam, cum a Conditore suo mandatum accepisset nuntiandi Evangelium omnibus gentibus, ad huiusmodi munus rite explendum constitutam esse fidissimam veritatis magistram et charismate indefectibilis veritatis vigere » . [4]

Presbyter autem omnibus numeris non est perfectus, cum seminarium post emensa studiorum curricula relinquit, sed ei auxilia praebeantur oportet per vitae sacerdotalis decursum, ita ut doctrinam valeat amplius et penitius pervestigare et studium vitae spiritualis et pastoralis renovare. Gaudemus sane, quod vobis propositum est, ut ad hanc rem curas intendatis et ut nonnulli ex vobis speciali ratione ad eiusmodi rem agendam praeparentur. Quod quidem postulationibus Concilii Vaticani Secundi plane respondet.[5]

Cum igitur virtutes e Christi sacerdotio manantes iis, qui curae vestrae sunt commissi, ingerere earumque mentes doctrina excolere studetis, fidem profitemini in munus Ecclesiae eademque illos infiammare satagitis. Huius profecto fidei luce collustretur oportet opus institutionis, ut vere sit efficax animosque accendat.

Simul vero persuasum sit vobis, quamvis difficultatibus quibusdam in praesenti laboretis, Institutum vestrum his ipsis temporibus nihil momenti, nihil utilitatis, nihil necessitatis amisisse. Qui servi fideles Ecclesiae fuistis superioribus saeculis, scitote hanc peculiare ministerium vestrum etiamnum tanti facere, ut eo se nullatenus privari posse arbitre tur.

Flagrantia ergo proferimus vota, ut Societas vestra a S. Sulpitio spiritum primigenium inconcusse servet, eius sodalium voluntates, quemadmodum ante actis aetatibus evenit, ita et nunc inter se conglutinentur, id est caritate compaginentur, itemque ne desinat exemplum

[4] *A.A.S.* 58 (1966), pp. 890-891.

[5] Cfr. Decr. de institutione sacerdotali *Optatam totius,* n. 22.

praebere puritatis quoad doctrinam, quo sacrorum alumnis et administris salubriter praefulsit atque praefulget.

Declarantes igitur Nos multum confidere charismati Societatis Sulpitianae, quod operetur et vigeat et sic in bonum ac profectum Ecclesiae vertat, tibi, dilecte fili, et sodalibus tuis universis Benedictionem Apostolicam, superni auxilii et roboris auspicem Nostraeque benevolentiae ac dilectionis testem, libenter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vi mensis Iulii, anno MCMLXXiii, Pontificatus Nostri undecimo.

PAULUS PP. VI

II

Ad Rev.mum P. D. Iosephum Zambernardi, Congregationis Vallis Umbrosae O.S.B. Abbatem generalem, novies impleto saeculo e pientissimo obitu S. Ioannis Gualberti, eiusdem monastici Instituti Patris Legiferi.

Alacre studium, quo tu, dilecte Fili, ceterique sodales tui incensi estis ad celebrandum post novies impletum saeculum obitum S. Ioannis Gualberti, monastici istius Instituti Patris Legiferi, libenter quidem novimus, ac stata sollemnia aliquo modo per hasce Litteras cupimus participare.

Non potest enim non esse Nobis gratissimum saecularem hanc memoriam celebrari, quippe quae eiusmodi sit, ut non solum sancti huius viri imago veluti ante oculos opportune ponatur, sed etiam ut eius recordatio ad religionis studium incitandum fovendumque plurimum valeat. Siquidem difficillimis ipse temporibus vixit, nempe aetate qua « Simoniaca et Nicolaitarum haereses per Tusciam et pene per totam Italiam ... Ecclesiam catholicam in locis plerisque foedabant ».[1] Ad quas plagas ab Ecclesia removendas strenue adlaborans, S. Ioannes Gualbertus sponsae Christi defensorem fortissimum se praestitit; immo ex eorum virorum numero fuit, quibus potissimum tribuendum est, si Ecclesia saeculo xi ingressa est viam ad collapsam cleri erigendam disciplinam et ad interiorem suam restaurationem perficiendam.

Hoc ipse praesertim effecit, inditam vestram instituendo Valiumbrosanam familiam. Superno Dei instinctu permotus atque etiam hortanti Camaldulensium monachorum Priori obsecutus, sibi proposuit « novum institutum » condere, ut monastica disciplina in pristinum

[1] Attho, *S. Ioliannis Gualberti vita, PL* 146, 671.

splendorem restitueretur secundum regulam Sancti Benedicti ;[2] ac revera qui primi hanc « novam conversionem » elegerunt, statim eam veluti uberrimum evangelicae perfectionis fontem experti sunt, qui postea quasi quoddam novae vitae fermentum in Ecclesia evasit. Quoniam vero primigenius benedictinae familiae spiritus celebratissimo illo effatu contineatur ((ora et labora », mirum non est, si S. Gualbertus non solum precationi, divinarum Scripturarum studio, sacrae liturgiae, caritatis operibus sed etiam manuum labori magnum tribueret momentum. Qua in re S. Gualberti suboles per saeculorum decursum egregia sibi comparavit promerita, praesertim agrorum silvarumque culturam promovendo ; iure merito igitur Legifer Pater vester a Decessore Nostro Pio XII f. r. dignus habitus est, qui publicorum silvarum custodum in Italia caelestis Patronus declararetur.[3]

At umbratilis vita, quam sanctus hic vir sibi suisque sodalibus quaesivit in solitudine ac silentio silvarum Appenninorum montium, quo melius Deo vacare possent, non intellegenda est ut quoddam mundi effugium vel aliqua spiritus recreatio, quae mentem averterei ab officiis erga Ecclesiam atque hominum societatem implendis. Revera, quamvis monachus, ipse Ecclesiae vitam plene ac verissime participavit, atque una cum suis sodalibus primas partes egit inter gravissimas vicissitudines, quibus ob supra memoratas causas Florentina Ecclesia praesertim affligebatur. E Vallumbrosana sede, veluti ab excelsa specula, immensas attendebat Ecclesiae necessitates, atque intellegebat renovationem, quae tunc optimi cuiusque in optatis erat, ante omnia clerum attingere debere, ut Ecclesia vere Christi sponsam sese ostenderet sine macula et sine ruga. Quas igitur curas habuit in monastica disciplina instauranda, easdem adhibuit cleri moribus reformandis, vitam inculcando communem et absolutam evangelicam paupertatem, dum ipse interea « tantam circa omnes ecclesiasticos gradus reverentiam semper habuit, ut nullatenus aliquando potuerit cogi nec etiam hostiarius fieri » .[4]

Quare Vallis Umbrosa, ubi Ioannes Gualbertus pro Sanctae Matris Ecclesiae causa usque ad extremum vitae suae pernobile certamen certavit, fide intrepida nullisque victus difficultatibus, quasi spiritualis renovationis pharus evasit, cuius lux animos ad celsiora nitentes adhuc illuminare non desinit.

Optimo igitur consilio statuisti, dilecte Fili, ut haec omnia ante

[2] Cfr. Andreas Strumensis, *Vita S. Iohannis Gualberti, MGH,* Script. XXX, 2, p. 1082.
[3] Cfr. *A.A.S.* 43 (1951), pp. 458-459.
[4] Andreas Strumensis, *Vita S. Iohannis Gualberti, MGH,* Script. XXX, 2, p. 1082.

oculos confratrum tuorum et sacerdotum, immo etiam fidelium cunctorum proponerentur. Quamvis sanctus hic vir temporibus longe remotis et caliginosis degerit, tamen eius spiritualis nuntius haud alienus putandus est ab hac aetate. Scilicet non minus quam illius temporibus, Ecclesia hodie strenuis indiget praeconibus, qui, intrepida fidelitate ornati atque ardua quaeque perpeti parati, hominibus nostrae aetatis praeclarum germanumque testimonium reddant christianae vocationis suae. Ac praesertim vos, qui eius religiosae vitae formam amplexi estis, in eius imaginem respiciatis oportet, cum Ecclesia hodie maxime optet atque sollerter annitatur, ut religiosae familiae crescant et floreant redeundo « ad omnis vitae christianae fontes primigeniamque institutorum inspirationem et aptationem ipsorum ad mutatas temporum condiciones » .[5] Ita feliciter eveniet, ut vos, haud secus ac ceteri religiosorum institutorum sodales, ad incrementum opusque, quod instat, Ecclesiae renovandae singulariter conferatis, secundum peculiare vocationis vestrae charisma.

Haec ex imo pectore ominati, vobis omnibus, ac praesertim tibi, dilecte Fili, Apostolicam Benedictionem, superni constantisque auxilii conciliatricem peramanter dilargimur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die x mensis Iulii, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Ad Excellentissimum Virum Soebagio Soerianingrat, Indonesianae Reipublicae liberis cum mandatis Legatum, Summo Pontifici Litteras concrediti muneris testes tradentem. *

Mr Ambassador,

It gives us great pleasure to receive the Letters accrediting you as Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary of the Republic of Indonesia to the Holy See. We welcome you here as the worthy représentative of your Government and people and we wish to assure you of ali the deep affection and regard we have for your country.

[5] Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 2.

* Die 5 mensis iulii a. 1973.

As you have mentioned, last year we had the pleasure of receiving a State Visit from His Excellency General Soeharto, President of Indonesia, who thus honoured us by repaying the visit which we ourself had the good fortune to make to your country in 1970. This exchange of visits has, we believe, contributed greatly to a deeper understanding and friendship between your nation and the Holy See, and we cherish the most positive memories of these significant occasions. Today we are pleased to accept and reciprocate once again the greetings and good wishes of President Soeharto.

You have kindly referred to our mission as a « holy task ». The Church is indeed always présent to serve : this is the ((holy task » that God has laid upon our **Shoulders.** The Catholic Church is always seeking to find a true expression in each nation's culture and religious spirit; only thus can her works of service be fully beneficiai. This is how we wish to see the Church in Indonesia, and it is in this spirit that we shall continue in our efforts and to the extent of our possibilities to contribute to the integrai development of your people. In this regard ~we rely especially on the generous and selfless dedication of Indonesian and missionary clergy and religious.

We greatly appreciate that distinctive feature of your programme of development which insists that spiritual growth must go hand in hand with economie and social progress. This conviction surely has its roots in the prevailing faith of your people in the One Supreme God. We would add how happy we are that there is in Indonesia a spirit of interreligious harmony that contributes so much to the good relations between the Church and State and among peoples of différent religious creeds.

We likewise wish to mention how pleased we are to see Indonesia take her share of responsibility in supporting the recently established peace in Vietnam. This is a manifestation of her commitment to the cause of world peace and an indication of the peaceful relations she enjoys with other countries; moreover it shows her readiness to contribute to the well-being of her Asian neighbours.

Finally, upon ali the Authorities of your country and upon its beloved people we cordially invoke the choicest favours of the Almighty, praying that every citizen may enjoy to the full the blessings of human dignity and brotherhood under God. To you personally we extend our good wishes for the happy and fruitful accomplishment of your mission.

II

Ad Excellentissimum Virum Reid Willie Katenga-Kaunda, Malawianae Reipublicae apud Sedem Apostolicam cum auctoritate Legatum, qui Summo Pontifici Litteras concrediti muneris fidem facientes tradidit. *

Mr Ambassador,

It gives us pleasure to welcome you today and to receive the Letters accrediting you as Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary of the Republic of Malawi. We thank you for your kind words, and would ask you to reciprocate the cordial greetings of your President, His Excellency Dr Hastings Kamuzu Banda.

You have affirmed your Intention of working to strengthen the ties already existing between the Republic of Malawi and the Holy See, and you may be assured that this aim is fully shared. You have likewise spoken of your country's development programme and of the efforts being made to combat ignorance, poverty, disease and the other obstacles that must be overeóme if the well-being, both spiritual and material, of all Citizens is to be ensured. We appreciate the acknowledgment given to the Church's contribution to this work, and we avail ourseif of the occasion to reiterate the Holy See's firm intention to continue to collaborate, as far as it is able, in the furthering of these worthy aims.

The Church's mission is a spiritual one, and the Church has ever been aware that spiritual development and the full flowering of human potential can scarcely be attained unless the basic requirements for a peaceful and prosperous existence are first secured. Such are the motives that impel us to devote our énergies to the pursuit of peace and justice in ali parts of the world. The support of your President for our efforts in this sphère is deeply appreciated.

Invoking upon the Authorities and the beloved people of the Republic of Malawi abundant divine blessings, we express to you personally our cordial good wishes for the happy and successful accomplishment of your mission.

* Die 14 mensis iulii a. 1973.

NUNTIUS

Universis sacris Praesulibus et catholicis Christifidelibus, die rei missionali provehendae per totum Orbem dicato recurrente.

La solennità di Pentecoste Ci ha sempre offerto l'occasione di indirizzare ai Pastori ed ai fedeli il nostro Messaggio per la Giornata Missionaria Mondiale, nella convinzione che tale data fosse quant'altre mai significativa e propizia per richiamare l'attenzione sul problema della predicazione del Vangelo, che è missione essenziale e primaria della Chiesa. Pensavamo, infatti, e pensiamo che, nel giorno sacro allo Spirito Santo, fossero più disposti ed aperti i cuori e le menti ad accogliere il suo soffio divino, che solo suscita ed alimenta il fervore missionario. E se in quello stesso giorno è stato dato inizio nelle Chiese locali al movimento spirituale dell'Anno Santo, che culminerà a Roma nell'Anno Santo 1975, ciò non distoglie il nostro pensiero dalla causa missionaria, che non è né avulsa né estranea alla finalità di quell'importante evento religioso.

Il tema del rinnovamento e della riconciliazione degli uomini con Dio e tra di loro dovrà fin d'ora polarizzare l'interesse, la riflessione e le iniziative sia delle Chiese di antica tradizione cristiana, sia delle Chiese giovani esistenti nei Paesi di missione : sarà esso materia di comune ricerca, sarà indirizzo convergente, sarà come la traccia coordinatrice ed unificatrice di energie e di propositi. Il rinnovamento comprende di certo il rinnovamento dello spirito missionario della Chiesa, e, del resto, la meta ultima e finalistica della sua azione evangelizzatrice non è forse la riconciliazione? E non è la riconciliazione l'aspetto saliente che configura e definisce e rivela l'avvenuta « conversione »? Diciamo conversione non già nel senso desueto ed improprio di un'estrinseca e trionfalistica conquista o di un superficiale proselitismo, ma in quello autenticamente evangelico dell'orientamento dell'anima verso Dio, sotto la spinta della fede che in lui vede il vertice di tutta la realtà e l'autore dell'ordine morale e, più ancora, per la forza della carità che lo riconosce Padre amoroso e misericordioso.

Questo Messaggio per la Giornata Missionaria si colloca, dunque, in esatta prospettiva con l'avviata celebrazione del Giubileo, e Noi vogliamo sperare che quanti lo ascolteranno, proprio intuendo tale fonda-

mentale consonanza tematica, sapranno condividere le nostre ansie e corrispondere, secondo le loro concrete possibilità, all'invito che esso contiene.

C'è, infatti, quest'anno un argomento particolare che Ci sta molto a cuore e richiama, ad un titolo speciale, la nostra sollecitudine di Pastore della Chiesa, perché nasce dalla costatazione di un fenomeno doloroso, che è da qualche tempo sotto gli occhi di tutti. Intendiamo il diminuito numero delle vocazioni missionarie, che si verifica proprio nel momento in cui più necessario è l'apporto di forze nelle nostre missioni. È superfluo ricorrere ora al linguaggio delle cifre e delle statistiche, né vogliamo tentare dei calcoli comparativi o interpretativi. Ci basta la scoperta del fatto, per valutare il significato ed i pericoli di questa carenza di « personale » in un settore vitale per lo sviluppo della fede e per la crescita della Chiesa. Ci basta la realtà del dato, per farCi ripetere, con senso di profonda trepidazione, la parola di Cristo Salvatore : *Messis quidem multa, operarii autem pauci.*[1]

Non mancano certamente le ragioni di ordine storico e sociologico che spiegano questa carenza; qualcuno dirà che è la crisi religiosa del mondo secolarizzato, che è la critica sistematica di certi valori spirituali, che è la contestazione di certi metodi, usati in passato, che hanno determinato il grave fenomeno. Diminuiscono un po' dappertutto i Sacerdoti, e non meraviglia, quindi, che diminuiscano anche i Missionari ed i loro collaboratori. Si tratta allora di un'eclissi di fede o di un esaurimento dell'annuncio evangelico? Non sarebbe un sano atteggiamento intristire nella denuncia dei fatti negativi, per dispensarsi, poi, dall'azione personale e dall'impegno responsabile. La carenza deve esser, piuttosto, motivo per riflettere, per stimolare alla generosità, per rinnovare all'intera comunità ecclesiale l'appello del Cristo a pregare il padrone della messe, perché mandi operai nella sua messe.[2]

C'è un'espressione del Concilio Vaticano II che ci illumina in proposito e ci aiuta a considerare quali siano i nostri doveri in ordine alle Missioni : ((La Chiesa, per essere in grado di offrire a tutti il mistero della salvezza e la vita apportata da Dio, deve inserirsi in tutti i raggruppamenti umani con lo stesso movimento — *eodem motu* — con cui Cristo stesso, mediante la sua Incarnazione, si legò a quel determinato

[1] *Mt.* 9, 37-38; cfr. *Lc.* 10, 2.
[2] Ibid.

ambiente socio-culturale degli uomini, in mezzo ai quali Egli visse ».[3] Anche in questo Gesù è il nostro Maestro, indicandoci quale dev'esser la via perché la missione sia efficace e feconda : quella del contatto diretto, dell'affinità psicologica, della consuetudine di vita con le popolazioni a cui è portato l'annuncio del suo Vangelo.

Bisogna riconoscere che, dall'inizio dell'era cristiana fino ad oggi, i Missionari hanno compiuto sforzi ammirevoli, predicando il Vangelo secondo la mentalità ed il linguaggio degli uomini, ai quali erano mandati. Essi han posto le fondamenta su cui poggiano l'esistenza e l'indipendenza delle Chiese giovani, di cui Noi stessi abbiamo ammirato l'originale e consolante vitalità durante i nostri viaggi in Africa, in Asia ed in Oceania.

Ma oggi, sotto l'incalzare di tante trasformazioni sociali e culturali, sono molti i Missionari che si domandano con cuore angosciato : « Quale sarà lo sviluppo dell'opera, da noi cominciata? ». Certo, il seme evangelico ha fruttificato e, in rapporto al passato, son più numerosi i Missionari indigeni che proclamano il Vangelo, ma ancora per tanto tempo i Paesi africani e asiatici avranno bisogno di vocazioni, cioè di Sacerdoti, di Suore e di laici per soddisfare alle esigenze dell'evangelizzazione. Sentiamo tuttora tanti Vescovi che ripetono l'invito : « Venite, voi Missionari, venite dai vostri nei nostri Paesi ad aiutarci ! ».

L'aumento proporzionale degli indigeni che compiono il mandato missionario si intreccia, così, con la diminuzione in assoluto dei Missionari di origine europea, americana e canadese che si decidono a lasciare il loro Paese. Si aggiunge il fatto, anch'esso inquietante, del limite di età, perché la metà del personale di origine straniera è già avanzata negli anni, mentre son pochi i giovani che prendono il loro posto.

Che cosa si deve fare in questa situazione? Vogliamo richiamare, anzitutto, i termini del problema : c'è il personale autoctono, il quale è chiamato ad assumere un ruolo crescente nell'evangelizzazione della propria gente ; c'è il personale originario di altre Chiese che, animato da sincero spirito di servizio, deve continuare nel suo impegno missionario. Non è soltanto questione di equilibrio : la causa comune del Regno di Dio associa strettamente l'una e l'altra schiera dei messaggeri evangelici per una collaborazione sempre necessaria e indubbiamente fruttuosa. Non diciamo, perciò, un semplice rapporto di « forze di lavoro », ma, piuttosto, la loro armonica coordinazione che è anche, dev'essere, anzi,

[3] Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, n. 10.

esemplare espressione della comunione ecclesiale. Per questo, Noi rinnoviamo ai Nostri Fratelli nell'Episcopato l'urgente invito a considerare se le diocesi non possano e non debbano favorire l'invio di Sacerdoti, in modo che il loro numero sia meglio distribuito nelle diverse Chiese. È, questa, un'opera di programmazione pastorale che ormai si impone, al di là dei limiti nazionali o regionali, ed avrà il suo riflesso nel futuro ordinamento canonico.

Ma lo stesso appello rivolgiamo, altresì, in favore delle vocazioni indigene, perché esse abbiano una formazione adeguata e non siano mai spente o soffocate per ragioni di ordine economico o ambientale. Nessuna vocazione deve andare perduta, nessuna deve restare nell'incertezza, nessuna deve mancare di maturazione per difetto di mezzi ! Tocchiamo, qui, un altro aspetto del problema. Le Chiese giovani, per la maggior parte, condividono la condizione di povertà e di precarietà economica degli uomini e dei popoli, tra i quali compiono la loro missione. Sorge, così, per tutti i cristiani il dovere di aiutare e di render giustizia ai Sacerdoti, ai Religiosi, alle Religiose ed ai fratelli ed ai catechisti che lavorano, senza mezzi o con mezzi scarsissimi, per il bene dei loro connazionali. Già nell'Enciclica *Populorum Progressio* abbiamo detto che lo sviluppo è il nuovo nome della pace.[4] Ora non si deve dimenticare che, nell'impresa gigantesca per lo sviluppo sociale ed economico dei popoli nuovi, son proprio i Missionari tra i primi collaboratori e assistenti, perché meglio conoscono i bisogni dei propri concittadini, ed inscrivono anche questo servizio nel loro mandato missionario. Sono essi che, nella misura degli aiuti che ricevono, accolgono i malati negli ospedali, dirigono le scuole, promuovono, per tanta parte, lo sviluppo spesso faticoso della loro gente. Prendersi cura della formazione del personale indigeno significa, dunque, servire la causa evangelica ed insieme la causa del progresso e della pace.

Se abbiamo, finora, delineato il quadro delle necessità più urgenti, dobbiamo pure ricordare, perché sia completa l'analisi e sereno il giudizio, gli elementi che fondano la nostra fiducia. C'è sempre Dio dietro i nostri sforzi, perché sua è la causa del Vangelo : tutta la nostra fiducia è in Lui, e soprattutto per il lavoro apostolico *sufficientia nostra*

[4] N. 76-77.

ex Deo est.[5] Ma ci piace, altresì, richiamare quanto di positivo già si intravede nell'orizzonte della Chiesa missionaria.

Pensiamo, anzitutto, con vivo compiacimento a tanti giovani dei vecchi Paesi che si recano, sia pure *ad tempus,* nelle parrocchie e nei posti di missione, dove offrono una magnifica espressione della loro personalità e raccolgono esperienze preziose : lì conoscono senza schermi deformanti i problemi veri e concreti dello sviluppo, lì esercitano le loro capacità creatrici, mentre apportano alle popolazioni indigene utili contributi in campo organizzativo, culturale e sociale.

Pensiamo, poi, ai Sacerdoti, regolari e secolari, che dalle diocesi o dalle sedi dei loro Istituti si portano nei Paesi dell'America Latina e dell'Africa, stabilendo e sviluppando singolari rapporti di « gemellaggio » tra i luoghi di origine ed i luoghi di missione : dietro di loro ci sono le antiche Chiese e parrocchie, che ne sostengono il lavoro ed aiutano, con impegno diretto, le loro iniziative apostoliche e caritative. Pensiamo, infine, ai contatti, a livello ecumenico, dei missionari cattolici con i missionari di altre Comunità ecclesiali : ispirati alla carità evangelica, questi contatti, specialmente nel campo dell'assistenza sanitaria e civile, come in quello della cultura e dello sviluppo, servono a cancellare la cattiva impressione delle residue divisioni della famiglia cristiana e ad accelerare — speriamo — la ricomposizione di quell'unità, a cui tendono gli uni e gli altri per una univoca e convincente testimonianza di fede.

Era necessario, era giusto dire anche questo, perché il doloroso fenomeno, che è stato oggetto del presente Messaggio, fosse convenientemente inquadrato e non offuscasse la visione della realtà missionaria.

La Giornata Missionaria, che si celebrerà nel prossimo ottobre, deve avere un effetto stimolante e salutare, come un colpo d'ala che ridesti nel cuore dei fedeli il dinamismo missionario, che è elemento immanente della nostra fede. Questo rinnovato spirito missionario non solo porterà ad offrire a Dio preghiere ed opere di penitenza, ma farà sbocciare nuove vocazioni con l'afflusso di quegli aiuti, di cui le Missioni han bisogno.[6]

Ma ancora una volta, a conclusione delle nostre considerazioni, torniamo a raccomandare le Pontificie Opere Missionarie, come istituzioni

[5] Cfr. *2 Cor.* 3, 4-6.

[6] Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 36.

che, al servizio del Papa e dei Vescovi, favoriscono le fraterne relazioni tra le Chiese locali e sono particolarmente adatte per accrescere lo spirito missionario di tutto il Popolo di Dio. Lo scopo principale di tali Opere è appunto la formazione della coscienza missionaria[7] e, se son dette pontificie, non è perché siano distaccate dal quadro diocesano, ma perché la Chiesa locale, grazie al loro servizio, possa meglio esplicare la sua funzione nell'insieme della Chiesa missionaria. Se ora sottolineiamo la loro importanza, è per rispondere alle dichiarazioni del Concilio, che ad esse ha assegnato una posizione di più rilevante responsabilità. Esortiamo, perciò, tutti i cristiani a sostenerle ed a seguirne il lavoro, che è veramente universale, mentre sollecitiamo i Vescovi e i Sacerdoti a promuoverle nelle rispettive Chiese e parrocchie, dando ad esse la necessaria articolazione.

Benedica il Signore la Giornata Missionaria, in favore della quale rivolgiamo questo insistente appello. Vogliamo metterla sotto la speciale protezione di S. Teresa del Bambin Gesù, della quale celebriamo il centenario della nascita, e la collochiamo nelle prospettive pastorali del nuovo Anno Santo. Per la Chiesa non è ancora passata l'ora della missione, anzi per molti popoli essa comincia proprio adesso. Valgono, nell'ora attuale della Chiesa, le parole sapienti del nostro Predecessore Pio XI di v. m. : *Nihil actum, si quid agendum.* Nulla è fatto, se tante, troppe cose restano ancora da fare !

Dal Vaticano, nella solennità degli Apostoli Pietro e Paolo, 29 Giugno dell'anno 1973, undicesimo del nostro Pontificato.

PAULUS PP. VI

[7] Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad Gentes divinitus,* n. 38.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

i
PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 8 Iunii 1973. — Titulari episcopali Ecclesiae Veliensi praefecit R. D. Antonium Mazza, e clero dioecesis Bobiensis, Secretarium Generalem primarii coetus Anno Sacro apparando.

die 1// Iunii. — Titulari « pro hac vice)) archiepiscopali Ecclesiae Loriensi, R. P. Hieronymum Hamer, sodalem Ordinis Praedicatorum, a Secretis Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei.

*die **14** Iulii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Germanicianensi R. D. Marcum Renatum Revelo Contreras, curionem paroeciae vulgo ((S. José de la Montana », in urbe S. Salvatoris in America, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Beniamini Barrera y Reyes, Episcopi S. Annae.

II

GORLICENSIS

DECRETUM

De erectione templi pro-cathedralis

Gorlicensi Administratione Apostolica nuper erecta, Exc.mus P. D. Bernardus Huhn, Episcopus tit. Tasaccorensis et Administrator Apostolicus Gorlicensis, ab Apostolica Sede expostulavit ut templum Deo in honorem S. Iacobi Apostoli in urbe Gorlicensi exstans, ad dignitatem et fastigium ecclesiae pro-cathedralis eveheretur.

Porro Summus Pontifex Paulus, Divina Providentia PP. VI, probe existimans id in divini cultus splendorem et in animarum bonum cessurum esse, porrectis precibus annuendum censuit.

Quapropter praesenti decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, praefatum templum urbis Gorlicensis Deo in honorem S. Iacobi Apostoli dicatum, Apostolica Auctoritate in procathedralem erigit, eidemque Sacrae Aedi insignia et privilegia tribuit quibus cathedrales ecclesiae iure communi fruuntur; atque ibi cathedram episcopalem statuit.

Capitulum vero canonicorum, quum per aliud decretum conditum fuerit, officia divina ad normam iuris ibidem persolvet.

Ad haec perficienda Sanctitas Sua E.mum P. D. Alfredum S. E. E. Cardinalem Bengsch, Archiepiscopum-Episcopum Berolinensem, deputat eidem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Sacram Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 7 Aprilis, anno 1973.

SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

ffi Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

DECRETUM

Universitas Catholica Campinensis in Brasilia Pontificio titulo decoratur.

Catholica Studiorum universitas Campinensis in Brasilia, quae per longum annorum decursum bonum egregium que nomen, sive in scientiis excolendis sive in Ecclesiae civium que consortii incremento provehendo, penes catholicos coetus merito sibi comparavit, secundum probatum institutumque morem digna aestimatur, quae Pontificio titulo decoretur.

Cum itaque perillustris haec Catholica Studiorum Universitas — die VIII mensis Septembris a. D. MCMLVI ad normam can. 1376 C.I.C. erecta — decem et sex iam annos humanarum artium ac disciplinarum

promovere sui officii duxerit ita ut revera christianae sapientiae domicilium facta sit, nihil magis congruum videtur, nihil dignius, quam ut illa hoc iuris officium sibi tribuendum putet.

Quapropter, attentis rerum temporumque adiunctis, Sacra haec Congregatio pro Institutione Catholica, precibus Rev.mi D.ni Antonii Mariae Alves de Siqueira, Archiepiscopi Campinensis, Magni illius Universitatis Cancellarii, benigne indulgens, potestate a Paulo div. Prov. Pp. VI sibi peculiariter collata, CATHOLICAM STUDIORUM UNIVERSITATEM CAMPINENSEM IN BRASILIA PONTIFICIO TITULO hoc Decreto exornat atque denotat, omnibus ipsi agnitis tributisque iuribus, honoribus atque officiis, quibus studiorum Universitates hoc auctae titulo fruuntur vel frui poterunt, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, die VIII mensis Septembris anno Domini MCMLXXII.

GABRIEL M. Card. GARRONE, *Praefectus*

® Iosephus Schroffer, Archiep. tit. Voltura., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

I

MARIANOPOLITANA

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Rosae Durocher, fundatricis Congregationis Sororum a SS. Nominibus Iesu et Mariae in Canadia.

SUPER DUBIO

An introducenda sit eius Causa

« Illarum Virginum quae, accensis lampadibus, exierunt obviam Sponso et intraverunt cum eo ad nuptias, sublimem gloriam condignis honoribus in terris celebrari decet, ut ... luctanti cum saeculi tenta-

tionibus infirmitati nostrae adiutorii caelestis opem atque praesidium a Sponso iugiter impetrare dignentur)) (Benedictus XIV, *De Causis* lib. I, append. IV).

Harum Virginum numero, quae prudentiae vigilantisque caritatis laude commendantur, Soror Maria Rosa Durocher, cuius beatificationis causae introducenda proponitur, iure merito accensenda videtur.

Famula Dei in pago v. d. *St. Antoine-sur-Richelieu,* dioecesis Marianopolitanae in Canadiensi dicione, die 6 Octobris a. 1811 honestis parentibus Olivario et Genovefa Durocher orta est, eadem die baptismi gratia regenerata et Melaniae nomine appellata est. Sub optima matris disciplina educata, christianis moribus ac pietate a teneris usque annis enituit, simulque sincerum castitatis cultum ex animo fovere visa est. Humilis ac pudica, eloquio gravis, in agendo prudens, orandi studiosissima, caritatis operibus iugiter intenta, quae Dei sunt quaerere et exsequi unice studuit. Quam quidem vitae rationem, progrediente aetate constanter tenuit inter adversa saepe adiuncta quae, ob incertam praesertim valetudinem, a religiosa vita citius, prout in animo erat, amplectenda, eam arcebant. Per duodecim fere annos fratri suo sacerdoti, in apostolatus operibus in bonum paroeciae promovendis, valido fuit auxilio : quo tempore, pietatis exercitiis instanter vacans, beatae Mariae Virgini perpetuo se devovit, privatim religiosis votis sese obstringens, atque primam piam consociationem Marianam in Canadia condendam curavit.

Voti tandem compos facta, a. 1843, cum secundum supra trigesimum annum attigisset, in pago cui nomen vernaculum *Longueil,* Marianopolitano Episcopo adprobante, fundamenta iecit Congregationis Sororum a SS. Nominibus Iesu et Mariae, puellarum curae et institutioni potissimum deditae, in qua die 8 Decembris a. 1844 religiosam professionem emisit, Mariae Rosae assumpto nomine. Quam Congregationem, ab eodem Ordinario in superiorissam designata, prudenter ac sapienter gubernavit usque ad diem 6 Octobris a. 1849, quo praematura at piissima iustorum morte actuosam vitam, vix triginta octo annorum aetate, consummavit, magnum sui desiderium reliquens gratamque memoriam. Non solum enim sollerti opere et actione, tum per seipsam tum per religiosum Institutum a se conditum, de christiana puellarum educatione egregie merita est, sed et praeclaro virtutum exemplo, *Christi bonus odor effecta* (cfr. *2 Cor.*, 2, 15), singularis sanctitatis fama ad nostros usque dies continuatam assecuta est, prout iugi

populi veneratione necnon caelestibus gratiis eius intercessionis obtentis, uti fertur, evincitur.

Itaque Ordinarii Processus apud curiam Marianopolitanam annis 1927-1929, instructi fuere, quibus et amplissima *Disquisitio* critica, opera ac studio Officii Historici sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum, tum ad praefatam sanctitatis famam plenius probandam tum ad universam Famulae Dei vitam et gesta penitius ad documentorum fidem illustrandam accessit.

Inter eximias vero virtutes, quibus Famulae Dei vita ornatur, vividiore quadam luce fervens eius pietas praesertim in augustissimum Eucharistiae sacramentum, flagrans caritas cum apostolico zelo coniuncta ad divinam gloriam et animarum salutem promovendam splendere videntur, item profunda humilitas docilisque oboedientia cum fideli regularum Instituti observantia, sincerus paupertatis et abnegationis spiritus, singularis quoque animi fortitudo in arduis aggrediendis adversisque sustinendis. Quod autem humilis Dei Famula ad initia fere civilis Canadiensis regionis historiae, inter difficiliora temporum locorumque adiuncta, tam praeclaros sanctitatis operisque apostolici fructus edidit, id profecto admirandae Christi Ecclesiae fecunditatis testimonium est; quod et spem adauget uberiora exspectari posse fidei religionisque incrementa, si eiusdem Famulae Dei virtutes summo perfectionis gradu exercitas fuisse in posterum disceptationes iure peragendae demonstraverint.

Servatis ergo de iure servandis, die 22 mensis Februarii a. 1933 S. Rituum Congregatio, probante Pio Papa XI, decretum edidit nihil obstare ex parte scriptorum Servae Dei quominus in Causa ipsa ad ulteriora procederetur. Hinc instante Rev. P. Angelo Mitri, Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae atque postulatore legitime constituto, attentis quoque plurimis litteris Cardinalium, Archiepiscoporum et Episcoporum necnon Moderatorum religiosorum ordinum et institutorum piarumque societatum, studiorum universitatum ac civilium auctoritatum praepositorum, qui omnes Summum Ecclesiae Pontificem rogarunt ut Causa haec apud Sanctam Sedem institueretur, habitus est die 2 Maii a. 1972 Congressus Peculiaris, in quo huius Sacrae Congregationis Praelati Patresque Consultores disceptarunt super dubio an Causa Servae Dei introducenda esset. Quod quidem iterum, die 11 mensis Iulii anni eiusdem, expensum est in Congregatione Peculiari, ponente seu relatore Causae E.mo ac Rev.mo Domino Gabriele Maria Cardinali Garrone. Et Patres Cardinales, omni-

bus mature perpensis, affirmantes responderunt *Causam Servae Dei Mariae Rosae Durocher esse introducendam, si Summo Pontifici placuisset.*

Super quibus omnibus facta, die 7 mensis Octobris a. 1972, Paulo Papae VI relatione per subscriptum Cardinalem, Sanctitas Sua sententiam S. Congregationis pro Causis Sanctorum ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 7 Octobris a. D. 1972.

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

L. © S.

© F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

II

ALEXANDRINA STATIELLORUM

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Teresiae Grillo Vid. Michel, fundatricis Parvarum Sororum a Divina Providentia.

SUPER DUBIO

An introducenda sit eius Causa

Eas inter regiones, in quibus saeculo xix Ecclesia Christi multos egregiae sanctitatis fructus collegit, eminet Pedemontana. Ibi enim eodem fere tempore vixerunt Sanctus Iosephus Benedictus Cottolengo, Sanctus Ioannes Bosco, Sancta Maria Mazzarello et Sanctus Dominicus Savio, Beati quoque complures et Venerabiles necnon Servi Dei, veluti Aloisius Orione, quorum Causae beatificationis vel canonizationis apud hanc Sacram Congregationem in praesentiarum aguntur. Eandem patriam sortita est et Serva Dei Teresia Grillo Michel, de cuius Causa introducenda nuper disceptatum est.

Ea ortum habuit die 25 mensis Septembris anno 1855 in pago, cui vulgare nomen *Spinetta Marengo,* intra fines dioeceseos Alexandrinae Statiellorum, parentibus Iosepho Grillo medico et Antonia Parvopassu; insequenti autem die sacramento baptismatis Ecclesiae Sanctae incorporata est. Pietatem et timorem Domini, quae in sinu familiae fiorebant, cito sibi comparavit, ita ut matrem saepe ac libenter ecclesiam frequen-

tantem sequens, ferventi religione coeperit elucere. Cum undecimum agens annum patre orbata esset, virginibus Deo sacris in Collegio a Gratiis Laude Pompeia tradita est, ut et vitam in Christo roboraret et humanam institutionem reciperet. Die 21 mensis Iunii a. 1868 primum ad eucharisticam mensam accessit, et exinde sacrosanctum Christi corpus saepe suscipere consueverat.

Absoluto curriculo institutionis et educationis, quod lectam adulescentulam deceret, die 2 Augusti a. 1877 probo et integerrimo nupsit viro, Ioanni Michel, militum duci, qui ampliorem in militia dignitatem adeptus est. Ipsi christianam familiam constituerunt in qua religio, evangelicae virtutes et observantia praeceptorum Ecclesiae vigebant. Quattuordecim annis in felici conubio, prole tamen carente, transactis, Ioannes Michel maritus die 13 Iunii a. 1891 improviso e vivis sublatus est. Famula Dei, vidua tristis ac desolata in urbem Alexandriam venit, quaerens animae suae solacium, ibique orationibus ac piis operibus vacans, et internam vocem, qua ad opera misericordiae exercenda vocabatur, persentiens, de prudentum virorum consilio, toto corde, tota anima totisque viribus, omnibus bonis suis temporalibus, non quidem paucis, in iuvamen pauperum renuntians, totam se dedit puellis indigentibus ac feminis aetate provectis ac derelictis, quae alibi refugium invenire non poterant, sublevandis. Cuius rei gratia domum emit idoneam in eaque communitatem ex puellis derelictis primisque sociabus constantem formavit. Itaque, facultate obtenta ab Episcopo celebrandae et asservandae Eucharistiae in eodem domo, fundamenta futurae Congregationis anno 1893 iecit. Die vero 8 mensis Maii a. 1899 Congregationem condidit Parvarum Sororum a Divina Providentia, eo consilio ne quod coepisset ministerium pro pauperibus periret. Alias deinde domos exstruxit extra Alexandrinae Statiellorum dioeceseos fines; tandem ab Episcopo Marianae vocata, in Brasiliam perrexit ibique plures communitates fundavit, quod et in Republica Argentina fecit.

Magna constantia propriam Congregationem dilatare et firmare studuit, quapropter non solum innumera itinera per Italiam aggressa est, sed etiam sexties ab anno 1901 ad annum 1928 Americae Meridionalis oras petivit. Graves angustias et magnas superavit difficultates in amplificanda Congregatione, in orphanis colligendis, in infirmis curandis. In quibus omnibus peragendis non parvum spirituale auxilium ei praestitit Servus Dei Aloisius Orione, conscientiae eius moderator.

Congregationem igitur, cuius prima exstitit Antistita Generalis, Famula Dei adeo firmavit ut anno 1935 *Decretum laudis,* quod vocant, ab Apostolica Sede mereretur. Constitutiones quoque pro suis Sororibus exaravit quas, ulterius recognitas, eadem Sedes Apostolica a. 1942 approbavit. Tandem meritis plena, die 25 mensis Ianuarii a. 1944, aetatis suae octogesimo nono, piissime in Domino requievit.

Cum vero sanctitatis fama, qua etiam viva ornabatur, apud Christifideles plurium nationum magis in dies cresceret, de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis Causa agi coepta est. Instructi itaque sunt processus ordinaria auctoritate annis 1953-1959 in Curia episcopali Alexandrina Statiellorum, quibus accesserunt litterae, per quas plures Patres Cardinales, Archiepiscopi et Episcopi Italiae, Brasiliae et Argentinae, Moderatores et Moderatrices Generales ordinum et congregationum Religiosorum adprecati sunt Summum Pontificem ut Causa beatificationis Servae Dei apud Sanctam Sedem institueretur. Sacra vero Rituum Congregatio die 6 Iulii a. 1963 super scriptis Famulae Dei tributis decretum edidit.

Instante denique Rev. Domino Ioanne Pirani, Congregationis Parvi Operis Divinae Providentiae, huius Causae Postulatore, habitus est die 16 mensis Maii a. 1972 Congressus peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum, quem secuta est die 14 Novembris eodem anno Congregatio peculiaris Patrum Cardinalium, in qua E.mus ac Rev.mus Dominus Silvius Cardinalis Oddi, Causae Ponens, dubium discutiendum proposuit : *An introducenda sit Causa beatificationis in casu et ad effectum de quo agitur,* deque ea rettulit. Et iidem Patres Cardinales, omnibus perpensis, suffragium tulerunt affirmativum, nempe Causam introducendam, si Summo Pontifici placuisset.

Quibus de rebus facta Paulo Papae VI die subscripto relatione, Sanctitas Sua sententiam Patrum Cardinalium ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 16 Decembris a. D. 1972.

PAULUS Card. BBRTOLI, *Praefectus*

L. © S.

© F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

III
CORDUBENSIS IN ARGENTINA

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Iosephi Leonis Torres, Sacerdotis professi ordinis B. Mariae de Mercede, fundatoris Sororum ab Infante Iesu e tertio ordine de Mercede.

SUPER DUBIO

An introducenda sit eius Causa

Latissimae feracesque Americae regiones non longe postquam christiana fides ad earum oras appulit, flores fructusque sanctitatis ferre ceperunt. Qui virtutum flos ad nostram usque aetatem perseverat.

Servus Dei Iosephus Leo Torres in pago *Luyaba,* Provinciae Cordubensis in Republica Argentina, natus est die 18 Martii anno 1819. Paulo post Deo et Ecclesiae sacramento baptismatis renatus, anno 1860 die festo Transfigurationis Domini sacramentum Chrismatis recepit. Quaenam fides ac pietas in eius familia viguerint, ex eo conici potest quod prius duae Famuli Dei sorores vitam religiosam amplexae fuerant, deinde anno 1863 cum decimum quintum aetatis annum ageret, ipse in Ordinem B. Mariae V. de Mercede admitti postulavit. Et quidem, inter adspirantes cooptatus, et studiorum gymnasialium curriculum emensus, in Novitiatum die 30 Octobris anni 1867 receptus est. Hoc probationis tempore indubia fidelitatis et perseverantiae signa praebuit, nam cum crudelissimus morbus, cholera dictus, urbem Cordubam conflictaret, et ipsa domus novitiatus in publicum valetudinarium conversa esset, Servus Dei, ceteris fugientibus in ea permansit. Inde meruit die festo Omnium Sanctorum anni 1868 prima vota emittere coram P. Commendatore Ordinis.

Ordinis itaque de Mercede sodalis factus, studiis philosophicis ac theologicis operam dedit. Anno 1872 inter clericos receptus, insequenti anno primum diaconus, dein sacerdos ordinatus est. Quam opinionem de iuvene presbytero Superiores Ordinis de Mercede habuerint ex eo patet quod sequenti anno eum Magistrum Novitiorum elegerunt et post tres tantum annos Magister Generalis eum Vicarium Provincialem totius Argentinae nominavit.

Exinde Famulus Dei toto corde ac viribus se restaurandae religiosae disciplinae dedit, canonicam visitationem communitatum peragens, litteras circulares mittens, monita et praecepta suis fratribus tradens.

Eius scripta ad regimen spectantia prudentiam, caritatem, fidelitatem erga spiritum religiosum necnon firmitatem animi in abusibus corrigendis patefaciunt. Circa quod animadvertendum est tunc temporis in illa Provincia, ob plures, etiam externas, circumstantias, disciplinam religiosam in gravi discrimine positam esse. Hinc Servus Dei non parum adlaborare debuit ut observantiam votorum et constitutionum ad pristinum fervorem revocaret. Munere Provincialis magno plausu Superiorum et sodalium functus est, quippe qui sexies ad idem officium sit ascitus. Labores autem quos in Ecclesiae servitium et Ordinis sui ut Superior sustinuit, minime obstabant, quominus simul ministerium sacerdotale, praesertim praedicationis ac confessionum, exerceret.

Ad puellas et adulescentulas divina humanaque scientia imbuendas et ad optimos mores rectamque vivendi rationem formandas, die 1 Octobris anno 1887 Servus Dei Congregationem Sororum a Iesu Infante e Tertio Ordine de Mercede condidit, habitu Ordinis coram Archiepiscopo Cordubensi decem devotas feminas induens. Ab illa die, ut Director, bonum spirituale et materiale huius Congregationis indefesso animo promovit, quam Magister Generalis inter Instituta ad Ordinem pertinentia adnumeravit. Servus Dei ad Sorores spirituales exhortationes, atque haud pauca monita et praecepta ad regimen et disciplinam spectantia misit, tandem pro eis Constitutiones exaravit. Eius opera Congregatio Sororum varias Reipublicae Argentinae et Uruguayanae regiones, adhuc eo vivente, diffundebatur. Et tanto spirituali vigore ac soliditate eandem Congregationem relinquit, ut anno 1931 Sedes Apostolica earum Institutum decreto laudaverit.

Tandem post vitam in laboribus et sollicitudinibus regiminis transactam, indefatigatus ac sollers operarius, cum octogesimum primum aetatis annum ageret, spiritum Deo reddidit die 15 Decembris anno 1930.

Sanctitatis fama, qua etiam vivens fulgebat, in dies percrebrescente, Processus ordinaria potestate super eadem sanctimoniae fama illiusque scriptis et cultu publico eidem non praestito instructi sunt in Curia Cordubensi in Argentina annis 1957-1959 atque ad Sacram Rituum Congregationem transmissi. Postulatoriae etiam litterae Summo Pontifici adhibitae sunt, quibus Patres Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi plures, virique tam ecclesiastica quam civili dignitate insignes, efflagitabant ut causa beatificationis Servi Dei introduceretur. Sacra vero Rituum Congregatio die 27 mense Ianuario anno 1962 scriptis eiusdem Servi Dei perpensis, nihil obstare decrevit quominus ad ulteriora procederetur.

Instante demum Rev. P. Aloisio Aquatias a S. Corde, Postulatore Generali Ordinis B. Mariae Virginis de Mercede, habitus est die 21 Iunii anni 1972 Congressus peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum, quem secuta est Congregatio peculiaris die 4 Novembris 1972, in qua E.mus Cardinalis Arturus Tabera Araoz, loco ac vice Cardinalis Ferdinandi Cento, Causae Ponentis, dubium proposuit discutiendum : *an introducenda sit causa beatificationis, in casu et ad effectum de quo agitur,* et de ea rettulit. Patres autem Cardinales, qui convenerant, omnibus coram Domino mature perpensis, suffragium tulerunt affirmativum, causam videlicet introducendam esse, si Summo Pontifici placuisset.

Et subsignata die, referente de praemissis omnibus infrascripto Cardinali, Paulus Papa VI hanc sententiam ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 16 Decembris a. D. 1972.

PAULUS Card. BBRTOLI, *Praefectus*

L. © S.

© E. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

IV

LAUDENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Petri Dominici Trabattoni, Sacerdotis saecularis fundatoris Domus Divinae Providentiae in pago v. « Maleo ».

SUPER DUBIO

An introducenda sit eius Causa

Sacramento ordinis Christo configurati, sacerdotes peculiari tenentur officio illam perfectionem acquirendi, quam omnes Christifideles persequi debent. Illi enim, gratia sacerdotali consecrati, non solum viva Aeterni Sacerdotis instrumenta fiunt in bonum fratrum, sed etiam, dummodo docibiles sint Spiritui Christi qui eos vivificat, in vita spiritus firmantur (Cf. Conc. Vat. II, *Presbyterorum Ordinis,* n. 12). Itaque mirum non est Ecclesiam, Christi Sponsam, non solum plurimos pios sacerdotes sed etiam non paucos clara virtutum laude ornatos suscitare. Inter quos recensendus est Servus Dei Petrus Dominicus Trabattoni.

Famulus Dei natus est Sebini, dioecesis Brixiensis intra fines, die 26 Februarii anno 1848, prope eiusdem nominis lacum, tertius e septem filiis a Caietano et Teresia Bersani Dossena generalis, ac post tres dies sacramento baptismi Ecclesiae renatus. Pater proprio labore uxorem et filios nutriebat. Pietas tamen et morum integritas parentum paucitatem opum longe superabant, quapropter filii in convictu amoris et serenitatis animorum pleno crescebant. Cum vero Petrus Dominicus septimum aetatis annum ageret, fere eodem tempore, primum patre, dein matre orbatus est et in domum avorum receptus.

Prima institutione peracta, adulescens operam locavit in quadam aromatum taberna. Sed iam tunc et pietate augescebat et intimo corde ad sacerdotium se vocatum sentiebat, unde scholae publicae ab avo traditus studia litterarum persecutus est, donec sexdecim annos natus in seminarium Laúdense ingressus est ac vestem clericalem induit. Disciplinae seminarii amanter se subiciens, tanta assiduitate virtutibus et scientiarum studiis vacavit, ut iam sequenti anno meruerit tonsuram recipere.

Die 21 Augusti anni 1870, vigintiduos vix annos natus, presbyter ordinatus est et exinde, gratia sacerdotali roboratus, se totum in servitium Ecclesiae impendit. Primum enim rector ecclesiae ruralis Sancti Francisci prope oppidum Maleo nominatus, non solum cultui fovendo divino ac spirituali fidelium curae institit, sed etiam zelo gloriae Dei impulsus Evangelium Domini extra dioecesis fines praedicare coepit, in quibus laboribus apostolicis interdum Servum Dei Vincentium Grossi socium habuit. Parochus pagi v. Maleo ac Vicarius foraneus renuntiatus, die 29 Septembris anno 1884, muneris possessionem cepit ac deinceps novo vigore ministerio sacerdotali et saluti animarum procurandae operam dedit. Mira pietate coniunctionem cum Deo colebat non solum cum in persona Christi Eucharisticum sacrificium litabat, vel Ecclesiae nomine Divinum Officium persolvebat, sed etiam in quotidiana oratione mentali et in ipso ministerio cor in Deum elevans. Mortificationis et paenitentiae clara exempla dabat, sed praesertim pastoralis zeli in verbo Dei praedicando, in confessionibus fidelium assidue audiendis, in visitandis infirmis, in pueris catechesi imbuendis. Peculiarem curam adhibebat iis qui ad exteras regiones, paupertate coacti, migrabant. Aliquas pias associationes instituit, quas inter Consociationem Filiarum B. Mariae Virginis, necnon Collationes Sancti Vincentii a Paulo, simulque in puerorum institutionem amplum Oratorium exstruxit et apparavit. Ita effecit, ut fideles quos in servitio Dei tepidos vel erga

Ecclesiam non recte dispositos invenerat, paulatim ad vitam christianam et ad amorem Ecclesiae converteret.

Quem ad finem haud parum contulit illa sollicitudo, qua pius parochus de precaria et infirma condicione oeconomica fidelium urgebatur. Vocem Leonis Papae XIII audiens, qui in Litteris Encyclicis quae a verbis incipiunt *Berum Novarum,* dignitatem laboris et iura opificum proclamaverat, Servus Dei voluit non solum effectus iniustitiae operibus caritatis lenire, sed etiam eadem caritate impulsus pro iuribus eorum viriliter pugnare, qui duro gravique labore propriam quidem familiam sustentabant sed ad progressum totius societatis aliorumque opes cumulandas efficaciter cooperabantur. Societates agricolarum instituit et mulierum, quae in opifìcio stamina netebant, ut consociati validius propria iura propugnare valerent. Similiter mensam pecuniae instituit in auxilium agricolarum, una cum consociatione pro operariis ; tandem Domum Divinae Providentiae erexit in quam senes derelicti fraterno amore reciperentur. In his omnibus condendis et moderandis magna fortitudine adversa riis restitit qui vel sacerdotem nolebant de bono opificum sollicitum, vel eius opera in unam vel alteram partem trahere conabantur. Dum vero pro bono materiali fidelium laborabat, impensius Evangelium Christi praedicabat, fideles ad amorem Dei et caelestium bonorum hortando et proprio vitae exemplo praedicationem confirmando.

Notitia eius vitae et inceptorum extra fines dioecesis Laudensis diffusa est, ita ut anno 1916 inter Praelatos domesticos a Romano Pontifice adnumerari mereretur. Senio et labore confectus Kalendis Februarii anno 1929 munere parochi se abdicavit, quo per quadraginta annos in eadem paroecia perfunctus erat, et se in Domum Divinae Providentiae a se ipso conditam recepit. Tandem, sequenti anno 1930, die 14 Septembris, postquam Deo et Ecclesiae sexaginta annos ut sacerdos ferventi pietate clarisque operibus servierat, spiritum exhalavit. Cuius mors omnes fideles summo maerore affecit, qui magna frequentia ei parentarunt.

Sanctitatis fama, qua vivens fruebatur, post eius obitum clarius erupit, confirmata gratiis quae eius intercessione obtentae dicebantur. Itaque Processus Informativus Ordinarius super eadem fama sanctitatis in Curia Laudensi instructus est a die 23 Octobris anni 1957 ad diem 8 Octobris anni 1958. Quibus inquisitionibus Romam delatis, Sacra Rituum Congregatio, scriptis Servi Dei perpensis, ut ad ulteriora procedi posset die 21 Octobris anni 1965 edixit. Quapropter, instante Rev.

P. Theodore- Zamalloa, O. Ss.mae Trinitatis et huius Causae Postulatore, die 12 Iulii 1972 habitus est peculiaris Congressus S. Congregationis pro Causis Sanctorum, quem secuta est Congregatio peculiaris die 14 Novembris a. 1972, in qua E.mus Cardinalis Silvius Oddi, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit discutiendum : An introducenda sit Causa beatificationis, in casu et ad effectum de quo agitur, et de ea rettulit. E.mi Patres Cardinales, qui aderant, omnibus mature perpensis, affirmative responderunt, seu Causam introducendam esse, si Summo Pontifici placuisset.

Quibus de rebus facta demum subscripto die Summo Pontifici Paulo Papae VI relatione per infrascriptum Cardinalem, Sanctitas Sua sententiam Patrum Cardinalium ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 16 Decembris a. D. 1972.

PAULUS Card. BERTOLI, *Praefectus*

L. © S.

© F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

V

NEAPOLITANA

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Iosephi Moscati, Viri laici medici atque professoris in Neapolitano Athenaeo.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Concilium Vaticanum II laicorum partes « *in missione Ecclesiae proprias et omnino necessarias* » agnoscens et dilaudans, eosdem « *ad impensiorem et latiorem apostolatum* », prout hodiernae condiciones poscunt, exercendum, enixe adhortatur, cum « *suas partes in missione populi Dei* » explentes, ((*ad rerum temporalium ordinem spiritu evangelico perfundendum ac perficiendum* » valde efficaciterque conferre possint (Decr. *Apostolicam Actuositatem,* nn. 1 et 2).

Profecto, haud pauci recentiore aetate exstiterunt viri laici, seien-

tia ac religione praestantes, qui Oecumenici Concilii monita et vota quodammodo praevenientes, vitae sanctimonia aliisque rebus praeclare gestis, insigne Christi testimonium mundo perhibuerunt, tum ad christiani populi aedificationem tum ad spiritualem civilis societatis provectionem.

Quos inter, Iosephum Moscati, medicinae scientia et arte clarissimum, vividiore quadam luce splendere conspicimus, prout ex iis, quae dicentur patebit.

Natus est Dei Servus in urbe Benevento die 25 Iulii anno 1880, atque, in sacro baptismi fonte die 31 Iulii regeneratus, parentibus morum honestate ac religione conspicuis Francisco Moscati et Rosa De Luca, qui novem quos genuerant filios in via Domini optime educarunt.

Acris ingenii puer, sicut animi suavitate ita et spectatissimis moribus ac pietate ornatus cunctis videbatur. Catecheticae enim interesse institutioni, instanter orationi vacare, obsequiosam parentibus reddere vicem, sedulam studiis impendere operam, verae vitae addiscere modos, pauperes egenosque piis caritatis fovere subsidiis : haec eius fuit, adolescente aetate, constans vitae regula ac norma.

Lycei studiorum emenso curriculo, Neapolitano Athenaeo, artem medicam excolendi causa, nomen dedit ; atque, cum doctoris lauream summa cum laude anno 1903 esset assecutus, in eiusdem pernobilis artis exercitatione per quinque ferme lustra, quoad vixit, nobile ingenium viresque insumpsit, magnam de se excultorum hominum admirationem excitans gratamque populi memoriam.

Postquam autem celebri Neapolitano nosocomio, quod *degli Incurabili* nuncupatur, medicus primarius est praefectus, cotidianam et indefessam operam in infirmis cuiusvis generis pauperioribus praesertim vel in domibus privatis curandis numquam intermisit, quos sollicita caritate tamquam amicus et pater complectebatur, fidei etiam rudimentis imbuebat, optimis consiliis et adhortationibus fovebat, devios ad meliorem frugem revocare, bonos in christianae vitae propositis firmare satagens. Quae omnia non terreni lucri aut emolumenti, sed certi ac definiti apostolatus gratia Servus Dei constanter persecutus est, de corporali haud minus ac spirituali proximorum salute sollicitus, ut dum corporibus mederetur, animos etiam sauciatos vitiis vel vitae angoribus exacerbatos peramanter curaret et erigeret.

Insuper, qua eximia pollebat humanarum disciplinarum scientia ac peritia, Neapolitano studiorum Universitatem tum egregio cathe-

drae magisterio inde ab anno 1911 et per subsequentes sexdecim vitae annos, tum scientificis de re medica et tberapeutica pervestigationibus, tum libris ac dissertationibus haud minus triginta, alta rerum intuitione conspicuis validisque ad artis salutaris progressum adiumentum praebentibus ideoque, meritis laude cumulatis, egregie illustravit.

In his omnibus Dei Servus alacrem coniungens cum religiosa pietate navitatem, spiritu vere a caducis rebus ac cupiditatibus penitus abstractus, vitam duxit absconditam cum Christo (cf. *Col.* 3, 3), ac Dei gloriam fratrumque suorum salutem unice intendit. Quod autem perfectam eiusmodi vitae christianae rationem Iosephus Moscati in saeculari condicione inierit constanterque tenuerit, inter mundi pericula ac tentationes plane innumera, in iis temporum locorumque adiunctis quae apertae fidei pietatisque professioni haud levi impedimento erant, id profecto amplioris laudis et admirationis argumentum est.

Servus Dei ad actuosissimae vitae finem immaturae, veluti repentina morte, Neapoli die 12 Aprilis anno 1927 adductus est, dum visitandis curandisque infirmis, ut cotidie ei moris erat, peramanter intenderet. Nec tamen improvidus ad extremum vitae terminum accessisse dicendus est, qui in universa vita sua Deum summe dilexit, divinae voluntati fidelissime inhaerens, eoque ipso mane, ut suavissimus ac cotidianus usus inde ab adolescentia fuerat, Eucharistico pane devotissime refectus ac roboratus.

Itaque Servus Dei, qui propriam missionem inter saecularia munera et officia accuratissime explevit, atque in Dei amore proximorumque servitio constantissime perseveravit, genuinam ac praefulgidam praefert hominis Dei imaginem, huic nostrae aetati apprime congruentem et aptam, iis praesertim qui inter saeculares curas vitam agere debent, praeclarum exsistens exemplum bonorum operum « *in scientia, in longanimitate, in suavitate, in caritate non ficta, in virtute Dei per arma iustitiae* » (cf. *Tit.* 2, 7; *2 Cor.* 6, 6-7).

Sanctitatis fama, qua Servus Dei vivens fruebatur, magis post eius obitum increvit, adeo ut, quadriennio vix elapso, Ordinariae Inquisitiones apud Neapolitanam Curiam a. 1931 inchoatae fuerint, ac deinde, Commissione Introductionis Causae die 6 Martii a. 1949 signata, Apostolicus Processus super virtutibus annis 1950-1952 rite adornatus.

Eiusmodi virtutes tum theologicas tum cardinales aliasque iis adnexas, pro eius vitae statu ac condicione, supra communem aliorum christifidelium modum, qui heroicus dicitur, Servum Dei continenter

exercuisse, testes omnes nno ore praedicant; quod et unanimi voto feliciter comprobatum est tum in Peculiari Praelatorum ac Patrum Consultorum Congressu die 7 mensis Novembris a. 1972 habito, cum in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium die 19 Decembris eodem anno celebrata, Causae ponente seu relatore Rev.mo Pericle Cardinali Felici.

Summus autem Pontifex Paulus VI, cui praedicta omnia relata sunt, sententiam Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ratam habuit et confirmavit iussitque decretum super Servi Dei virtutibus heroicis conscribi.

Hoc denique die Sanctitas Sua, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto et Pericle Felici, Causae ponente, meque Antistite a secretis aliisque vocari solitis, iisque adstantibus, sollemniter edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de Cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Iosephi Moscati, medici atque professoris in Neapolitano Athenaeo, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta huius S. Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 10 Maii a. D. 1973.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

L. & S.

83 Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

VI

ROMANA

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Teresiae Zonfrilli, Sororis professae congregationis Filiarum a Domina Nostra ad montem Calvariae.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Perplurimos Christi asseclas sanctitatis viam in humilitate et simplicitate cordis tereré hoc nostro volvente saeculo edocuit Sancta Te-

resia a Iesu Infante, dictum Salvatoris eorum in mentem revocans : *((Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum caelorum »* *(Mt.* 18, 3). Quos inter humilis se nobis offert sodalis Congregationis Filiarum Dominae Nostrae ad Montem Calvariae, Soror Maria Teresia Zonfrilli, quae et nomine assumpto et tota vitae ratione sanctae virginis Lexoviensis vestigia sectari sibi proposuit.

Ipsa, in Italica urbe episcopali Ponte Curvo, die 5 mensis Februarii anno 1899 nata est e Caietano et Teresia Zonfrilli, novem liberorum parentibus, fortunis sat bonis ditatis vitaeque probitate ac religione commendatis. Baptismi lavacro die a nativitate tertio Deo renata, nomen accepit Mariae Franciscae. Sub matris disciplina ad pietatem optime informata, puella sex annorum Sororibus Dominae Nostrae ad Montem Calvariae in eodem loco commorantibus litterarum elementis imbuenda traditur; apud quas docilem, oboedientem, sedulam, modestam caritateque plenam se praebuit. Cum octavum ageret aetatis annum, Christi Corpus primo suscepit. Schola sexta, ea tempestate postrema curriculi litterarii, rite absoluta, suendi et acu pingendi artem didicit. Matri adiumento fuit ad domus negotia, vel ingrata, expedienda, fratribus natu minoribus sedulam curam et custodiam adhibendo. Vivaci praedita indole, se prompte coërcebat ita ut, divina auxiliante gratia, hilarem se ostenderet semper, comem, patientem, humilem. Ad saeculi amores eiusque pompas numquam deflexit, cultu semper modesto ornata, illas tantum sibi aequales amicitia devinciebat quae virtute essent praestantes. Quotidianas fundere preces numquam omittebat ; quinimmo, singulari iam tum pietate fulgens, singulis diebus ecclesiam adibat ut Missae sacrificium participaret et eucharistico se reficeret pane, vel ut Christum sub sacramenti speciebus latentem adoraret et de eius nostrae salutis causa perpessis doloribus meditaretur. Paenitentiae sacramentum octavo quoque die obibat, conscientiae moderatorum praeceptis apprime parens. In tradenda pueris christiana doctrina parocho erat auxilio, cumque loci sanctimonialibus arctam servavit consuetudinem, ipsarum apostolicae navitatis socia. Honestas semel et iterum oblatas sibi nuptias praefracte refugii, ut uni Deo placeret ac serviret.

Quae, dum in saeculo viveret, se totam Deo permittebat, religiosae vitae desiderium iampridem versaverat animo; sed hoc consilium suum nemini palam fecit, ne praepropera manifestatione ipsi rei detrimentum pararet. Cum undevicesimum aetatis annum complevisset, divinam vocationem suis demum patefecit ; qui vero fere omnes, imprimis pater et matertera, nihil reliquerunt intentatum ut eam a sancto proposito remo-

verent. Sed incassum ; nam ipsa, parentum consensu tandem obtento, die 23 mensis Novembris a. 1918 Romam petiit ut Congregationi Filiarum Dominae Nostrae ad Calvariae Montem nomen daret, inter cuius sodales soror eius natu maior adscripta erat.

Probationis tempore transacto, Serva Dei religionis habitum, nomine Mariae Teresiae imposito, die 23 mensis Martii a. 1920 induit; atque tirocinio emenso, die 30 mensis Novembris a. 1921 votis paupertatis, castimoniae et oboedientiae Christo Domino se obligavit, quae anno 1933 mense Maio in perpetuum renovavit. Post emissam professionem, Superiorissae oboediens voluntati, scholam magistris instituendis adiit, ut ludi magistrae diploma assequeretur, sed paucis mensibus post aegrotare coepit et studia intermittere coacta est. Sanitatis recuperandae causa ad varias sui Instituti domos missa et varia hic illic officia adimplens : puellis adsistebat, quas ad Deum attrahere satagebat et ad virtutis exercitium assidue alliciebat ; in nosocomio Viterbiensi velut angelus consolationis aegrotis aderat; mox tabernae medicamentariae addicta, Oeconomae generali suae Familiae ut adiutrix attributa, orphanis regendis addicta ; ubique ancillam Dei fidelissimum se praebuit et religiosae perfectionis exemplar.

Deo intima unione coniuncta et orationis spiritu in seipsa semper collecta erat. Erga Ss. Trinitatem nec non Eucharistiae Sacramentum admodum flagrans pietate, divinae voluntati peramanter adimplendae se peculiari voto adstrinxit. Deiparam Virginem filiali cultu prosecuta, rosarii marialis preces fundere in deliciis habebat. Caelesti Patri veluti filia fiducialiter se committebat atque in Iesum Infantem et Christi Passionem ferventi devotione ferebatur. Ecclesiae catholicae ex animo dedita, pro illius necessitatibus, imprimis pro sacerdotibus atque pro religiosis vocationibus Deo continenter supplicabat; illiusque Summum Pontificem et administros obsequio peculiari colebat. In sodales sorores caritatem sedulo exercebat. Micuit praesertim in ipsa regularis disciplinae assidua observantia atque talis vitae communis amor ut a quavis singularitate longe refugeret. Eluxere autem Servae Dei virtutes splendidiores in perferendis diutinis infirmitatibus acutisque doloribus, quibus per plures annos ad mortem usque cruciabatur. Etenim, vota temporaria vix nuncuparat et studiorum curriculum inierat, cum ab his exercendis ob labef acta tam salutem desistere coacta est. Post varias, quas diximus, commorationes valetudinis causa susceptas, Romam anno 1927 revocata est, ubi, ut a gastrica ptosi curaretur chirurgicae sectioni subiecta fuit, sed frustra. Quapropter in infirmorum sede Domus pri-

mariae Instituti ab anno 1930 ad annum usque 1934 lecto degens, veluti amoris victimam Deo se offerens, invicta patientia, nulla prorsus querela, tum corporis dolores tum quarundam sodalium, quin et superiorum, haud rectam aestimationem morbi silens et amans toleravit.

In huiusmodi virtutum fulgore perseverans, die tandem 20 mensis Ianuarii a. 1934, aetatis suae trigesimo quinto, morientium recreata sacramentis, animam placidissime Deo reddidit.

Quamvis in vita huius Famulae Dei singulares desint res gestae atque insolita et extraordinaria desiderentur facta, quae hominum mentem stupore percellant, ipsa tamen christianas virtutes eum coluit in modum ut heroica praeditae sint qualitate tum ob fidelem et continuatam divinorum praeceptorum custodiam, tum ob perfectam eorum omnium, quae proprii muneris essent, observantiam. Quapropter praeclarum se praebet ipsa adulescentulas et iuvenibus, ac potissimum virginibus Deo sacris, exemplar imitandum, nuntiumque christifidelibus omnibus ac testimonium affert arctae cum Deo unionis filialisqne in caelestem Patrem fiduciae, quibus etiam aegritudines ac dolores non solum immutata patientia, verum etiam hilari vultu laetoque animo perferantur eaeque salutarem efficiant apostolatum.

Sanctitatis fama, qua tum apud sodales sui Instituti tum apud externos vivens gaudebat, in dies percrebrescente, quam Deus miris rebus visus est confirmare, Causa de beatorum Caelitum honoribus Famulae Dei decernendis coepta est agi. Instructis itaque processibus, quos ordinarios vocabant, inde ab anno 1940 apud Urbis Vicariatum, qui post annos quattuor absoluti sunt. Rogatorialis quoque processus in loco natali Servae Dei, Ponte Curvo, adornatus est; qui omnes ad S. Rituum Congregationem delati fuerunt.

Servatis itaque de iure servandis, post decretum super scriptis die 2 Ianuarii a. 1949, Servae Dei causam apud Apostolicam Sedem esse introducendam Pius Papa XII die 19 mensis Novembris a. 1957 edixit. Apostolicis subinde processibus super virtutibus in specie constructis iisque validis agnitis, quaestio apud S. Congregationem pro Causis Sanctorum super iisdem virtutibus theologalibus et cardinalibus Servae Dei agitata est, primum in Congressu Peculiari die 18 mensis Aprilis a. 1972, deinde eodem anno die 4 Iulii mensis in Plenaria Patrum Cardinalium Congregatione, in qua Rev.mus Cardinalis Pericles Felici, Causae Ponens seu Relator, sequens dubium discutiendum proposuit: *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Tempe-*

rantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur. Et Rev.mi Patres Cardinales, S. Congregationi pro Causis Sanctorum praepositi, omnes affirmando responderunt.

De hisce omnibus facta, die 7 mensis Octobris anno eodem 1972, Summo Pontifici Paulo VI relatione, Sanctitas Sua sententiam eiusdem Sacrae Congregationis ratam habuit et confirmavit iussitque decretum apparari super heroicis virtutibus Servae Dei.

Et hodierno tandem die idem Summus Pontifex ad se accivit subscriptum Cardinalem necnon Cardinalem Periclem Felici, Causae Ponentem, meque Antistitem a secretis ceterosque vocari solitos, eisque adstantibus praesens decretum confirmavit et promulgavit edicens : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Teresiae Zonfrilli, Sororis Congregationis Filiarum a Domina Nostra ad Montem Calvariae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 10 Maii a. D. 1973.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

VII

ROMANA SEU ALBANENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Ioannis Merlini, Moderatoris Generalis Congregationis Missionariorum Pretiosissimi Sanguinis D.N.I.C.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Erit sanguis agni vobis in signum. Hanc sententiam, de libro Exodi (12, 13) deprompta, qua Sanguis Christi per imaginem egregie significatur, Servus Dei Ioannes Merlini, tertius moderator generalis

Congregationis Missionariorum Pretiosissimi Sanguinis, perinde ac legifer pater et magister eius, S. Gaspar Del Bufalo, libenter usurpabat. Quae quidem sententia quasi in vexillo erat inscripta eorundem, qui contra mala aetatis suae pugnabant. Sub signo Sanguinis Christi Famulus Dei vitam transegit, conatus animose suscepit ad perfectionem consequendam, mirabilem operositatem apostolicam exercuit.

Ioannes Merlini intra fines Civitatis Pontificiae, post infractam Napoleonis potentiam, vitam duxit et sedulo naviterque fecit. Temporibus vero illis seditiones exoriebantur, opinationes minus rectae, sed animum allicientes, serpebant, praedatores grassabantur in Latio inferiore, Italicae unitatis componendae studia et incepta fervebant. Tot ac tam asperi motus afferebant difficultates non leves vitae Ecclesiae in Italia, efficientes, ut religio et mores populi imminuerentur. Servus Dei, una cum Sanctis, qui illa aetate fuerunt, multum contulit, ut christiana vita refloresceret et civitas Dei defenderetur. Affuit Summo Pontifici, supremum eius ministerium precibus, consilio, actione suffulciendo.

Qui cum eruditione et doctrina floreret, fide penitus esset imbutus, necessitates temporis pernosceret, prospiceret futurum, perfectam quandam imaginem missionarii, ad rationem Fundatoris conformati, prae se ferebat. Multiformi deditus apostolatui, non solum illud veluti patrimonium religiosum et civile prudenter restituit, sed et sagacem se praebuit in aedificando, siquidem et opera pietatis caritatisque excitavit et, per totius fere vitae cursum, id maxime est persecutus, ut certo stabilique modo disponeret, solidaret, incrementis augeret instituta a S. Gaspare condita : Missionariorum et Adoratricum Pretiosissimi Sanguinis.

Ioannes Merlini, tertius e tredecim filiis, natus est Spoleti die 28 mensis Augusti anno 1795, ex Aloisio et Antonia Claudi Arcangeli, qui christianis praefulgebant virtutibus. Postero vero die per baptismi lavacrum renatus est Deo. Ad instituendum pietate animum praesertim sodalibus Oratorii S. Philippi Nerii est usus magistris. In quorum schola didicit praefervidam compescere indolem ac Deo servire cum libertate atque laetitia. Ad capessendum sacerdotium propensus, anno 1809 vestem induit clericorum. Parentes autem eum noluerunt esse seminarii alumnum, sed statuerunt, ut pontificium obiret gymnasium, quod tum potissimum commendabatur et docentium eruditione et studiorum gravitate. Ibi puer enituit acri ingenio, diligentia bonisque moribus. Tempus honesto otio destinatum in catechesi tradenda adulescentibus

et pauperibus insumpsit. Die demum 19 mensis Decembris anno 1818 sacerdos inauguratus, postridie in ecclesia S. Philippi Nerii primum hostia divina litavit, multitudine fidelium astante, qui eius virtutem zelumque admirabantur.

Postquam annum et dimidium in ministerio dioecesis ut sacer orator et iuventutis spiritualis curator est impigre versatus, in pagum S. Felicis a Iano, prope Spoletum, se contulit, fama S. Gasparis adductus, ut ibi ad spirituales exercitationes, illo moderante, incumberet. Hac congressione vita eius est prorsus mutata : etenim die 15 Augusti anno 1820 Missionariis Pretiosissimi Sanguinis se aggregavit, apud quos moderationi sancti conditoris se commisit, non paucos inde fructus percepturus. Etenim maiorem assecutus est spiritus libertatem et rectius ac iustius de hominibus et rebus valuit aestimare, quippe qui ad severitatem esset proclivior ; imprimis vero adiumentum accepit ad superandum impedimentum, quo ei in via perfectionis maxime obstabat : iracundiam, in quam erat praeceps ingenio. Vitam igitur magistri in se referre annisus, eo progressus est, ut lenitas ipsa esse videretur et a Fundatore Congregationi tamquam exemplum proponeretur.

Ioannes Merlini veri nominis missionarius, dotibus naturalibus et supernaturalibus affatim ornatus, paulatim evasit, qui testimonium mandati divini credibile redderet ; elucebat in eo vita interior impensa, absoluta morum integritas, sapientia, mens aequabilis et constans, animus pronus ad genuina bona humana fovenda, artibus non exceptis. Callens enim architecturam, ecclesias ac domos Congregationis suae ipse delineavit; et dum aedificium aliquod exstruebatur, opificibus libenter se adiungebat, de laboribus eorum cognoscens et, opportunitate temporis oblata, de rebus spiritualibus serens sermonem.

Ex quo Fundatorem convenit, eius animae vita aliam etiam lucem aliamque alimoniam hauriebat ex mediatione mysterii primarii salutis nostrae, quod Sanguine Christi continetur. Ut S. Gaspar, et ipse hunc habuit supremam amoris divini significationem, fontem omnis purificationis et veniae, cunctorum remedium maiorum, pignus vitae aeternae. Hic amor eius in Sanguinem Christi in celebrando Sacrificio Eucharistico effulgebat, quod animo ferventi semper immolabat. Testis quidam haec de eo dixit : « Satis est eum Missam celebrantem videre, ut Sanctus prorsus existimetur ». Sacris praedicationibus et scriptis editis huius salutiferi Sanguinis effectus est apostolus. Eius quidem opera et studio evenit, ut festum Sanguinis D. N. I. C. in Calendarium Ee-

clesiae universae induceretur; quod a Pio IX, Caietae exsulante, die 10 Augusti anno 1849 impetravit.

Vita eius interior etiam amore erga Deiparam Virginem nutriebatur. Quae pietas erat solida ac tenera, sed aliena ab inani animi mollitia, ut qui esset vir firmus et constanti praeditus voluntate. Eius laudes et misericordiae munera praedicabat, eius frequentabat sanctuaria, ex quibus duorum aedificandorum rationem ipse delineando instituit.

Neque eius animo defuit obsequium in Summum Pontificem, pro quo preces ad Deum fundebat et fundere iubebat, exemplo motus S. Gasparis, qui Supremi Ecclesiae Pastoris causa exsilium et carcerem sustinuerat. Consueverat ipse dicere : ((si quis a Papa stat, errat numquam ». Omni ergo, quo poterat, modo temporibus illis perdifficilibus Pium IX studuit consolari, qui vicissim magna eum prosequebatur dilectione.

Mutua vero opera inter S. Gasparem et Servum Dei diuturna fuit atque frugifera. Ille enim, postquam hunc quibusdam Missionariorum communitatibus praeposuit, secretarium generalem nominavit et, praesertim postremo vitae tempore, eius adiutorio magis magisque est usus. Ei regulam dictavit, quae anno 1841 a Gregorio XVI fuit approbata.

S. Gaspar, Ioannis praestabilem vitam interiorem et peritiam in moderandis animabus agnoscens, anno 1824 B. Mariam De Mattias, Fundatricem Adoratricum Pretiosissimi Sanguinis, dirigendam in viam perfectionis ei concredidit. Servus autem Dei diligens ac sollers magister eiusdem fuit, donec anno 1866 ipsa Romae de vita decessit. Instituto etiam eius, anno 1834 condito, curas adhibuit regulasque conscripsit, ((articulis primariis » usus, quos S. Gaspar ipse composuerat. Hic Servo Dei etiam illos, qui futuri essent missionarii, instituendos commisit.

Fide certa dives et promptus, spe viva erectus, caritate, limitum nescia, incensus, verus hic missionarius 50 fere annos Italiam mediam, a regione Flaminia usque ad Campaniam perlustravit, populum sacris missionibus erudiens, sacerdotes, religiosos et laicos spiritualibus exercitationibus salubriter corroborans aliusque generis praedicationibus promovens pietatem ; e quibus fructus percepti sunt uberes.

Tam prosperi autem exitus proficiscebantur a coniunctione cum Deo, quae ex eius vultu et verbis apparebat. Oratione, paenitentia, studio ad eiusmodi opera se composuit ; in dicendo doctrina firma sociabatur rari exempli simplicitati, ita ut ab omnibus, etiam humillimis, ipse intellegeretur. Mira fuit benignitate erga peccatores, ac singulariter capax

ad tollendas discordias et ad odia restinguenda ; quapropter « angelus pacis » passim appellabatur.

Praedicationi vero iunxit colloquia in confessionum sede et extra, quippe qui ut moderator conscientiae plurimum expeteretur. Normas quoque, sapientiae plenas, confessariis suae Congregationis reliquit. Summa cum prudentia per 25 annos eidem praefuit Congregationi, quam spiritali et apostolico vigore provexit.

Quo in munere gerendo vebementissimum amorem in pauperes ostendit, statuens, ut caritas, sive spiritualis sive materialis, in omnibus communitatibus coleretur, et ut hae essent quasi missiones continuae in populo. Sed et ipse fuit studiosissimus paupertatis, qui, cum moreretur, vestes suas omnes inter egenos distribuisset.

Cum igitur uni Deo solisque animabus dixisset, Romae adverso casu in extremum discrimen est adductus. Cum enim in vigilia Nativitatis Domini anno 1872 ad ecclesiam S. Andreae Apostoli de Hortis se conferret, curru quodam est obtritus. Sacramentis Ecclesiae refectus et Benedictione Summi Pontificis recreatus, die 12 mensis Ianuarii anno 1873 e vita migravit.

Pius IX, obitus nuntio accepto, ad astantes dixit : « Audistis Ioannem Merlini, moderatorem generalem Missionariorum Pretiosissimi Sanguinis, esse demortuum. Fuit praeclarus Servus Dei; sane magnum damnum capimus ex amissione huiusmodi hominum, qui tantum valent apud Deum ».

Hoc praeconium Summi Pontificis temporum decursu non est extenuatum, sed adhuc vim suam obtinet totam. Ioannes sacerdotibus, qui nunc sunt, exemplo praelucet germani sacrorum administri, utpote qui fidelis fuerit Christo eiusque Ecclesiae, vitam interiorem duxerit eximiam, amore animarum arserit. Populo vero Dei universo, saepe turbato rebusque diffidenti, fontem demonstrat spei causamque victoriae, id est Sanguinem Christi, haec veluti iterans verba Sacrae Scripturae : *Et ipsi vicerunt (draconem) propter sanguinem Agni (Apoc.* 12,11).

Septem annis ab eius morte exactis, instructus est Processus Ordinarius Albani, qui ab anno 1880 ad annum 1883 est actus, et 1905 iuris publici factus. Causae autem introductio die 26 mensis Ianuarii anno 1927 est obsignata.

Apostolicis deinde Processibus Romae, Arimini, Barii institutis, decretum de eorum iuridica vi die 28 Iunii anno 1957 est editum. De dubio vero, *An constet de virtutibus,* de quo supra, die 7 Iulii anno 1971 in peculiari Congressu Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum est

disceptatum, ac die 9 Maii anno 1972 in Congregatione plenaria Patrum Cardinalium, referente Eev.mo Cardinali Aloisio Traglia loco et vice Cardinalis Pauli Giobbe, Causae Ponentis.

Die autem 22 subsequentis mensis Iunii Summus Pontifex Paulus VI sententiam affirmantem Congregationis plenariae Patrum Cardinalium confirmavit, mandans, ut decretum de hac re conficeretur.

Hoc denique die Sanctitas Sua, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto et Aloisio Traglia, Causae relatore, meque a secretis ceterisque vocari solitis, eisque adstantibus edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Ioannis Merlini, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta huius Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 10 Maii a. D. 1973.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

L. & S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

VIII

VICENSIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Paulae Delpuig a S. Aloisio, moderatricis generalis Sororum Carmelitarum a Caritate.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Cum caritas, iuxta Apostolum, sit *vinculum perfectionis (Col.* 3, 14) *et plenitudo legis (Rom.* 13, 10), verus Christi discipulus caritate signatur cum in Deum tum in proximum (cf. CONC. VAT. II, *Lumen Gentium,* n. 42).

Id luculenter apparet in humili virgine Paula Delpuig a S. Aloisio,

quae, ad artiorem Christi sequelam in Instituto Carmelitarum a Caritate vocata, amorem erga Deum usque ad unionem cum eo in mystica contemplatione cum multiplici navitate caritativa erga proximum mire sociavit, ita ut inter se apte convenirent tempora orationi et paenitentiae in solitudine dicata et tempora externis operibus destinata, uno in Deum et in proximum impellente amore.

Nata est Dei Famula die 3 mensis Februarii a. 1811 in oppido *Malgrat de Mor*, intra Gerundensis fines dioeceseos in Hispania, parentibus Ioanne Delpuig et Matrona Gelabert, non bonorum copia sed vitae probitate et christiana pietate conspicuis. Eodem nativitatis die, sacro baptismatis lavacro regenerata est Deo, impositis Paulae Magdalenae nominibus.

Indole cum esset miti et docili, a parentibus morum honestatem, diligentiam in rebus domesticis conficiendis, ac praesertim christianam pietatem, facile didicit. Caelestium meditationi rerum adhuc puellula mira spiritus dulcedine instabat et quos in se experiebatur religionis sensus, suis quoque fratribus aliisque aequalibus ingerere conabatur, timorem Dei, bonos mores et catechesim docendo, atque verbo et exemplo adducere ut Dei templum assidue frequentantes, Missam et devotionis exercitia participarent.

Chrismatis sacramentum die 6 mensis Maii a. 1820 recepit ; et subsequenti anno ad sacram mensam accedens, caelesti dape primum refecta est, indeque magis in dies in virtutibus excolendis progrediebatur. In impensioris signum amoris erga Deum, puella duodecim annorum virginitatis votum edidit. De parochi consilio quasdam sibi sociavit puellas ad cultum in B. V. Mariam de Monte Carmelo provehendum et ad pauperes puellas educandas infirmosque iuvandos.

Hinc nihil mirum si religiosae vitae fovebat in se desiderium ut plenius Deo et propter Deum proximis vitam consecraret. Qua de causa se Barcinonem contulit ubi, dum locata apud honestam familiam opera dotem sibi apparabat postulantibus Religionem requisitam, varia frequentabat mulierum Instituta, ut cuinam daret nomen aptius dignoscere valeret. Tres iam egerat ibi annos, cum ecce die quadam Paulae nostrae per urbis vias obviam occurrit Sancta Ioachima de Vedruna, fundatrix Congregationis Sororum Carmelitarum a Caritate, quae Famulam Dei proprio nomine, antea sibi ignoto, appellans, eidem significavit Dei esse voluntatem ut recens ab ipsa conditum Institutum ingrederetur. De Dei placitis ita certior facta, ac superatis, quae

obstabant, difficultatibus, praedictam Congregationem die 18 mensis Decembris anno 1830, Vici, undeviginti annos nata amplexata est.

Noviciatus tempore sodales anteibat pietate, oboedientia, spiritu paupertatis, laboris et paenitentiae. Probationis tempore duodeviginti mensium feliciter exacto, religiosam professionem emisit tribus nuncupatis votis atque ibidem servitio domus addicta decem annos permansit. Multiplices, quibus gravabatur, labores sollerter perficiebat. Animam in Deum iugi oratione, cui nocturnis quoque horis vacabat, et humilitatis, subiectionis et voluntariae corporis eastigationis operibus erigebat. Graves insectationes resque adversas invicto hilarique animo perferebat, Deo ipsam etiam mirum in modum, uti ferunt, auxiliante. Eiusdem deinde domus Antistitae munus magna prudentia et diligentia tredecim annos exercuit, eximia omnibus praebens sincerae exempla pietatis et actuosae caritatis. Veluti mater amore subditas prosequebatur incolasque hospitii ; collapsam in eo hospitio disciplinam restituit, rectum ordinem induxit, pacem et concordiam stabilivit pluresque peccatores ad bonam frugem convertit. Ipsa Congregationis conditrix summi eam faciebat eiusque consilio et opera in novis domibus excitandis et in gubernando Instituto libenter utebatur. Immo, cum videret sibi deficere vires, voluit ut Famula Dei vices suas in regimine universae Congregationis Sororum gereret. Tandem die 28 mensis Augusti a. 1854, sancta fundatrice e vivis erepta, Paula Delpuig Antistita generalis designata est, quo in officio auctoritate Pii Papae IX anno 1866 confirmata usque ad obitum perstitit.

Quo munere ac potestate egregie functa est. Nullo pepercit labori nullique studio pro ipsius Instituti incremento. Velut altera fundatrix, centum amplius religiosas domos noviter erexit, varias iam exstantes consolidavit et definitivam legum Instituti approbationem ab Apostolica Sede impetravit. Summa instabat cura ut sodales apte formarentur, solida pietate imbutae et regularis observantiae amantes atque ad caritatis exercitia et opera promptae parataeque. Ad quod adipiscendum frequentes instituebat domorum omnium visitationem atque tum verbo tum scriptis spirituales filias adhortabatur ut sanctam servarent conversationem pietate et regularis vitae observatione suffultam atque iuvenibus educandis aegrotisque pauperibus curandis caritativa navitate spectabilem.

Cum praeclara multa gessisset per triginta duos supremi sui regiminis annos, gravi tandem pulmonum morbo correpta, persentiens se morti iam proximam, Ecclesiae extremis sacramentis piissime receptis,

Sorores adstantes fervide adhortata est, ut Cor Iesu sacratissimum devote colerent, regularem sancte custodirent disciplinam atque in Dei gloriam animarumque salutem aeternam alacres allaborarent. Perlectis ipsius rogatu septem a Christo Domino cruci affixo prolatis verbis, omnibus benedicens placidissime obdormivit in Domino, die 23 Ianuarii mensis anno 1889, aetatis suae septuagesimo octavo. Eius corpus, quod per triduum fidelium reverentiae mansit expositum, iustis funebribus sollemniter in cathedrali ecclesia persolutis, magno comitante hominum concursu, sepultum fuit in urbis coemeterio. Post septem autem a sepultura annos translatum fuit in cryptam sacelli Domus principis Congregationis Carmelitidum a Caritate.

Humili licet genere nata, litterarum fere expers et valetudine minus commoda semper usa, Famula Dei Paula Delpuig veram et dignam se praebuit aemulam Sanctae Ioachimae de Vedruna, cuius prius discipula exstitit, cuique deinde in supremo Instituti regimine successit. Diceres requievisse super eam sanctae fundatricis spiritum, quemadmodum « requievit spiritus Eliae super Eliseum » (7/ *Reg.* 2, 15). Ipsa namque moderante secundum spiritum Fundatricis, Institutum crevit admodum et floruit interius exteriusque.

Firma ipsius fide, intima constantique pietate, sui ipsius suorumque sensum ac cupiditatum laeta semper refrenatione, spiritu paupertatis insigni profundaque humilitate, spectata in proximum caritate, quae a Dei amore proficiscebatur, immutata fortitudine spe animoque impleta, Serva Dei validum praeclarumque praebet exemplum cuiuslibet nostra quoque aetate Instituti sodalibus, « qui Deum prae omnibus quaerentes, *contemplationem,* qua Eum mente et corde adhaereant, *cum amore apostolico,* quo operi Redemptoris associari Regnumque Dei dilatare nitantur, *coniungant oportet* » (CONC. VAT. II, Decr. *Perfectae Caritatis,* n. 5).

Sanctitatis fama, qua vivens quoque Serva Dei honestata fuerat, post eius obitum percrebrescens in dies, caelestibus signis visa est confirmari. Quapropter constructio ordinaria auctoritate in Curia Vicensi processibus, Causa beatificationis introducta est apud Apostolicam Sedem die 13 mensis Aprilis anno 1932. Post instructum deinde annis 1931-1935 apostolicum processum, de virtutibus in specie disceptatum est apud hanc S. Congregationem pro Causis Sanctorum et quidem primum in Congressu Peculiari die 2 Martii anno 1971 habito, deinde die 20 mensis Iunii a. 1972 in Congregatione Plenaria, in qua Rev.mi Patres Cardinales, relatore Arturo Cardinali Tabera Araoz

loco et vice Cardinalis Pauli Giobbe, Causae Ponentis, attentis quoque peculiaribus dilucidationibus ab Officio Historico concinnatis, censuerunt et edixerunt Servam Dei cunctas christianas virtutes heroicum in modum excoluisse.

Quae omnia Summo Pontifici Paulo VI Cardinalis Paulus Bertoli, S. Congregationis pro Causis Sanctorum tunc Praefectus, die 22 eiusdem mensis Iunii a. 1972 rettulit. Et Sanctitas Sua sententiam Patrum Cardinalium ratam habuit et confirmavit iussitque decretum apparari super Servae Dei heroicis virtutibus.

Quod cum factum esset, idem Summus Pontifex, accitis subscripto Cardinali Praefecto meque Antistite a secretis aliisque vocari solitis, iisque adstantibus, sollemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Paulae Delpuig a S. Aloisio, Moderatricis generalis Sororum Carmelitarum a Caritate, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta huius S. Congregationis referri praecepit.

Datum Romae, die 10 Maii a. D. 1973.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

L. & S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, 5 Luglio 1973, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor SOEBAGIO SOERIANTNGRAT, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Indonesia.

Sabato, 14 Luglio 1973, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor RAID WILLIE KATENGA-KAUNDA, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Malawi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

17 luglio 1973. S. E. Mons. Heim Bruno, Arcivescovo tit. di Xanto, *Delegato Apostolico in Gran Bretagna.*

1 agosto » Il Rev.mo Mons. Fumo Carlo, *Nunzio Apostolico nel Perù.*

3 » » S. E. Mons. Glorieux Achille, Arcivescovo tit. di Beverley, *Pro Nunzio Apostolico nella Repubblica Araba d'Egitto.*

» « » Il Rev.mo Mons. Laigueglia Giuseppe, *Nunzio Apostolico in Bolivia.*

9 » » Il Rev.mo Mons. Farano Vincenzo, *Pro Nunzio Apostolico in Indonesia.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Membri della Sacra Congregazione per il Clero:

31 marzo 1973. — gli E.mi Signori Cardinali:
Brandâo Vilela Avelar; Guyot Louis Jean; Poletti Ugo; Biayenda Emile;

— gli Ecc.mi Monsignori :
Fernandes Bijos Gerald, Arcivescovo di Londrina ; Bartoletti Enrico, Arcivescovo già di Lucca; Maloney

David M., Vescovo di Wichita; Vonderach Johannes, Vescovo di Chur ; Hengsbach Franz, Vescovo di Essen ; Calderón José Gabriel, Vescovo di Cartago; Do Amarai Alberto Cosme, Vescovo di Leiria.

Consultori della Sacra Congregazione per il Clero:

Per l'Ufficio I :

31 marzo 1973. Mons. Badini Ginseppe; Mons. Bonicelli Gaetano; Mons. Mercep Vladimir; Mons. Mörsdorf Klaus; D. Foresi Pasquale; D. Bussi Natale; D. Canciani Mario; P. Beyer Jean, S.I.; P. Galot Jean, S.I.; D. Ledere Gustave; P. Rambaldi Giuseppe;

Per l'Ufficio II :

S. E. Mons. Dei Monte Aldo, Vescovo di Novara; S. E. Mons. Orchampt Jean, Vescovo titolare di Acque di Mauritania; S. E. Mons. Agresti Giuliano, Arcivescovo di Lucca; Mons. Gherardini Brunero; D. Várela Antonio Rouco; D. Guillocheau Victor; P. Mondin Giovanni Battista; D. Neuhseuser Burckhard, O.S.B.; P. Weissgerber Stanislaus, S.I.; P. Zalba Marcelino, S.I.; P. Auman Jordan, O.P.; P. Ubeda Purkis Manuel, O.P.; Sig.a Badaloni Maria;

Per rufficio III:

Mons. Di Felice Angelo; D. Pinero Carion José M.; Sig. Boitani Edoardo; Sig. Verrotti di Pianella Alberto.

Membri del Segretariato per i non Credenti:

31 marzo 1973. — gli E.mi Signori Cardinali:
Trochta Stepan; Kominek Boleslaw; Arns Paulo Evaristo ;

— gli Ecc.mi Monsignori:
Khoury Joseph, Arcivescovo di Tiro dei Maroniti; Kabanga Eugène, Arcivescovo di Lubumbashi; Matteucci Benvenuto, Arcivescovo di Pisa; Mudartha Baptist, Vescovo di Jhansi; Palenzuela Velásquez Antonio, Vescovo di Segovia; Pezeril Daniel, Vescovo tit. di Reperi; Alexander Mervyn Alban, Vescovo tit. di Pinhel; López Trujillo Alfonso, Vescovo tit. di Boseta; Butelezi Peter John, Vescovo tit. di Elefantaria di Proconsolare; Skvorc Mijo, Vescovo tit. di Adrumeto; Cullinane John Neil, Vescovo tit. di Flu menzer; Hacault Antoine, Vescovo tit. di Media; Claver Francisco F., Vescovo tit. di Naziona, Prelato di Malaybalay.

Consultori del Segretariato per i non Credenti:

31 marzo 1973. Mons. Diouf Leon; Mons. Extross Ivan; D. Majka Joseph; D. Dick Ignace; D. Ngoyagoye Evariste; D. Rode Franc; P. Brungs Robert, S.I.; J. Gómez Oaffarena José, S.I. ; P. Hasche Renato; P. Lonergan Bernard, S.I.; P. Rubianes Eduardo, S.I.; P. San Juan Vicente, S.I.; Sig. Biser Eugen; Sig. Casper Berhard; Sig. Deegan Geoffrey; Sig. Gaudry Harmel; Sig. Harper Harold; Sig. Hemmerle Klaus; Sig. McLellan David; Sig. Ojo Gabriel; Sig. Seybold Michael.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

1 luglio 1973. L'E.mo Signor Cardinale Raggio Sebastiano, Prefetto della Sacra Congregazione per i Vescovi, *Membro della Commissione Cardinalizia per i Pontifici Santuari di Pompei e Loreto.*

» » » S. E. Mons. Romero Lema Maximino, Segretario della Sacra Congregazione per il Clero, *Segretario della Commissione Cardinalizia per i Pontifici Santuari di Pompei e Loreto.*

26 » » S. E. il Signor Cardinale Volk Hermann, Vescovo di Mainz, *Membro della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

27 » » Il Rev.mo Mons. Cheli Giovanni, *Osservatore Permanente della Santa Sede presso l'Organizzazione delle Nazioni Unite.*

28 » » Il Rev.mo Mons. Silvestrini Achille, *Sotto-Segretario del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa.*

Il Santo Padre Paolo VI ha destinato al Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa, in qualità di *Nunzio Apostolico con incarichi speciali,*

1 agosto 1973. S. E. Mons. Poggi Luigi, Arcivescovo tit. di Forontoniana, sinora Nunzio Apostolico nel Perù.

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

5 dicembre 1972. Al sig. Von Twickel Rodolfo (Münster).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

21 marzo 1973. Al sig. Simon Klaus *(Repubblica Federale di Germania).*

» » » Al sig. Schaad Dieter *(Repubblica Federale di Germania).*

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

14 febbraio 1973. Al sig. Olarizio Venanzio (Roma).
11 marzo Al sig. Arseni Silvio (Roma).
» » » Al sig. Casciani Averaldo (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

17 agosto 1972. Al sig. Richards Roberto (Westminster).
30 ottobre » Al sig. Piombini Giuseppe (Firenze).
5 dicembre » Al sig. Hardy Paolo (Antwerpen).
» » » Al sig. Libbrecht Lodovico (Brugge).
13 » » Al sig. O'Brien Roberto (Arundel and Brighton).
» » Al sig. Munst Giuseppe (Rottenburg).
5 gennaio 1973. Al sig. Zajicek Erwin (Wien).
2 febbraio » Al sig. Scalfari Carlo (Teramo ed Atri).
5 » » Al sig. Brunetti Paolo (Perugia).
6 » » Al sig. Dellenda Antonio (Athenai).
16 » Al sig. Della Rotta Ottemi (Milano).
19 » Al sig. Delgado Padilla Giovanni (Cali).
25 » » Al sig. Vagarmi Cesare (Colle Val D'Elsa).
21 marzo » Al sig. Popitz Peter *(Repubblica Federale di Germania.)*
» » » Al sig. Deubner Otfried R. *(Repubblica Federale di Germania)*.
» » Al sig. Geese Heinz *(Repubblica Federale di Germania)*
» » » Al sig. Vogt Ernest *(Repubblica Federale di Germania)*
25 » » Al sig. Corda Domenico (Cagliari).
» » » Al sig. Solinas Giovanni (Cagliari).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

25 marzo 1973. Al sig. Bodio Achille *(Italia)*.
» » » Al sig. Monti Giovanni *(Italia)*.

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

10 novembre 1972. Al sig. Painblanc Ferdinando (Antwerpen).
» » » Al sig. Rombouts Luigi (Antwerpen).
» » » Al sig. Van Den Bogaert Modesto (Antwerpen).
5 dicembre » Al sig. Compernolle Enrico (Brugge).
5 gennaio 1973. Al sig. Kuijlaars Arnoldo Giovanni ('s-Hertogenbosch)
15 » » Al sig. De Béthune Giovanni (Brugge).
» » » Al sig. Vandeputte Gabriele (Brugge).
12 febbraio Al sig. Cols Antonio (Antwerpen).
24 » Al sig. Masao Kubota *(Giappone)*.
21 marzo » Al sig. Schneider Lothar *(Repubblica Federale di Germania)*.
» Al sig. Poggel Günter *(Repubblica Federale di Germania)*.

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

2 marzo 1973. Al sig. Addario Tommaso (Roma).
21 » » Al sig. Hofmann Harald *(Repubblica Federale di Germania)*.

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

22 gennaio 1973. Al sig. Bellatore Angelo (Casale Monferrato).
24 » » Al sig. Thaller Francesco (Graz-Seckau).
» Al sig. Cingoli Nicola (Teramo).
27 » Al sig. Hann Ludovico (Augsburg).
» » » Al sig. Kraff Carlo (Ausburg).
28 » » Al sig. Giannone Sergio (Veìletri).
6 febbraio Al sig. Barbier Giuseppe (Liège).
» » Al sig. Felicetti Donato (Roma).
12 » Al sig. D'Agostino Tommaso (Matera).
» » Al sig. Plasmati Emmanuele (Matera).
» » » Al sig. Sarra Vincenzo (Matera).
19 » Al sig. Di Battista Tommaso (Conversano).
» Al sig. Carnevale Aldo (Milano).
» Al sig. Di Giuseppe Antonio (Roma).
25 » Al sig. Trinci Raffaele (Roma).
Al sig. Mayer Rodolfo *(Italia).*
» Al sig. Pandolfelli Paolo *(Italia).*
2 marzo » Al sig. Garoldini Pietro (Vicenza).
2] » Al sig. Borowsky Peter *(Repubblica Federale di Germania).*
» » Al sig. Gruner Werner *(Repubblica Federale di Germa*
» » Al sig. Munz Hermann *(Repubblica Federale di Germania).*
» » Al sig. Schmid Walter *(Repubblica Federale di Germania)*.
» » » Al sig. Schmidt-Dornedden Horst *(Repubblica Federale di Germania).*
Al sig. Von Pachelbel-Gehag Rüdiger *(Repubblica Federale di Germania).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

12 luglio 1972. Al sig. Dubon Quintanal Guglielmo Augusto *(Guatemala)*
» » Al sig. Padilla y Padilla Carlo *(Guatemala).*
10 novembre » Al sig. Struye de Swielande Giovanni (Antwerpen).
» » » Al sig. Van Den Bogaert Giacomo (Antwerpen).
23 » » Al sig. Schmitz Giovanni Pietro (Trier).
ĉ dicembre » Al sig. Cosyns Stefano (Antwerpen).
13 » » Al sig. De Goede Endrigo Giovanni (Utrecht).
20 » Al sig. Stevens Cornelio Enrico Teodoro (Rotterdam).
5 gennaio 1973. Al sig. Valeriani Renzo (Albano).
» » » Al sig. Vermaat Pietro Nicola Giovanni (Rotterdam).
» » » Al sig. Zeilinger Luigi (Wien).
15 » » Al sig. Caridi Bruno (Reggio Calabria).
» » » Al sig. Clementi Benito (Reggio Calabria).
» » Al sig. Panuccio Alberto (Reggio Calabria).
24 » Al sig. Minutillo Carlo (Graz-Seckau).

24 gennaio 1973. Al sig. Jochem Paolo (Speyer).
6 febbraio » Al sig. Giardini Pasquale (Città della Pieve).
12 » » Al sig. Rott Walter (Innsbruck).
19 » » Al sig. Tabanelli Crispino (Faenza).
» » » Al sig. Mannocchi Bruno (Massa Marittima).
» » » Al sig. Marchetti Mario Gaetano (Massa Marittima).
» » » Al sig. Serena Umberto (Massa Marittima).
» » » Al sig. Waldner Antonio (Nepi e Sutri).
» » » Al sig. Di Luccia Pompeo (Roma).
» » » Al sig. Böhm Giovanni (Sankt Pölten).
25 » » Al sig. Casoli Luciano (Chieti).
» » » Al sig. Patricelli Sergio (Roma).
11 marzo » Al sig. Marchioni Oreste (Camerino).
21 » » Al sig. Stackfleth Otto *(Repubblica Federale di Germania).*
» » » Al sig. Hoven Karl *(Repubblica Federale di Germania).*
» » » Al sig. Mantwitz Aldred *(Repubblica Federale di Germania).*
» » » Al sig. Eickenbrock Bernhard *(Repubblica Federale dì Germania).*
» » » Al sig. Hafner Thomas *(Repubblica Federale di Germania).*
» » » ÀI sig. Maier Josef *(Repubblica Federale di Germania).*

NECROLOGIO

22 luglio 1973. Mons. Borge y Castrino Carlos de la Trinidad, Vescovo tit. di Lappa.
24 » » Mons. Bilgeri Joseph Aurelian, Vescovo di Eshowe.
25 » » Mons. Willinger Aloysius Joseph, Vescovo tit. di Tiguala.
2 agosto » Mons. Harrington Michael Alphonsus, Vescovo di Kamloops.
» » » Mons. Souto Vizoso José, già Vescovo di Palencia.
6 » » Mons. Bonhomme Joseph, Vescovo tit. di Tulana.
9 » » Mons. Bäuerlein Stjepan, Vescovo di Djakovo i Srijem.
10 » » Mons. Marafini Giuseppe, Vescovo di Veroli-Frosinone.
14 » » Mons. Minihan Jeremiah Francis, Vescovo tit. di Pafo.
» » » Mons. Nowicki Jan, Vescovo tit. di Pupiana.
18 » » Mons. Cowley Leonard P., Vescovo tit. di Pertusa.
» » » Mons. Kla Juwle Patrick, Vescovo tit. di Tigamibena.
24 » » Mons. Zuccarino Pietro, Vescovo di Bobbio.
27 » » Mons. Nicodemo Enrico, Arcivescovo di Bari.
» » » Mons. Budelacci Biagio, Vescovo tit. di Nissa.
» » » Mons. Sola y Farrell Matías, Vescovo tit. di Colofone.
29 » » Mons. Borie Vladimiro, Vescovo di Punta Arenas.

An. et vol. LXV **30 Septembris 1973** N. **9**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano —** ***Administratio:*** **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Pontificium Athenaeum Salesianum Studiorum Universitatis titulo et honore decoratur.

PAULUS PP. VI

Magisterium vitae, quo animi, praesertim iuniorum, et christianis virtutibus excolerentur et perpolirentur doctrinis, Societas S. Francisci Salesii quasi praeclaram hereditatem a S. Ioanne Bosco, conditore suo ac legifero patre, accepit ac per temporum cursum sedulo exercere nisa est et amplificare, neque in praesenti id agere desinit. Nam egregius ille Christi sacerdos ad quemdam traditur scripsisse: « Studium et pietas verum te reddent Salesianum ». [1] Ipse enim, « gravissimum educationis momentum in vita hominis eiusque influxum semper maiorem in socialem huius aetatis progressum »[2] praesentiens, ita suorum munus anno MDCCCLXXIV in prooemio Constitutionum Societatis Salesianae effinxit: « Catholicae religionis ministris persuasum semper fuit in adulescentulis instituendis maximam esse sollicitudinem adhibendam. Etenim iuventute malis aut bonis moribus imbuta, bona aut mala ipsa hominum societas fiet. Ipse Christus Dominus huius rei veritatis nobis clarum exemplum suppeditavit praesertim cum parvulis ad se advocatis divinis manibus

[1] Cfr. B. Ceria, *Memorie Biografiche del Beato D. Bosco,* Torino 1934, XV, p. 28.
[2] Conc. Vat. II, Decl. de educatione christiana *Gravissimum educationis,* n. 1.

benediceret, atque clamaret; ' sinite parvulos venire ad me '. Nostris vero temporibus longe maior urget necessitas ».[3]

Sodales vero Societatis Salesianae mirum illud a Sancto Fundatore et patre traditum artis educandi charisma pie receperunt non modo quasi quoddam sacrum depositum custodiendum, sed etiam tamquam uberrimum germen fideliter excolendum. Quod quidem altiora et diligentiora studia superiore et organica, ut aiunt, institutione exercenda deposcit, quibus omnia, quae in fontibus continentur, et catholico sermone methodoque scientifica explicentur et novis postulatis apte respondeatur.

Propterea, tanti parentis vestigia secutus, B. Michael Bua, proximus eiusdem in regenda Societate successor, cui non ita pridem Beatorum Caelitum honores Nosmet decrevimus, mature, id est anno MCMIV, Fulgitii in Salassis, quem pagum *Foglizzo Canavese* vulgo appellant, prope Augustam Taurinorum Institutum Theologicum Internationale a S. Michaele condidit, quod esset Salesianis sodalibus primaria domus studiorum. Cui annis MCMXII et MCMXIV a Sede Apostolica est concessa facultas alumnos ad gradus academicos Baccalaureatus et Licentiae in sacra theologia promovendi. Praeter hanc sedem studiorum theologicorum, anno MOMXXIII in ipsam urbem Augustam Taurinorum, nomine indito S. Ioannis Bosco, translatant, etiam Institutum philosophicum scholasticos Salesianos excipiebat.

Denique anno MCMXL hoc doctrinarum domicilium, eiusdem Apostolicae Sedis auctoritate, ad dignitatem Pontificii Athenaei, ad Salesianos discipulos pertinentis, est provectum, quod Facultates theologiae, philosophiae, iuris canonici complecteretur.

Quod cum laetis esset auctum incrementis — iuvat potissimum memorare Institutum disciplinarum paedagogicarum, omnibus patens, eidem accrevisse — anno MCMLXV, Augusta Taurinorum relicta, in aedibus permagnis, ornatis, instructis Bomae est feliciter collocatum.

Huic Athenaeo Nosmet ipsi, optatum Ioannis XXIII, Decessoris Nostri rec. mem., ad effectum deducentes, Pontificium Institutum Altioris Latinitatis commisimus ac deinde addidimus, quo responderetur « ei, qua Ecclesia angitur, sollicitudini inter clericos studia Latinitatis promovendi eiusque magistros instituendi ».[4] Utroque eiusmodi Instituto, Paedagogico scilicet, quo « ars artium » a Salesianis, quasi domestico usu

[3] A. Amadei, *Memorie Biografiche di S. Giovanni Bosco,* Torino 1939, X, p. 896.

[4] Alloc, ad Salesianos sodales in Pont. Athenaeo eorum habita 29 oct. 1966: *A.A.S.* 5S (1966), pp. 1164-1165.

in ipsam assuetis, docetur quodque hac aetate florere cognoscitur, et Latinitatis schola, quae, nonnullis difficultatibus pro huius saeculi moribus circumsaepta, ad exoptatum profectum niti videtur, eidem magno disciplinarum domicilio Salesiano peculiaris indoles et commendatio inter consimiles Romanos doctrinarum sedes accedunt.

Cuius quidem Athenaei Facultates omni sollertia et industria praestarunt operam ad illam studiorum superiorum promovendam renovationem ac progressionem, quam Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, attentis auspiciis ac praeceptis Concilii Vaticani II, diligenter efficiendam ac provehendam constituit.

Nec praetereundum hoc esse videtur, quod ad eius vitalitatem pertinet: praeter scilicet quinque Romae erectas Facultates, in numerum conferri etiam Sacrae Theologiae sectionem, quam dicunt, Augustae Taurinorum conditam, Pontificiam Facultatem Disciplinarum Educationis a Filiabus Mariae Auxiliatricis in eadem urbe Augusta Taurinorum institutam atque cum Pontificio Athenaeo Salesiano consociatam, decem deinde Salesianorum Instituta ad theologieos cursus peragendos destinata, sacrae theologiae Facultati ipsius Athenaei « affiliata », et in variis Europae, Asiie et Americae regionibus distributa; atque fore spes est ut et alia proxime his annumerentur.

Pontificium igitur Athenaeum Salesianum efficacem vitam exercet et naviter operatur in toto fere terrarum orbe ea mente, ut viis et rationibus, quae proprie ad Studiorum Universitatum magisteria spectent, doctrinis iam quadamtenus formatorem institutionem promoveat iuxta peculiarem illum sancti Fundatoris spiritum, qui « systemate praeventivo », quod vocant, explicatur, quique germanam suam naturam et vim ex Evangelio non sine divino consilio haurit.

Denique recens Speciale Salesianorum Capitulum Generale decrevit, ut Pontificium Athenaeum Salesianum, pastoralibus obtemperando Concilii Vaticani II praeceptis, singulari ratione sibi proprium haberet doctrinas, ad apostolatum maxime pertinentes, penitus pervestigare et collustrare, instante spectata necessitate iuventutem christiane instituendi, necnon postulationibus attentis hanc institutionem scientifice fulciendi, ita ut fructuosus dialogus cum mundo hodierno instaurari possit.

Cum ergo religiosa ista Familia de optimis studiis bene meruerit et spes effulgeat fore, ut, novo sibi Pontificiae benignitatis munere collato, novas utilitates ea in hac regione Ecclesiae et humanae afferat consortioni, Nos *motu proprio* et Apostolica auctoritate decernimus atque pronuntiamus Pontificium Athenaeum Salesianum, legitime erectum atque

iisdem S. Ioannis Bosco filiis creditum, nunc et in posterum PONTDZJCIAM STUDIORUM UNIVERSITATEM SALESIANAM esse nuncupandum; pariterque praecipimus, ut nova haec appellatio in Statuta et leges Athenaei, quod usque adhuc dicebatur, inducatur, quae quidem vi sua pergunt valere.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, in festo Beatae Mariae Virginis Auxiliatricis, die xxiv mensis Maii, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri decimo.

PAULUS PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

PALAYAMKOTTAIENSIS

Detractis nonnullis territoriis ab archidioecesi Maduraiensi, nova dioecesis constituitur, « Palayamkottaiensis » cognominanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Romani Pontifices, Decessores Nostri, Nosque Ipsi, universae Ecclesiae praesidentes, ad nobilissimam Indorum Nationem aequissimis oculis usquequaque respeximus: semper enim spes animum subiit fore ut non solum ibi sermo Dei curreret et clarificaretur (cfr. *2 Thess.* 3,1), sed etiam ut populus ille frequentissimus, antiquitate et cultu sapientiae illustris, tandem aliquando ad christianam religionem Dei munere aggregaretur; e qua re sane tum ipsi Deo amplissima gloria manaret, tum Ecclesiae ingentis causa laetitiae oreretur. Quam ob rem, cum venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi bene fieri censuerint, si divisa archidioecesi Maduraiensi nova Ecclesia excitaretur, Nos, auditis sive venerabili Fratre Ioanne Gordon, Archiepiscopo titulo Nicopolitano ad Nestum, et in India Pronuntio, sive Ordinario cuius interesset, haec, quae sequuntur, decernimus

et constituimus. Ab archidioecesi Maduraiensi partem meridionalem detrahimus in novaeque dioecesis formam redigimus, cuius nomen erit *Palayamlcottaiensis,* ab urbe loci principe, cathedra in praecipuo templo huius ipsius urbis collocata, in qua urbe Episcopus sedem suam collocabit. Fines inter conditam dioecesim atque Ecclesiam Maduraiensem iidem erunt atque civilis territorii populari lingua « Tirunelvelli » cognominati, firmis manentibus ceteris limitibus. Novam dioecesim praeterea > suffraganeam facimus Sedi Maduraiensi, cuius sacro Praesuli Episcopus Palayamkottaiensis ad normam canonum obnoxius erit. Postremo Praesul, cui constituta Ecclesia gubernanda obtigerit, dioecesanos Consultores eliget iuxta leges ecclesiasticas, usque dum Canonicorum Collegium condatur. Cetera, sive nempe iura cleri atque populi eorumque onera, sive electio Vicarii Capitularis, Sede vacante, similia, iure Canonico temperentur. Quae vero per has Litteras decrevimus venerabilis Frater Ioannes Gordon ad exitum deducet, vel quem ipse delegaverit, factis ad id necessariis facultatibus. Re vero acta, documenta exarentur eorumque sincera exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittantur.

Hanc autem constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo septimo, mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Ioannes Coppa, *Proton. Apost. s.n.*

Eduardus Martínez
Adsessor

Loco £g Plumbi

In Secr. Status tab., n. 241098.

II

SANCTI MAEONIS SYDNEYENSIS

Eparchia S. Maronis Sydneyensis in Australia pro fidelibus ritus antiocheni Maronitarum constituitur.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Illo fretis Concilii Vaticani II decreto, quod Orientalium Ecclesiarum causam agit (cfr. *Orient. Eeel.,* n. 4), ut videlicet eundem ritum profitentibus fidelibus peculiari ratione usque provideretur, visum est Nobis sententiae esse accedendum Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus de nova, ad Maronitarum coetus aptius fovendos, in Australiae finibus constituenda eparchia. Referente igitur Venerabili Fratre Nostro S. R. E. Cardinali Praefecto S. Congregationis, quam diximus, quid hoc super negotio sentirent sive Patriarcha Antiochenus Maronitarum, sive Conferentia Episcopalis Australiana, sive denique Delegatus Apostolicus inibi residens, apostolica potestate Nostra sequentia decernimus ac iubemus. Eparchiam seu dioecesim pro fidelibus Maronitis ritus antiocheni in Australia constituimus, cuius appellatio erit *Sancti Maronis Sydneyensis*. Eadem recto Apostolicae Sedi subiciatur, firma declaratione Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus de rationibus habendis cum Patriarchatu, die xxv mensis Martii edicta, anno MOMLXX; eparchialis sedes in urbe Sydneyo sit, in qua domicilium sacer Praesul ponet, itemque templum cathedrale habeatur sacra aedes eadem in urbe exstans, Sancto Maroni sacra. Eparchiales praeterea consultores Eparchus deligat, qui ei consilio et subsidio assint; mensamque constituat bonis ad eparchiam pertinentibus, paroeciarum tributis a fldelibusque sponte oblatis pecuniis. Ceterum eparchiae Sancti Maronis eiusque sacri Praesulis iura et officia a Litteris Apostolicis « Cleri Sanctitati », quae de ritibus orientalibus et de personis agunt, a canone 392 ad 526 sumi decernimus, servatis insuper decretis Sacrosancti Concilii Vaticani II ceterisque Apostolicae Sedis praescriptis. Haec autem quae praescripsimus ad effectum de more adducantur atque effecti negotii congrua documenta ad S. Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus mittantur, rite signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto et vicesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

PAULUS Card. PHILIPPE
S. *Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Ioannes Coppa, *Proton. Apost, s.n.*

Eduardus Martínez
Adsessor

Loco ✠ Plumbi
In Secr. Status tab., n. 239082.

III

ISSELEUKUANAE

Detractis quibusdam territoriis a dioecesi Urbis Beninensis alia conditur, nomine « Isseleukuana ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui pastoris ac patris Ecclesiae universae divinitus partes suscepimus, nihil in eo munere gerendo officii, nihil diligentiae non adhibemus, quo aptiorem in modum christifidelium coetibus subveniamus, novis etiam, si oporteat, conditis ubique terrarum dioecesibus. Quapropter Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione sententiae accedendum esse censuimus, quae, post auditum Venerabilem Fratrem Amelium Poggi, Archiepiscopum titulo Cercinitanum et in Africa Media et Occidentali Apostolicum Delegatum, proposuit ut nova in Nigeriae partibus dioecesis conderetur. Apostolica igitur Nostra potestate a dioecesi Urbis Beninensis territorium civilium districtuum separamus, quibus vulgo Asaba et Ika est appellatio, iisque dioecesim constituimus, *IsseleuJcuanam* appellandam. Ea autem, quae Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione perget esse obnoxia, suffraganea erit metropolitanae Sedi Lagosensi, Episcopi sedem in urbe vulgo Issele-Uku habebit atque episco-

palis magisterii cathedram in sacra aede, eadem in urbe exstante, Sancto Paulo Apostolo sacra, quae templum cathedrale dehinc erit, cum iuribus congruis. Mandamus praeterea ut, Canonicorum loco, consultores dioecesani ad tempus eligantur, ad normam iuris canonici. Haec autem quae praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Amelius Poggi, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, effectique negotii sueta documenta exaranda curet, de more signata sigilloque impressa, quae ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittat.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis quibuslibet non ostantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

B Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyren., *Proton. Apost.*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eduardus Martínez
Adsessor

Loco £g Plumbi

In Secr. Status tab., n. 238777

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Templum Dominae Nostrae de Sri Lanka ad Basilicae Minoris dignitatem evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quandoquidem est Beatissima Virgo Maria vera Christi Mater, hoc est Unigeniti Filii Dei parens, qui est in sinu Patris *(Io.* 1,18), quin etiam quodammodo et hominum (cfr. *Io.* 19, 27), quorum necessitatibus sollicita inservit (cfr. *Io.* 2, 3 sqq.), idcirco ubicumque locorum sancta Christi religio innotuit, ibi etiam castissima e

matris Eius pietas pectora imbuit et officium et diligens cultus ei tributa sunt. Quod non modo Ecclesia catholica recte fieri censuit, sed eam religionem coluit auxit, cum quicquid honoris, dignitatis, laudis in matrem confluat, id in divini Filii gloriam feliciter cedat. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Thomas Beniaminus Cooray, Archiepiscopus Columbensis in Taprobane, datis Litteris, suo clerique populique suae circumscriptionis nomine id ab Apostolica Sede postulaverit, ut templum Dominae Nostrae « de Sri Lanka » dicatum et apud « Tewatta », in . Oolumbensi archidioecesi situm, ad Basilicae Minoris dignitatem eveheretur: id enim poscere tum templi ipsius magnificentia et nobilitas, tum pietas fidelium egregia et liberalitas, tum denique Sacrae Congregationis de Propaganda Fide curae assiduae, cetera, Nos, rati tum Deo, tum Eius Matri honori rem vertere posse, ea quae a Sacra Congregatione pro Cultu Divino de hoc negotio statuta sunt, aequo animo probamus ac rata habemus. Placet ergo templum Dominae Nostrae « de Sri Lanka » ad dignitatem Basilicae Minoris tolli, factis iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus, servatis vero quae per Decretum « De titulo Basilicae Minoris » iussa sunt, die vi Iunii, anno MDCOCOLXVIII, editum. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Eomae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xxii mensis Augusti, anno MDCCCCLXXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco £B Sigilli

In Secr. Status tab., n. 2^1666.

II

Templum Matritense Iesu Nazareno dicatum ad Basilicae Minoris gradum attollitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Morem tuentes Apostolicae huius et Bomanae Sedis, peculiare putamus Nostrum esse munus eas praecipue sacras aedes congruo honoris titulo decorare, quae vel structura vel mira arte pictis sculptisque operibus vel apostolica sive sacerdotum sive laici ordinis fidelium actuositate insignes aliis antecellunt. In quibus cum sit merito accensendum paroeciale templum, quod Matriti, in Hispaniarum

urbe principe, Iesu Nazareno sacrum exstat; cumque dilectus Filius Rosarius Franciscus Pasquale, Procurator Generalis ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, paroeciae illius cleri fideliumque nomine, enixe postulaverit ut ea sacra aedes ad Basilicae Minoris dignitatem eveheretur, libenti Nos animo huiusmodi precibus accedendum esse putavimus; spe enim optima ducti sumus ut eo in templo divina Iesu Christi celebrata exempla magis in dies splendeant christianorumque fidelium coetus ad eadem imitanda trahantur. De sententia igitur Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum templum paroeciale Matritense Iesu Nazareno sacrum vulgo de Medinaceli ad titulum ac dignitatem Basilicae Minoris evehimus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis liturgicis, quae templis hoc nomine insignibus rite competunt; servatis tamen iis, quae iuxta decretum «De titulo Basilicae Minoris», die VI mensis Iunii, anno MCMLXVIII, datum, servanda sunt. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque effectus sive nunc sive in posterum habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die I mensis Septembris, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco SS Sigilli

In Secr. Status tab., n. 239155.

III

Templum SS. Salvatoris dioecesis Iuiuyensis, in Argentina, ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Siquis animo reputet nomen Salvatoris a Deo ipso adorando Filio suo per Angelum impositum esse (cfr. *Lc.* 2, 1 sqq.); nihilque profecto mortalibus nasci profuturum fuisse, nisi etiam redempti essent (cfr. *Praec. Paschale)'*, neque « aliud nomen esse sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri » (cfr. *Act.* 4, 12), is facile intelleget cur nomen illud semper Christi sequacibus dulce fuerit, et cur templorum maiestate, imaginum decore, signorum perpe-

tuitate, Ecclesia duce, tantopere honoraverint, ac vel urbibus et nationibus imposuerint. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Iosephus M. Medina, Episcopus Iuiuyensis, suo suorumque tum fidelium tum cleri nomine, ab hac Apostolica Sede petierit, ut cathedrale templum SS. Salvatori in eadem urbe dicatum, Basilicae Minoris titulo cohonestaretur, Nos ratione habita sive Praesulis, qui poposcit, sive ipsius templi, ob maiestatem, artem, religionem, historiae casus venerabilis, bene fieri censuimus, si admotae expostulationi concederemus, ea nempe spe, ut aucto sacrae aedis honore, etiam pietas cresceret, ceu alita flamma. Placet ergo templum SS. Salvatoris, cuius mentionem fecimus, titulo Basilicae Minoris insigniri, factis iuribus omnibus atque liturgicis concessionibus quae huiusmodi templis propria sunt, iisque servatis, quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris », die vi mensis Iunii factum, anno MDCCCCLXVIII, servanda sunt.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Bomae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die i mensis Septembris, anno Domini MOMLXXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco £& Sigilli

In Secr. Status tab., n. 23915',.

ALLOCUTIONES

I

Ad Excellentissimum Virum Antonium Borges Leal Castello Branco Filho, Foederatarum Brasiliae Civitatum cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras commissi muneris testes tradentem. *

Monsieur V Ambassadeur,

Votre Excellence vient de Nous exprimer les sentiments élevés qui L'inspirent au seuil de sa mission d'Ambassadeur extraordinaire et plénipotentiaire du Brésil près le Saint-Siège. Nous l'en remercions vivement, ainsi que Son Excellence le Général Emilio Garrastazu Medici, Président de la République, dont Elle Nous a transmis les nobles souhaits.

* Die 2S mensis augusti a. 1973.

En termes généreux, vous avez évoqué les aspirations à la justice, à la paix, à la liberté et au progrès que partagent vos chers compatriotes. Oui, votre pays constitue une grande nation, dont l'importance dans le concert des peuples est de plus en plus manifeste. Les catholiques brésiliens, pour leur part, occupent une place de choix dans l'Eglise universelle, par le nombre de leurs baptisés, de leurs évêques, comme par les ressources de leur profond sentiment religieux qu'ils sont appelés à faire fructifier. Nous suivons avec une affection particulière les efforts méritoires de ces fils et de ces frères pour approfondir leur propre foi et en réaliser les exigences familiales, professionnelles et civiques. Nous sommes aux côtés de leurs Pasteurs, des prêtres, religieux, religieuses et laïcs qui collaborent avec eux, pour confirmer leur espérance: épanouir tous les dons spirituels et humains que Dieu à déposés dans votre Peuple, à l'honneur de celui-ci et au service de l'Eglise entière.

Votre pays, disiez-vous, travaille avec décision pour le progrès, le bien-être, l'élévation du niveau de vie et de l'éducation. Nous savons en effet les vastes transformations qui y sont entreprises pour augmenter la production agricole et industrielle, aménager votre immense territoire, satisfaire la faim d'instruction. L'Eglise comprend la nécessité de promouvoir de telles initiatives. Elle encourage ses fils à y œuvrer hardiment, avec désintéressement, dans le souci de voir les diverses catégories de citoyens participer aux responsabilités et aux fruits de cette expansion. Car, lorsqu'on parle de développement, le progrès social importe autant que la croissance économique.[1] Le bien commun lui-même ne saurait être atteint que dans la mesure où sont garantis les divers droits et devoirs de la personne humaine, dont notre Prédécesseur Jean XXIII dressait un tableau saisissant, voilà juste dix ans, dans l'Encyclique *Pacem in terris.* En dehors de la justice et du respect de la dignité de tous les hommes sans distinction, comme Votre Excellence le soulignait, il n'y aurait point de paix durable, point non plus de progrès authentique. La vitalité chrétienne des croyants, leur piété inséparable de la charité, apparaissent dès lors comme une contribution capitale pour la recherche des solutions profondément humaines et pour la mise en place d'une véritable fraternité selon les normes évangéliques. Nous ne doutons pas que votre pays, aux traditions chrétiennes, n'accède à cette qualité d'humanisme dont notre monde a si grand besoin.

Tels sont les vœux cordiaux que Nous formons pour votre Peuple

[1] Cf. Litt. Encycl. *Populorum progressio,* n. 34.

et ses gouvernants, dans le respect de leur compétence, en les assurant de l'assistance spirituelle qui est en notre pouvoir pour éclairer et fortifier la conscience des chrétiens et des hommes de bonne volonté. A vous-même, Monsieur l'Ambassadeur, Nous souhaitons, auprès du Siège Apostolique, une mission heureuse et bénéfique. De grand cœur, Nous implorons sur Votre Excellence, sur toutes les populations du Brésil et sur les dirigeants de ce cher pays, les Bénédictions du Très-Haut.

II

Instituti Iuris Internationalis sodalibus Romae Coetum habentibus. *

Monsieur le Président,
CJiers Messieurs,

Nous apprécions vivement la visite que vous Nous réservez ce matin, au cours de la Session qui réunit en ce moment à Rome les Membres et Associés de l'Institut de droit international. Notre Prédécesseur Benoît XV, qui avait tant souffert des horreurs de la première guerre mondiale, avait déjà salué votre Institut avec satisfaction, comme une contribution de choix à un ordre international plus juste et plus stable. Devant une telle Académie de juristes, dont la compétence et l'expérience sont reconnues au forum international, Nous sommes heureux, à notre tour, d'exprimer notre estime et nos encouragements. Oui, le travail que vous accomplissez est bien digne de susciter l'éloge et l'intérêt de tous ceux qui prennent à cœur les droits des personnes physiques et morales, des communautés nationales, et leur harmonie avec le bien commun universel. Et vous savez que le Saint-Siège, dans sa mission spirituelle, se sent étroitement solidaire d'une œuvre qui importe si grandement à l'établissement et au développement de la justice et de la paix dans la famille humaine. Votre illustre Président l'a du reste rappelé, lors de l'ouverture de votre session, en de nobles paroles que Nous avons lues avec grand plaisir et dont Nous le remercions vivement.

Vous fêtez précisément le centenaire de votre Institut. Le bilan que vous avez pu établir à cette occasion, et dont Nous avons pris connaissance avec attention, ne laisse pas d'être impressionnant. Certes, vos débats et les résolutions qui en sont le fruit n'ont pas toujours reçu la

* Die 10 mensis septembris a. 1973.

consécration du droit positif et encore moins sans doute leur application dans les mœurs internationales, car cela dépasse votre pouvoir. Mais, de session en session aux quatre coins du monde, votre labeur patient et hautement spécialisé a grandement contribué, Nous n'en doutons pas, à mûrir bien des questions de droit international, soit public, soit privé; il a suscité de fécondes confrontations et préparé les esprits à élaborer, à ratifier des instruments juridiques qui ont fait progresser la justice. Nous pourrions évoquer, par exemple, tout ce qui touche aux droits de l'homme, particulièrement ceux des apatrides, des réfugiés, des populations civiles en temps de guerre: qu'il suffise de citer le fameux manuel d'Oxford rédigé dès 1880, qui énumère les principes humanitaires à respecter en tout conflit et qui a donné une des premières impulsions à l'élaboration d'un thème toujours plus complexe et très actuel. Nous pensons par ailleurs à tout ce que vous avez fait pour la protection du patrimoine commun des mers, aujourd'hui de l'espace. Plutôt que d'en dresser la liste, Nous préférons souligner ce qui caractérise l'ensemble de votre travail auquel Nous rendons hommage.

Car c'est une œuvre ardue qui vous échoit. D'une part, vous devez vous attacher'fermement aux droits fondamentaux des personnes et au bien commun qui les garantit, à cet idéal de justice qui correspond à la conscience juridique d'un monde civilisé et qui, pour Nous, repose sur un droit naturel inspiré par le Créateur, sur 1'« ordre naturel de justice » comme se plaisait à dire notre Prédécesseur Pie XII. Et en même temps, vous devez être réalistes, en un sens même pragmatistes: les principes doivent pouvoir trouver dès maintenant, dans le monde tel qu'il est, une application concrète, efficace, et donc se référer à des systèmes juridiques différents, obtenir si possible l'assentiment des Etats, bien que la force obligatoire des règles du droit ait par elle-même une vigueur qui ne saurait dépendre de ceux-ci. Yous vous trouvez aussi en face de données nouvelles, imprévues, comme ces actes de violence qui se multiplient dangereusement. C'est dire les qualités dont il vous faut faire preuve: ténacité, collaboration, souplesse, prudence, et par dessus tout une invincible confiance dans le sens du droit, pour inscrire toujours davantage celui-ci dans les rapports entre les hommes et entre les peuples. Demeurez-en bien convaincus: plus le droit semble oublié, voire méprisé, plus deviennent évidentes sa grandeur, son absolue nécessité pour la vie en commun ordonnée de la société.

Une autre caractéristique qui Nous est très chère, c'est l'universalité du droit que vous cherchez à mettre en œuvre. Une Eglise « catholique »

y demeure évidemment très sensible. Cet esprit d'universalité Nous semble inspirer votre activité dans les deux secteurs où elle se déploie, au bénéfice du droit privé comme du droit public. Vu les multiples échanges d'aujourd'hui, il apparaît en effet indispensable de pouvoir dirimer les conflits qui surgissent entre les divers systèmes du droit privé, chargés de réglementer les contrats entre les personnes physiques ou entre les personnes morales. En respectant les lois nationales qui codifient ce droit selon le génie et les coutumes de chaque peuple, la justice demande de promouvoir une certaine unification, ou du moins de dégager des critères susceptibles d'être admis par tous. A plus forte raison, le droit public ne saurait rester sourd à un certain nombre d'exigences qui dépassent le bien et les intérêts de chaque Etat: il existe un bien commun universel, c'est de plus en plus manifeste. Et seul un droit international peut en fixer les normes.

Pie XII soulignait déjà à ce propos: « Chaque Etat est inséré dans l'ordre du droit international et par là dans l'ordre du droit naturel qui soutient et couronne le tout... Chaque Etat est immédiatement sujet du droit international».[1] Et plus récemment le Concile Vatican II notait ce qui vous est familier: « Le bien commun, c'est-à-dire cet ensemble de conditions sociales qui permettent, tant aux groupes qu'à chacun de leurs membres, d'atteindre leur perfection d'une façon plus totale et plus aisée, prend aujourd'hui une extension de plus en plus universelle, et par suite recouvre des droits et des devoirs qui concernent tout le genre humain. Tout groupe doit tenir compte... du bien commun de l'ensemble de la famille humaine ».[2] On pense évidemment à la sauvegarde d'un patrimoine commun à toute l'humanité et l'écologie nous en fera prendre de plus en plus conscience. Mais l'ordre des choses restant subordonné à l'ordre des personnes,[3] le bien commun universel ne vise pas moins la garantie des droits imprescriptibles de la personne humaine et des conditions générales de leur exercice. Il y va d'ailleurs de la paix internationale, et Nous sommes heureux de lire dans une résolution de votre Institut, à la Session de Lausanne de 1947: « Un ordre juridique efficace entre Etats est inséparable du respect de la personne humaine dans l'ordre interne de chaque Etat ». C'est votre honneur de contribuer à l'élaboration d'un droit public international, et d'ouvrir ainsi la voie à des mesures

[1] Discours à des juristes italiens, 6-12-1953, cf. *A.A.8.* 45 (1953), p. 796.

[2] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 26 § 1.

[3] Cfr. ibid., n. 26 § 3.

qui en permettront l'application sous forme de traités, pactes, accords, conventions ou tout autre instrument juridique adéquat.

Certes ce droit public international demeure encore aujourd'hui vulnérable et précaire, car il ne trouve pas, au niveau universel, une autorité publique analogue à celle qui garantit le bien commun de chaque Etat. C'est ce qui amenait Jean XXIII, dans l'encyclique «Pacem in terris» dont nous célébrons le dixième anniversaire, à appeler de ses vœux la constitution d'une autorité publique de compétence universelle, en même temps bien sûr qu'un progrès moral des consciences. Une telle autorité devrait être reconnue par tous et jouir d'une puissance efficace susceptible d'assurer à tous la sécurité, le respect de la justice et la garantie des droits.[4] Il s'agit là d'un projet délicat, qui semble dépasser les perspectives immédiates et les possibilités concrètes d'aujourd'hui, mais dans lequel l'humanité voit de plus en plus un idéal à poursuivre. Nous-même, Nous encourageons, vous le savez, les instances suprêmes internationales qui en sont les premières esquisses et qui Nous apparaissent comme le chemin obligé de la civilisation moderne et de la paix mondiale. Mais c'est un problème qui, tout en demeurant posé par vos recherches juridiques et peut-être sous-jacent à vos vœux, ne rentre pas directement dans le cadre de votre pouvoir et de votre compétence. A juste titre par contre, votre session va vous permettre d'étudier l'avenir du droit public international. Pour l'heure, il s'agit, semble-t-il, d'aménager pas à pas, avec l'assentiment des parties en cause et par l'entremise des nombreuses organisations internationales auxquelles elles adhèrent, ces multiples garanties qui limitent les atteintes au droit des gens et sauvegardent, promeuvent le bien commun universel. En même temps, vous contribuez à fortifier une conscience du droit international, qui trouve un écho non négligeable dans l'opinion publique.

Votre noble Académie, chers Messieurs, rassemble des experts d'horizons culturels et spirituels très différents. Et cependant, une passion commune vous habite: celle de rechercher, dans tous les domaines, des solutions de raison, de justice, d'impartialité; celle de promouvoir un règlement pacifique des conflits, de bannir les solutions de force, en vous référant aux droits fondamentaux inscrits dans la nature et la conscience de l'homme, à ses devoirs aussi et aux nécessités du bien commun universel. Une telle recherche désintéressée rejoint, pour sa part, le dessein de Dieu sur l'humanité, qui est un dessein de justice et de paix. Elle

[4] Cfr. Const. past. de EccL in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 82 § 1.

rejoint le souci de l'Eglise qui précisait en son Assemblée pleniore de Vatican II: « L'ordre (dont la société a besoin) doit sans cesse se développer, avoir pour base la vérité, s'édifier dans la justice, et être vivifié par l'amour: il doit trouver dans la liberté un equilibre toujours plus humain ».[5] Aussi prions-Nous le Seigneur d'inspirer toujours davantage votre travail et de le faire fructifier au bénéfice de tous vos frères. Sur vos personnes et ceux qui vous sont chers, Nous implorons de grand cœur ses Bénédictions.

III

Iis, qui interfuerunt conventui Instituti rei aeronauticae civili internationali accurandae. *

Monsieur le Secrétaire général, chers Messieurs,

C'est bien volontiers que Nous avons accueilli le désir de cette rencontre que vous avez manifesté au nom des participants à la Session extraordinaire de l'Organisation de l'Aviation Civile Internationale et à la Conférence diplomatique internationale de droit aérien. Vos paroles, Monsieur le Secrétaire général, indiquent bien l'enjeu du débat humain qui retient toute notre attention.

Certes, de par sa nature tout à fait particulière, le Saint-Siège semblerait moins concerné, pour lui-même, par les dispositions pratiques que vous élaborez pour les Etats, sur la répression de la capture illicite d'aéronefs. Nous vous remercions d'autant plus de l'avoir invité à vos travaux, comme observateur à l'Assemblée générale et plénipotentiaire à la table de la Conférence. Vous êtes bien convaincus, en effet, qu'étaient en péril le bien de l'homme, non seulement les droits des personnes innocentes — droits qui à nos yeux demeurent toujours inviolables —, mais aussi ce qu'on peut appeler le bien commun international: la sécurité que tous les passagers de l'aviation civile internationale sont en droit d'attendre d'un tel service, aujourd'hui capital pour les relations internationales, la possibilité aussi d'arriver à la paix par des moyens qui excluent la violence. Or, vous savez comment ces objectifs de justice et de paix, de droit international, rencontrent, à leur niveau le plus élevé, le message de l'Eglise catholique, et combien ils tiennent à cœur au Saint-Siège.

Vous n'attendez pas de Nous que Nous entrions ce matin dans la complexité des travaux que vous avez tenu à mener constamment sur les deux

[5] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, n. 26 § 3.

* Die 19 mensis septembris a. 1973.

plans complémentaires. Les termes sont difficiles à définir, les processus difficiles à mettre en œuvre. Cette recherche des instruments juridiques les plus adéquats, c'est-à-dire les plus justes et les plus efficaces, compte tenu de l'adhésion, effective et de l'engagement assuré des participants, aura été, au cours de ce mois, une tâche de patience. Mais Nous pensons utile de réaffirmer ici les principes de droit international qui, dans la conscience d'un monde civilisé et à plus forte raison dans la conscience chrétienne, devraient toujours inspirer les solutions techniques.

Et d'abord, Nous déplorons, Nous condamnons la violence. C'est pour Nous une aberration d'y recourir de façon générale, mais spécialement lorsqu'il s'agit de cette forme spécifique de violence que certains appellent terrorisme international et piraterie aérienne. Dans ces excès se trouvent en effet impliquées des personnes étrangères au conflit que l'on veut exacerber, comme peuvent l'être des femmes et des enfants. Ils compromettent la sécurité des transports internationaux, augmentent les ruines et les ressentiments. Ils ralentissent la marche vers la paix. «Comme d'autres faits, ajoutions-Nous le 13 septembre 1970, que le monde civilisé tout entier condamne aujourd'hui — séquestrations de créatures innocentes, tortures de prisonniers politiques, trafics clandestins et lucratifs de la drogue... —, ces actes énormes de piraterie, d'injustes représailles et d'inadmissible chantage ne devraient plus jamais se reproduire ».[1] Dieu merci, du reste, la réprobation, non seulement d'individus, mais aussi, de multiples collectivités, semble de plus en plus nette et unanime. Nous voulons y voir une sagesse prometteuse, celle qui cherche d'autres voies plus conformes à la raison et à la justice.

Puisse être aussi unanime la recherche des causes de semblables aberrations! «C'est un problème grave et urgent, disions-Nous au début de cette année aux membres du Corps diplomatique accrédité près le Saint-Siège, qu'il appartient à tous les partenaires de résoudre ensemble, par une loyale approche, sans omettre d'attirer aussi l'attention sur les causes de ce phénomène, ses modes et ses mobiles ».[2] Ceux-ci peuvent être bien lamentables et recouvrir des intérêts très particuliers. Ils peuvent aussi être suscités par la misère, la frustration, le désespoir qui résultent de conditions estimées intolérables au point de vue social, politique et économique: ainsi éclate une révolte, anarchique ou organisée, que l'on espère fructueuse dans ses résultats immédiats ou au moins dans l'opinion publique internationale. Tous les pays du monde doivent reconnaître éventuellement de telles causes, pour y porter remède avant qu'elles ne dégénèrent en violence: bien fragile serait la lutte contre le terrorisme sans cette prise

[1] Cfr. *L'Osservatore Romano,* 14-15 septembre 1970.
[2] *A.A.S.* 65 (1973), pp. 39-40.

de conscience, et sans la volonté tenace d'en éloigner les raisons, autant que faire se peut, et par des voies appropriées qui n'aggravent pas l'injustice.

Cependant, Nous le déclarons avec netteté, de telles causes ne sauraient justifier le recours à la violence exercée sur les aéronefs civils, sur 1eurs pilotes et leurs passagers. Non, la fin ne justifie pas les moyens, en ce domaine comme dans les autres. C'est particulièrement évident lorsqu'on met en œuvre des moyens si injustes et si dangereux pour l'ensemble de la navigation aérienne. Ce grave problème ne saurait non plus passer du domaine civil au domaine politique. Nous voulons dire se laisser grever de considérations politiques partielles. Ou alors, il faut envisager la politique au sens le plus élevé, celui de la sauvegarde du bien commun international, garanti par des Conventions ou par des accords internationaux, si possible multilatéraux, à défaut d'une autorité publique internationale. Nous formons le vœu que tous les membres de la communauté internationale en viennent à ratifier de tels accords, dans la conviction qu'il y va aussi, finalement, de leur propre intérêt. Est-ce rêver de penser que l'humanité est capable de se hausser à une telle conscience, avec le secours du Très-Haut qui inspire ce vœu au cœur de tout être humain digne de ce nom? Nous ne le croyons pas. C'est ce que Nous appelions dans notre message pour la Journée mondiale de la paix, le premier janvier 1973, « une loi sévère et pacifique pour régir les rapports internationaux ». N'êtes-vous pas fondamentalement à la recherche d'une telle loi?

L'Eglise, pour sa part, n'aura de cesse qu'elle ne forme la conscience de tous ses fils, qu'elle n'invite tous les hommes de bonne volonté à promouvoir cette sécurité, à protéger les droits humains universels, à les défendre courageusement, à réaliser une justice pour tous, pour les victimes innocentes comme pour les populations injustement opprimées. Tout homme à droit au respect de sa dignité inviolable, tout homme est frère. La violence est un langage inhumain pour résoudre les conflits humains. La règle d'or demeure la raison et l'amour. Voilà le dessein du Créateur. Sans cet apport d'ordre moral, les instruments juridiques les plus perfectionnés risquent un jour ou l'autre d'être tournés et inopérants. C'est dans ce sentiment que Nous encourageons aussi, avec une particulière admiration, les instances qualifiées comme les vôtres, qui mettent en œuvre la solidarité internationale en ce domaine particulièrement important et vulnérable. Votre responsabilité est grande, grande aussi celle des Gouvernements. De tout cœur Nous implorons sur votre entreprise l'Esprit de justice et de paix du Très-Haut.

SS.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

DECRETUM

De sepultura ecclesiastica

Patres Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei in Plenariis Comitiis dierum 14-15 novembris 1972 de sepultura ecclesiastica decreverunt: ne prohibeantur exsequiae peccatoribus manifestis, si ante mortem aliqua signa dederint poenitentiae et absit publicum aliorum fidelium scandalum.

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 17 novembris 1972 infrascripto Praefecto impertita praedictam Patrum decisionem, abrogando quatenus opus est can. 1240 par. 1 et contrariis quibuslibet non obstantibus, ratam habuit, approbavit et publicari iussit.

Romae, die 20 Septembris 1973.

FRANCISCUS Card. SEPER
Praefectus

£B Hieronymus Hamer
Archiepiscopus tit. Lorensis
a Secretis

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I
PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

die 22 Maii 1973. — Cathedrali Ecclesiae Salutiarum praefecit Exc. P. D. Antonium Fustella, hactenus Episcopum titularem Sebanensem.

die 30 Maii. — Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Iulii Bianconi, Episcopi Tarquiniensis et Centumcellarum, constituit Exc. P. D. Philippum Franceschi, Episcopum titularem Sillitanum.

die 1 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Fanensi praefecit Exc. P. D. Constantium Micci, hactenus Episcopum titularem Maiucensem, qui simul constitutus est Episcopus Forosemproniensis.

— Cathedrali Ecclesiae Forosemproniensi Exc. P. D. Constantium Micci, hactenus Episcopum titularem Maiucensem, qui simul constitutus est Episcopus Fanensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Usinazensi Exc. P. D. Victorium Cecchi, hactenus Episcopum Forosemproniensem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ersilii Tonini, Episcopi Maceratensis et Tolentini ac Administratoris Apostolici Cingulani, Recinetensis, Treiensis.

die 2 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Aquilanae Exc. P. D. Carolum Martini, hactenus Archiepiscopum titularem Abaritanum.

die 20 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Nigrensi Exc. P. D. Emmanuelem Romano, Vicarium Generalem archidioecesis Montis Regalis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Conradi Mingo, archiepiscopi eiusdem archidioecesis.

die 4 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Idicrensi R. D. Georgium Weinhold, sacerdotem dioecesis Misnensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Gerardi Schaffran, Episcopi Misnensis.

die 7 Iulii. — Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Norberti Perini, Archiepiscopi Firmani, constituit Exc. P. D. Cletum Bellucci, Episcopum titularem Melzitanum atque Administratorem Apostolicum « sede plena » illius archidioecesis.

— Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Aloisi Caroli Borromeo, Episcopi Pisaurensis, Exc. P. D. Caietanum Michetti, Episcopum

titularem Ieronopolitanum in Cilicia atque Administratorem Apostolicum « sede plena » illius dioecesis.

die 11 Iulii. — Cathedralibus Ecclesiis Nicotriensi et Tropiensi praefecit Exc. P. D. Vincentium De Chiara, Episcopum Miletensem.

die 13 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Eemensi Exc. P. D. Iacobum Eugenium Aloisium Ménager, hactenus Episcopum Meldensem.

die 20 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Druensi R. D. Carolum Ebert, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Hugonis Aufderbeck, Episcopi titularis Arceni, Administratoris Apostolici territoriorum vulgo Erfurt et Meiningen.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vegeselitanae in Numidia E. P. Moacyr Grechi, sodalem Ordinis Servorum Mariae, Praelatum Acrensem et Puruensem.

die 1 Augusti. — Titulari pro hac vice archiepiscopali Ecclesiae Abaritanae R. D. Carolum Fumo, e clero dioecesis Eporediensis, Antistitem Urbanum, quem deputavit Nuntium Apostolicum in Republica Peruviana.

die 3 Augusti. — Titulari pro hac vice archiepiscopali Ecclesiae Aeliensi R. D. Iosephum Laigueglia, e clero dioecesis Ventimiliensis, Antistitem Urbanum, quem deputavit Nuntium Apostolicum in Bolivia.

die 4 Augusti. — Metropolitanae Ecclesiae Compsanae et Cathedralibus Ecclesiis S. Angeli de Lombardis et Bisaciensi Exc. P. D. Gastonem Mojaisky-Perrelli, Archiepiscopum-Episcopum Nuscanum.

— Cathedrali Ecclesiae Campaniensi Exc. P. D. Caietanum Pollio, Archiepiscopum Salernitanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sebargensi R. D. Mauricium Gaidon, superiorem seminarii maioris dioecesis Divionensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Marci Lallier, Archiepiscopi Bisuntini.

die 7 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Segermitanae R. D. Ioannem Cadilhac, presbyterum dioecesis Montis Albani, curionem oppidi, quod Castelsarassin cognominant, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Eugenii Polge, Archiepiscopi Avenionensis.

die 18 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Bovensi Exc. P. D. Ioannem Eerro, Archiepiscopum Rheginensem.

die 27 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Zabensi R. D. Sergium Valech Aldunate, canonicum Capituli metropolitani et Vicarium Generalem Sancti Iacobi in Chile, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Radulfi S. R. E. Cardinalis Suva Henríquez, archiepiscopi Sancti Iacobi in Chile.

II

CAMPANIENSIS - POTENTINAE - MUEANAE

DECRETUM

De mutatione finium dioecesium

Quo aptius Christifidelium spirituali bono consuleretur, Exc.mi Patres Domini Caietanus Pollio, Administrator Apostolicus dioecesis Campaniensis, et Aurelius Sorrentino, Archiepiscopus Potentinus et Episcopus Muranus, ab Apostolica Sede enixe expostulaverunt ut limites quibus in praesens memoratae dioeceses circumscribuntur aliquantulum immutarentur, ita quidem ut ecclesiastici fines cum illis civilium regionum deinde convenirent.

Sacra Congregatio pro Episcopis, omnibus rite perpensis, ac rata huiusmodi immutationum rationes bene probari, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter praesenti decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent :

1. a dioecesi Campaniensi separat territoria paroeciarum : Sacri Cordis Iesu et S. Michaelis ad municipium vulgo *S. Angelo Le Fratte* pertinentium, S. Petri Apostoli in municipio vulgo *Satriano di Lucania* extantis, S. Nicolai Barensis municipii vulgo *Savoia di Lucania*, atque S. Nicolai Myrensis in municipio vulgo *Vietri di Potenza* constitutae, eademque perpetuo adnectit archidioecesi Potentinae;

2. a dioecesi Murana distrahit territoria paroeciarum S. Petri Apostoli in municipio *Ricigliano* et B. M. V. a Sacratissimo Rosario municipii *Romagnano al Monte*, illaque dioecesi Campaniensi attribuit.

Decernit quoque eadem Sacra Congregatio ut, una cum territorio paroeciarum, adnectantur oratoria, domus et coemeteria paroecialia, piae fundationes et quaecumque alia ecclesiastica bona quomodocumque ad paroecias vel ecclesias illorum territoriorum spectantia.

Mandat insuper ut documenta et acta, singulas de quibus agitur paroecias respicientia, a Curia a qua ad Curiam dioecesis cui paroeciae aggregandae sunt, transmittantur.

Ad clerum vero quod attinet, simul ac praesens decretum ad effectum

deductum fuerit, sacerdotes dioecesi illi censeantur adscripti in cuius territorio beneficium aut officium legitime detinent, ceteri autem clerici dioecesi illi incardinati maneant, in cuius territorio legitimum habent domicilium. Utriusque tamen dioecesis Episcopis Ordinariis fas erit — ob congruas rationes — collatis consiliis cum sacerdotibus et clericis quorum interest, aliter de eorum incardinatione disponere.

Ad haec omnia perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis deputat Exc.mum Caietanum Pollio, Archiepiscopum Salernitanum atque Administratorem Apostolicum Campaniensem, eidem necessarias et opportunas tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ipsi imposito ad eandem Sacram Congregationem quam primum mittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 31 maii 1973.

SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. œ S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

III

CIVITATIS CASTELLANAE HORTANAE ET GALLESINAE ATQUE BALNEOREGIENSIS

DECRETUM

De finium immutatione

Quo efficacius animarum sibi commissarum curae consuli possent Exc.mi PP. DD. Aloisius Boccadoro, Episcopus Viterbiensis, Tuscanensis, Faliscodunensis et Aquipendiensis necnon Administrator Apostolicus Balneoregiensis, atque Robertus Massimiliani, Episcopus Civitatis Castellanae Hortanus et Gallesinus ut aptior inter Balneoregiensem et Hortanam dioeceses finium terminatio fieret ab Apostolica Sede postulavere.

Sacra Congregatio pro Episcopis, huiusmodi immutationem rata spirituali dominici gregis utiliori regimini profuturam, vigore facul-

tatum sibi a Summo Pontifice Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, concordia utriuslibet Episcopi Ordinarii optata admittenda esse censuit.

Quapropter, suppleto quatenus opus sit eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, a dioecesi Balneoregiensi omne territorium separat quod lege civili ad municipium vulgo *Soriano nel Cimino* pertinet idque dioecesi Hortanae perpetuo adscribit.

Una cum territorio adnectantur ecclesiae, oratoria, coemeteria paroecialia, piae fundationes et quaelibet alia ecclesiastica bona ad eadem ecclesias et oratoria quomodocumque spectantia, si quae ibi sint.

Documenta et acta ecclesias, bona, incolas memorati territorii respicientia a Curia Balneoregiensi ad Curiam Hortanam transmittantur.

Ad haec omnia perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis deputat Exc.mum, quem supra memoravimus, Robertum Massimiliani, opportunas et necessarias eidem tribuens facultates, etiam delegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere pariter imposito authenticum exemplar actus peractae exsecutionis ad eandem sacram Congregationem mittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die prima mensis Iulii, anno MCMLXXIII.

SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. « S.

Godefridus Mariani, *Subsecretarius*

IV

CLUSINAE ET PIENTINAE-CIVITATIS PLEBIS

DECRETUM

De finium immutatione

De animarum profectu apprime sollicita, quaecumque pastorale ministerium rectius componendum poscit perlibenter Apostolica Sedes iisdem favere satagit.

Quapropter cum Exc.mus P. D. Marius Castellano, Archiepiscopus Senensis et Administrator Apostolicus Clusinus et Pientinus, postu-

laverit, atque Exc.mus P. D. Ferdinandus Lambruschini, Archiepiscopus Perusinus et Administrator Apostolicus Civitatis Plebis, postulationi consenserit, ut paroeciae vulgo *San Lazzaro alle Piazze* et *Gamporsevoli* in finibus municipii civilis vulgo *Getona* in Etruria regione exsistentes, ad dioecesim tamen Civitatis Plebis, Umbrae regionis, pertinentes, in iurisdictionem transferantur Episcopi Ordinarii Clusensis et Pientini, Sacra Congregatio pro Episcopis, vigore facultatum a Summo Pontifice Paulo Divina Providentia Pp. VI sibi tributarum, re mature perpensa, memoratas paroecias *San Lazzaro alle Piazze* et *Gamporsevoli* a dioecesi Civitatis Plebis separat et finitimae dioecesi Clusensi et Pientinae perpetuo adscribit, mutatis hac ratione utriusque dioecesis limitibus.

Simul cum territorio paroeciarum, ecclesiae adnectuntur, oratoria, domus, piae fundationes et quaelibet alia bona ad paroecias spectantia.

Documenta et acta easdem paroecias et bona respicientia a Curia Civitatis Plebis ad Curiam Clusinam et Pientinam transmittantur. Archiepiscopis Ordinariis, quatenus Administratoribus Apostolicis, fas erit de praesentis earundem paroeciarum curionis incardinatione et ministerio disponere.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis quem supra memoravimus Exc.mum Marium Castellano deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis quam primum mittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 16 mensis Iulii anno 1973.

SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

Godefridus Mariani, *Subsecretarius*

V

BONONIENSIS, FLOBENTINAE ET MUTILENSIS

DECRETUM

Mutilensis Ecclesia regioni ecclesiasticae Romandiolae adnectitur

Concilii Oecumenici Vaticani II aptiorem dioecesium et ecclesiasticarum provinciarum compositionem suadentis votis obsecundans, Exc.mus P. D. Marinus Bergonzini, Episcopus Mutilensis, ab Apostolica Sede postulavit, ut Mutilensis Ecclesia regioni ecclesiasticae Romandiolae adnecteretur.

Mutilensis enim dioecesis in Romandiolam regionem fere integre patet; apostolatus exigentiae atque sociales rationes eidem regioni consentaneae censentur, ideo unitas organica evidentior efficitur.

Summus Pontifex PAULUS, Divina Providentia Pp. VI, praehabito favorabili voto Em.morum Patrum quorum interest, Hermenegildi S. R. E. Cardinalis Florit, Archiepiscopi Florentini et Antonii S. R. E. Cardinalis Poma, Archiepiscopi Bononiensis, de consilio infrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis pro Episcopis Praefecti, ratus huiusmodi immutatione apostolatus rationes efficentiores reddi, exhibitas preces excipiendas censuit.

Quapropter, praesenti Decreto, dioecesim Mutilensem suffraganeam constituit Metropolitanae Ecclesiae Bononiensis et proinde a metropolitico iure subtrahit Archiepiscopi Fiorentini; regioni ecclesiasticae Romendiolae ascribit ita ut Mutilensi Episcopo ius sit Conferentiae Episcopali Romandiolae interesse.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 8 mensis Septembris anno 1973.

SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. & S.

£8 Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i

INDONESIAE

DECRETUM

De mutatione nominum aliquarum Archidioecesium et Dioecesium

Cum propositum sit ut denominationes aliquarum Archidioecesium et Dioecesium in Indonesia permutar entur, Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando, audita Episcopali Conferentia Indonesiana, necnon obtento favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Iosephi Mees, Archiepiscopi titulo Yprensis atque tunc Apostolici in Indonesia Pro Nuntii, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI concessarum, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, quae sequuntur decernit :

1) ut Metropolitana Ecclesia hucusque Diakarta nuncupata, deinceps a civitate vulgo Jakarta, Giakartana denominetur ; item eiusdem loci Ordinarius titulo ornetur Giakartano;

2) ut Metropolitana Ecclesia hucusque Makassarensis nuncupata, deinceps a civitate vulgo Ujung Pandang, Ugiungpandangana denominetur; item eiusdem loci Ordinarius titulo ornetur Ugiungpandangano;

3) ut Cathedralis Ecclesia hucusque Bandiarmesinensis nuncupata, deinceps a civitate vulgo Banjarmasin, Bangiarmasina denominetur; item eiusdem loci Ordinarius titulo ornetur Bangiarmasino ;

4) ut Cathedralis Ecclesia hucusque Surabaiensis nuncupata, deinceps a civitate vulgo Surabaya, Surabayana denominetur; item eiusdem loci Ordinarius titulo ornetur Surabayano;

5) ut Cathedralis Ecclesia hucusque de Tandiung-Karang nuncupata, deinceps a civitate vulgo Tanjungkarang, Tangiungkarangana dominetur; item eiusdem loci Ordinarius titulo ornetur Tangiungkarangano;

6) ut Cathedralis Ecclesia hucusque Diaiapuraënsis nuncupata, deinceps a civitate vulgo Jayapura, Giayapurana denominetur; item eiusdem loci Ordinarius titulo ornetur Giayapurano.

Ad haec perficienda, Sacrum hoc Dicasterium deputat Exc.mum ac Rev.mum Dominum Vincentium Farano, Archiepiscopum titulo Cluentensem, nuper Apostolicum in Indonesia Pro Nuntium nominatum; idcirco hisce super omnibus praesens edidit Decretum.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis, die vicesima secunda mensis Augusti anno Domini 1973.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

ffî D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

II

NYERIENSIS - MERUENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Quo facilius et^efficacius aeternae dominici gregis saluti eiusque regimini consuli possit, Exc.mi ac Rev.mi Ordinarii Conferentiae Episcopalis Kenyaensis novam eamque aptiorem inter dioeceses Nyeriensem. et Meruensem finium definitionem nuper ab Apostolica Sede expostulaverant.

Quapropter Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando, accepto favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Petri Aloisii Sartorelli, Archiepiscopi titulo Castellani atque Apostolici in Kenya Pro Nuntii, itemque consensu Exc.morum Ordinariorum, quorum interest, prae oculis habito, re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit ac inter circumscriptiones ecclesiasticas Nyeriensem et Meruensem, hos, qui sequuntur, fines constituendos esse decernit:

« That part of the territory of the civil District of Meru, which now belongs to the Diocèse of Nyeri and in which the town of Timau is located, shall be separated from the aforementioned diocèse so as to belong henceforth to the Diocèse of Meru, except for the area nearer to Nanyuki and lying west of the river Oltulili, which shall remain in the Diocèse of Nyeri ».

Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando in perpetuam rei memoriam praesens Decretum confici et expediri iussit.

DatumjRomae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de_Propaganda Eide, die 31 mensis Augusti a. D. 1973.

AGNELLUS, Card. Rossi, *Praefectus*

& D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

I

SANCTI HYACINTHI

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Ludovici Zephyrini Moreau, Episcopi S. Hyacinthi.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« *Gregis Christi Pastores imprimis oportet ut ad imaginem summi et aeterni Sacerdotis, Pastoris et Episcopi animarum nostrarum, sancte et alacriter, humiliter et fortiter exsequantur ministerium suum, quod ita adimpletum, etiam pro eis erit praecelsum sanctificationis medium. Ad plenitudinem sacerdotii electi, sacramentali gratia donantur, ut orando, sacrificando et praedicando, per omnem formam episcopalis curae et servitii, perfectum pastoralis caritatis munus exerceant, animam suam pro ovibus ponere ne timeant et forma facti gregis* (cfr. *1 Pt.* 5, 3), *Ecclesiam etiam exemplo suo ad maiorem in dies sanctitatem promoveant* » (Const. *Lumen Gentium,* n. 41).

Quam compendiosam et pulchram Concilii Vaticani Secundi imaginem episcoporum, quos « *Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei* » *(Act.* 20, 28), dilucide expressam invenimus et in Servo Dei Ludovico Zephyrino Moreau, Episcopo Sancti Hyacinthi in Canadia. Quod ut pateat, satis erit de eius vita rebusque gestis breviter exponere.

Qui in oppido quod *Béçancour* vulgo nuncupant, in finibus tunc archidioeceseos Quebecensis, nunc vero dioeceseos Nicoletanae sito, ortum habuit Calendis Aprilibus anno 1824, e tredecim fratribus quintus, eodemque nativitatis die sacris Baptismi aquis membrum Ecclesiae Christi est effectus. Parentes ei fuerunt Aloisius Zephyrinus Moreau et Maria Margarita Champoux, humiles quidem progenie ruriculae, sed fide ac pietate in Deum praestantes.

Duodecim annos natus, litterarum primordiis absolutis, ad prima humaniora studia exercenda commissus est cuidam claro eiusdem oppidi magistro, loci parocho hospitium adulescentulo praebente Latinique sermonis eumdem docente rudimenta. Ea quidem tempestate, pius, bonus et modestus ad Eucharisticum Convivium primo accessit. Mense autem Septembri anno 1839, Mcoletanum seminarium ingressus est, ubi, inter diligentiores primus, humanitatis studia perfecit anno 1844 et tunc sacerdotalis vitae capessendae desiderium et consilium aperuit. Quapropter die 10 mensis Maii eodem anno clericorum induit vestem tonsuraque est auctus. Tum vicennis dignus est inventus qui Seminarii magistrum disciplinae versuum condendorum valetudine affectum suppleret atque insequenti autumno humaniorum litterarum praecepta alumnis traderet. Atvero, simul alios docens, simul suis incumbens theologicis studiis, labore adeo defaticatus est, ut mense Novembri a. 1845 Seminarium relinquere coactus sit. Ad natalem igitur locum valetudinis reficiendae causa remeavit, sed quia ad sacerdotium vehementissime pervenire cupiebat, sub parochi ductu sacrae theologiae studiis vacavit. Et insequenti anno 1846, mense Septembri, se Quebecum contulit licentiam ab archiepiscopo petiturus ut, talari servata veste, studia extra Seminarii saepta, cum nondum ad salutem esset plene reductus, exercere et persequi valeret. Ordinarius vero, visa imbecilliore corporis valetudine, Famulum Dei adhortatus est ut, talari deposita veste, ad paternam rediret domum. Quod responsum animum Servi Dei non perturbavit neque spem ei eripuit ; ideoque sub eiusdem mensis Septembris finem petiit obtinuitque ab episcopo Marianopolitano ut in eiusdem dioeceseos clerum cooptaretur. Porro, episcopus coadiutor, Ioannes Carolus Prince, Dei Servum ipsis episcopalibus aedibus hospitem excepit atque, qua erat doctrina et eruditione clarus, cotidie eidem aderat in studiis perficiendis; cumque eum in sacra doctrina reperisset sat instructum, die 19 mensis Decembris eodem anno 1846 ad presbyteratum ordinem promovit.

Christi minister effectus, anno 1847 caerimoniarum magister ecclesiae cathedralis atque cappellanus designatus est ; spiritualis quoque cura pauperum Conventus a Providentia atque moderatoris officium Communitatis a Bono Pastore ei concredita sunt fuitque Cancellariae curiae dioecesanae praepositus. Hisce in muneribus obeundis optimas animi mentisque dotes exhibuit floruitque omni virtutum genere, ita ut iam tum *h onus dominus* Moreau vulgo appellaretur.

Contigit autem ut anno 1852 nova conderetur dioecesis in Cana-

dia a S. Hyacintho nuncupata, ad quam regendam ascitus est Coadiutor ipse Marianopolitanus; qui Servum Dei, quem olim sacerdotio insigni - verat, sibi Secretarium adlegit et secum ad novae dioeceseos Cancellariam moderandam duxit. Praeter Cancellariae negotia expedienda, curionis minoris adimplebat munus apud varia Sororum Instituta et apud civile nosocomium; deinde bis (annis nempe 1854-1860 et 1869-1875) parochum ecclesiae cathedralis egit. Fuit quoque multarum Religiosarum, utpote pius, prudens et firmus, conscientiae moderator exquisitus. Anno 1869 membrum et secretarius dioecesani Consilii recens conditi renuntiatus est, necnon dioeceseos Vicarius generalis. Dioecesim universam pluries, vel sede vacante vel episcopo per longius tempus absente, moderatus est.

Vita functo tertio dioeceseos episcopo, mense quidem Iulio a. 1875, Servus Dei quinto, uti Vicarius Capitularis, dioecesim administravit. Clarius tunc innotuit quanta ipse apud omnes, clericos et laicos, gauderet aestimatione, adeo ut eum sibi exoptarent episcopum, quandoquidem dotibus omnibus animique ornamentis praeditum scirent tanto obeundo muneri necessariis. Sacrorum quoque Canadiae Antistites egregium de eo ad Summum Pontificem miserunt testimonium. Pius IX ardentibus eiusmodi votis annuens, Ludovicum Zephyrinum Moreau dignum habuit quem ad episcopalem dignitatem eveheret daretque dioecesi Sancti Hyacinthi Praesulem. Itaque die 16 mensis Ianuarii a. 1876, omnium plausu et gratulatione, episcopus fuit ordinatus.

Cum autem novisset Famulus Dei se posse nihil nisi supernae opis auxilio fretum, Apostoli sententiam *Omnia possum in eo qui me confortât (Phil.* 4, 13) sibi ut insigne altissimi muneris sumpsit, quo spiritualis vitae suae et pastoralis operis peculiares notas exprimere intendebat, plenam videlicet in Deo fiduciam, humilitatem, constantem in suscipiendis adimplendisque officiis voluntatem.

Porro, cum creditam sibi dioecesim optime cognosceret, statim moliri coepit, ut bonus pastor, ea opera quibus dioecesis nova caperet bonorum spiritualium et temporalium incrementa. Quae autem ut efficaciora essent, Servus Dei cor unum et animam unam (cf. Act. 4, 32) cum dioecesano clero esse voluit. Hinc, ab initio fere episcopatus, cathedrale capitulum, presbyterii instar, instituit, ut consociatis viribus dioecesim regeret. Presbyteros appellare solebat suos *adiutores, cooperatores, consiliarios, fratres, amicos.* Quapropter eos peculiari complectebatur et prosequebatur caritate ; eos libenter audiebat et consulebat. Sategit quoque artius sibi devincire sacerdotes celebratione

decem synodorum dioecesanarum crebrisque pastoralibus visitationibus annuisque collationibus et conventibus, quorum disceptanda argumenta ab iisdem appararentur. Condiciones quoque materiales cleri curabat, ut necessaria ad vitam honeste et digne ducendam subsidia a fidelibus procurarentur. Sollicitus etiam fuit erga sacerdotes aetate provectos, aegrotos et inválidos eorumque honestae sustentationi consuluit. Collegialem cum Canadiae episcopis unionem studiose servavit provexitque; sapientibus consiliis et stimulationibus in spiritu fraternae caritatis iisdem praesto fuit, prudentemque se praebuit in negotiis politicae ac scholasticae indolis conciliatorem.

Sentire cum Ecclesia constans et perpetua fuit eius voluntas; hinc arcte cum Summo Pontifice coniunctus, operam dabat ut eius magisterii documenta a clero et a fidelibus statim cognoscerentur utque amor et fidelitas erga Christi in terris Vicarium et erga Apostolicam Sedem altas in animis radices agerent et firmarentur.

Sollertem intendit curam in vocationes sacerdotales fovendas. Paroecias plures erexit aliarumque aptius fines definivit; cathedrale quoque templum exaedificavit. Cunctam dioecesim per impervia itinera caelique asperitates sacra visitatione crebrius peragravit.

Pari studio ac diligentia necessitatibus et rationibus religiosarum familiarum in dioecesi exstantium consulebat. Veluti pater invigilabat ut ibidem praescripta disciplina servaretur.

Ad Christifidelium autem spirituale bonum eorumque religionem augendam et ad caritatis opera exercenda varias pias consociationes instituit, aliaeque iam exstantes ut florerent magnopere procuravit. Ut pueri et adulescentes ab omni in fide moribusque contaminatione praeservarentur totum se impendit. Quem in finem Congregationem Sororum a S. Ioseph die 12 mensis Septembris a. 1877 condidit. Sororum quoque Institutum a S. Martha fundavit die 21 Novembris a. 1890, ut in seminariis, episcopus et in educationis iuventae domibus servitium praestarent. Scholas omne genus, etiam ad commercii scientias et leges condiscendas, excitavit et sustinuit. Ad hoc varias religiosas Congregationes in dioecesim accivit.

Prosperitati quoque materiali gregis sibi concrediti studuit, sacerdotibus praecipiendo ut fideles ad socialem et oeconomicum progressum efficaciter cohor taren tur. Pauperes eximia caritate prosequebatur; huic Opus Conferentiarum S. Vincentii a Paulo in urbem S. Hyacinthi inductum est.

Sciens probe episcopos pastorali munere constitui aliorum perfecto-

res ideoque officio teneri procurandi, ut et Angelicus Doctor memorat, subditorum salutem (cf. *8. Theol.* II-II, p. 185, a. 5), Famulo Dei persuasissimum erat grave ac praecipuum onus sibi incumbere gregem suum ad christianam perfectionem perducendi. Quapropter imprimis sacerdotes crebrius adhortabatur, ut ad illam sanctitatem semper niterentur qua, non solum Dei voluntatem implerent (cf. *Mt.* 5, 48 et *1 Thess.* 4, 3), verum etiam et ipsi aptiora in dies instrumenta in Populi Dei sanctificationem et servitium evaderent. Alia inter sanctificationis subsidia inde ab initio episcopali munere religionem in Ss.mum Iesu Cor, quod et ipse summopere colebat, studiose ostendit omnibusque valde commendavit; inde *episcopus 8. Cordis* appellatus est.

Memor sane erat Servus Dei se prae ceteris teneri obligatione sanctitatis exemplum cuncto sibi commisso gregi praebendi. Omnibus igitur nervis et viribus contendit ut, gratia Dei opitulante, sanctitatem in caritate, humilitate vitaeque simplicitate assequeretur. Re quidem vera testes uno affirmant ore Famulum Dei episcopum factum permansisse qualem antea fuisset, humilem, simplicem in tota vivendi agendique ratione, a pecunia rebusque mundanis alienum, frugalem ; eumdem usum esse minimo episcopii cubiculo, quolibet superfluo ornatu ac supellectile experti. Dictus quoque est Famulus Dei maioris temporis partem in oratione, in studio doctrinae sacrae et in clero et fidelibus excipiendis et audiendis consumpsisse, dioecesimque magis pietate quam imperio gubernasse.

Nec tandem praetereundae innumerae, viginti ferme milia, litterae et epistulae ad presbyteros, religiosos et laicos datae, quae praeclarum spiritualis vitae ac disciplinae atque apostolicae operositatis exstant monumentum Servi Dei eiusque intima imago.

Postremis autem vitae annis, ingravescente corporis incommoda infirmitate, Dei Servus petiit a Summo Pontifice obtinuitque episcopum coadiutorem, ac quidem Rev.mum Dominum Maximum Decelles.

Die demum 24 mensis maii a. 1901, extremis Ecclesiae sacramentis munitus, defletus ac desideratus uti Canadensium sacrorum Antistitum decus et gloria, placide obdormivit in Domino, aetatis suae septimo supra septuagesimum anno, sacerdotii sui quinquagesimo quarto, atque episcopatus quinto supra vicesimum. Exsequiae sollemniores, adstante ingenti episcoporum, presbyterorum ac fidelium multitudine, peractae sunt.

Servum Dei Ludovicum Zephyrinum Moreau reliquisse dicas tum sacerdotalis vitae tum pastoralis sollicitudinis exemplar, quod Oecu-

menici Concilii Vaticani Secundi documenta penitius describunt atque pro bac nostra exoptant aetate praebendum.

Sanctitatis fama, qua vivus fuit decoratus, post Servi Dei obitum non deferbuit, immo in dies magis succrevit sive ob virtutum, quibus inclaruerat, fulgorem, sive ob gratias eius invocato nomine a Deo concessas. Hinc factum est ut de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis Causa agi coepta sit. Canonicis igitur annis 1929-1934 ordinaria auctoritate instructis, processibus, Pius Papa XII commissionem introductionis Causae die 27 mensis Iunii a. 1952 propria signavit manu. Adornati sunt deinde annis 1953-1955, apostolica potestate processus, quorum iuridica vis per decretum S. Rituum Congregationis diei 31 Ianuarii mensis a. 1959 agnita est.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, instituta est apud S. Congregationem pro Causis Sanctorum disceptatio super virtutibus theologalibus et cardinalibus eisque adnexis Servi Dei, et quidem primum in Congressu Peculiari die 6 mensis Octobris a. 1970 habito; deinde, praemissis peculiaribus dilucidationibus ab Officio Historico eiusdem Sacrae Congregationis concinnatis, celebratus est die 31 Octobris anno 1972 Coetus Plenarius Patrum Cardinalium qui, omnibus perspectis et perpensis, cunctis suffragiis censuerunt Servum Dei heroum in modum omnes christianas exercuisse virtutes.

Facta postmodum, die 16 mense Decembri eodem anno, Summo Pontifici Paulo VI per Rev.mum Cardinalem Paulum Bertoli, tunc huic Congregationi Praefectum, de praemissis omnibus relatione, eadem Sanctitas Sua sententiam affirmantem Coetus Plenarii Patrum Cardinalium ratam habens, ut decretum de hac re conficeretur mandavit.

Hodierno tandem die accitis ad se Rev.mis Cardinalibus infra scripto, huius Congregationis Praefecto, et Carolo Gonfalonieri, Causae ipsius Ponente seu Relatore, meque subscripto Antistite a secretis, aliisque vocari solitis, eisque adstantibus edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico Servi Dei Ludovici Zephyrini Moreau, Episcopi Sancti Hyacinthi, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum inseri mandavit.

Datum Romae, die 10 mensis Maii a. D. 1973.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

L. © S..

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

II

GRANATENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei, Andreae Manjon y Manjon, sacerdotis, fundatoris Scholarum ab « Ave Maria » appellatarum.

SUPER DUBIO

An introducenda sit eius Causa

Cum Sancta Mater Ecclesia, ad mandatum implendum a divino suo Conditore acceptum, mysterium nempe salutis omnibus hominibus nuntiandi et omnia instaurandi in Christo, integram hominis vitam etiam terrenam quatenus cum vocatione caelesti res connexas curare debeat, in educationis progressu atque amplificatione partes suas habet (cfr. Conc. Vatic. II, *Gravissimum educationis*, prooemium). Unde Spiritus Sanctus innumeros sacerdotes, religiosos et laicos in ipsa Ecclesia suscitat, qui evangelico se devovendi studio in praecellens educationis et scholarum cuiusvis generis et gradus munus incumbant. Immo non pauci, ob merita sua, in historia doctrinae et methodorum paedagogiearum egregium locum obtinent. Inter hos iure recensendus est Servus Dei Andreas Manjon y Manjon.

Servus Dei ortum habuit, die 30 Novembris anno 1846, in pago *Sargentes de la Lora*, dioeceseos Burgensis in Hispania, et eadem die Ecclesiae Dei aggregatus est sacramento baptismi. Iuxta morem loci nomen Apostoli Andreae ei impositum est, in cuius festo bis natus fuerat, nempe societati civili et Ecclesiae. Eius parentes agricolae erant, pietate et animorum bonitate a civibus valde dilecti. Anno 1850 Andreas, puer quattuor annorum, sacramentum Confirmationis recepit.

Prius ad ludum litterarium in vico patrio ventitabat, dein ad gymnasium in loco *Polientes* (Santander) non procul a patrio pago. Sed iam tunc, pietate parentum et bonis animi dotibus bene dispositus, vocem Domini Iesu audivit se ad sacerdotium ministeriale vocantis, quapropter Seminarium Burgense adivit ubi, ut alumnus externus, prius litteris latinis, dein studiis philosophicis et Sacrae Theologiae vacaret. Ibi per septem annos permansit donec anno 1868 Seminarium ob civilium rerum perturbationem clausum est. Lyceum publicum, dein studiorum Universitatem Vallisoletanam frequentavit tituloque causidici insignitus est. Sed tunc temporis, prius rei publicae perturbatione

impeditus, deinde ad studia civilia attractus, quodammodo illam in sacerdotium inclinationem amisit quam puerili aetate expertus fuerat. In eadem Universitate Vallisoletana, Servus Dei, cum vigesimum octavum aetatis annum ageret, inter magistros est adnumeratus, quo munere Matriti, Compostellae et tandem Granatae ad obitum usque functus est, Historiam docens ecclesiasticam, Theologiam moralem ac praesertim utrumque Ius, canonicum scilicet et civile.

Scientiarum autem studium amorem eius erga Ecclesiam non minuit, sed ansam ei praebuit ut hunc amorem ac devotionem clarius patefaceret. Etenim, cum adhuc studiis vacaret, coetibus laicorum catholicorum nomen dedit et in eis strenue pro fide et Ecclesia laborare coepit ita ut odium hostium Ecclesiae sibi conflaret. Iterum ac vehementius vocem Domini audiens se ad sacerdotium vocantis, humiliter ab Archiepiscopo Granatensi petivit et obtinuit ut inter clericos ipsum cooptaret ; die igitur 19 Iunii anni 1886 Servus Dei cum quadragesimum annum ageret, Presbyter ordinatus est, eodemque anno inter canonicos abbatiae Sacri Montis est adnumeratus.

Iam prius, dum Granatae ut laicus moraretur, operibus caritatis erga pauperes sollertissime vacabat; sacerdos vero factus, misericordia motus erga illos pauperes errantes qui hamaxobii seu hispanico sermone ((gitanos » vocantur, anno 1888 ludum pro eis instituit quo pueri litterarum et christianae fidei rudimenta docerentur. Ita primum ex illis ludis erexit eum qui postea nomen Scholarum ab « Ave Maria » acceperunt. In eas scholas ad primum institutionis gradum ordinatas, pueri puellaeque pauperes congregantur ut non solum notiones rerum discant easque memoriae tradant, sed etiam propriis actionibus et inceptis, in ludis praesertim, personales qualitates evolvant et exercitiis physicis corpora roborent. Quapropter, fere semper, dum caeli status id ferunt, pueri extra aulas in horto manent. Quae omnia catechesi christiana perficiuntur vel potius animantur. Ne vero hae scholae, mirum in modum diffusae, magistris carerent, Servus Dei Athenaeum quoddam Granatae condidit ad institutionem magistrorum, qui et fide catholica et principiis paedagogicis ab ipso Famulo Dei definitis imbuerentur. Quorum non pauci mentem et spiritum Servi Dei in ipsas scholas transfuderunt e publicis auctoritatibus Hispanicis pendentes. Plura etiam scripta exaravit quae vel ad fidei defensionem, vel ad institutionem puerorum, vel ad magistrorum praeparationem spectant.

In his vero variis generibus ministerii sacerdotalis et apostolatus, Servus Dei flagranti amore Dei et fratrum urgebatur ita ut Deum, cuius

servitio deditus erat, saepissime in oratione quaereret. Paupertatem evangelicam coluit, pauper inter pauperes factus. Prudentiam eius ac fortitudinem mira propagatio scholarum ab « Ave Maria » declarat. Tandem die 10 Iulii anni 1923, meritis insignis atque vivido affectu puerorum et pauperum circumdatus, obdormivit in Domino.

Sanctitatis fama qua vivens fruebatur, post eius obitum amplius diffusa est. Unde, instantibus eius sociis ac discipulis, mense Iulio anni 1936, seu tertio decimo vix anno post Servi Dei obitum elapso, Processus Ordinarius beatificationis construi coeptus est in Curia archiepiscopali Granatensi. Qui paulo post interruptus ob civile bellum, anno 1918 resumptus est ac die 9 Februarii anni 1951 absolutus. Quibus inquisitionibus ad Sanctam Sedem delatis riteque excussis, die 20 Iulii anni 1960 Sacra Rituum Congregatio decretum edidit statuens nihil obstare ex capite scriptorum Famuli Dei quominus ad ulteriora procedi posset.

Quapropter, servatis omnibus de iure servandis, die 5 Decembris anni 1972 habitus est Congressus peculiaris Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, quem secuta est Congregatio peculiaris Cardinalium, die 30 Ianuarii anni 1973, in qua E.mus Arturus Cardinalis Tabera Araoz, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit discutiendum : *An introducenda sit Causa beatificationis, in casu et ad effectum de quo agitur,* deque ea rettulit. Et E.mi Patres Cardinales, qui aderant, omnibus mature perpensis, affirmative responderunt, seu Causam introducendam esse, si Summo Pontifici placuisset.

Quibus de rebus facta Paulo Papae VI fideli relatione, Sanctitas Sua sententiam Patrum Cardinalium ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 21 Maii a. D. 1973.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì 28 Agosto 1973, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Sig. ANTONIO BORGES LEAL CASTELLO BRANCO EILHO, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Brasile.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

13 settembre 1973. L'E.mo Signor Cardinale Tabera Araoz Arturo, *Prefetto della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.*

26 » » S. E. Mons. Poggi Amelio, Arcivescovo tit. di Cercina, *Pro Nunzio Apostolico nella Repubblica Araba Siriana.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI lia nominato :

26 giugno 1973. S. E. il Signor Cardinale Philippe Paul, *Membro della Sacra Congregazione per VEvangelizzazione dei Popoli.*

30 agosto » Il Rev.mo Mons. Rogers Gerard Marie, *Consultore della Sacra Congregazione per la disciplina dei Sacramenti.*

» » » Il Rev.mo Mons. Frutaz Pietro Amato, *Segretario del Pontificio Comitato di Scienze storiche.*

» » » Il Rev.mo Mons. Saxer Victor, Rettore del Pont. Istituto di Archeologia Cristiana; il Rev.mo Mons. Corish Patrick; il Rev. Prof. Zerbi Piero; il Rev. Prof. P. Hallinger Kassius, O.S.B. ; il Prof. Marrou Henri Irénée, *Membri del Pontificio Comitato di Scienze Storiche.*

24 settembre » *Consultori della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico Orientale:*

S. E. Mons. Brini Mario, Arciv. tit. di Algiza; S. E. Mons. Raï Pierre, Arciv. tit. di Edessa di

Osroene per i Melchiti; S. E. Mons. Tekeyan Vartan, Arciv. di Ispahan degli Armeni; S. E. Mons. Khoraiche Antoine, Vescovo di Saida dei Maroniti; S. E. Mons. Donmith Michael, Vescovo di Sarba dei Maroniti; S. E. Mons. Gabared Amadouni, Vescovo tit. di Amatunte di Cipro; S. E. Mons. Sapelak Andrea, Vescovo tit. di Sebastopoli di Tracia; S. E. Mons. Delly Emmanuel-Karim, Arcivescovo tit. di Kaskar dei Caldei; S. E. Mons. Herbut Joachim, Vescovo di Skopje-Prizren ; S. E. Mons. Mounayer Eustache Ioseph, Vescovo tit. di Gerapoli di Siria; S. E. Mons. Tzadua Paulo, Vescovo tit. di Abila di Palestina; Rev.mo Mons. Raad Ignace; Rev.mo Chorep. Chamye Moubarak; Rev.mo Chorep. Daoud Moussa; Rev.mo Proto Archimandrita Welykyj Atanasio, dei Basiliani di S. Giosafat; Rev.do P. Letayf Raphael, Sup. Gen. dell'Ordine Antoniano Maronita; Rev.do Archimandrita Abou-Mokh François, dell'Ordine Basiliano del SS.mo Salvatore; Rev.do Archimandrita Eldarov Georgij, O. F. M. Conv. ; Rev.do Archimandrita Hage Athanase, dell'Ordine Basiliano Chouerita; Rev.do Archimandrita Jarawan Elias; Rev.do Archimandrita Mahlouf Lucien; Rev.do Archimandrita Minisci Teodoro, dell'Ordine Basiliano Italiano di Grottaf errata ; Rev. Mons. Bentia Stefano; Rev. Mons. De Clercq Charles; Rev. Mons. Eid Emilio; Rev. Mons. Havouri Georges; Rev. Mons. Joubeir Antonio; Rev. Mons. Makhlouf Rizkallah ; Rev. Mons. Marusyn Myroslav ; Rev. Mons. Metz René; Rev. Mons. El-Hayek Elias; Rev. Mons. Nerses Setian; Rev. Mons. Prader Ioseph; Rev. Mons. Tautu Luigi; Rev. Mons. Vanchipurackal Kurian; Rev. Danylak Roman; Rev. Fahmy Tadros; Rev. Ferrari Giuseppe; Rev. Hollos Janos; Rev. Koikakudy Joseph; Rev. Malak Hanna; Rev. Padinjaremannil Kuriakose; Rev. Parampath Knriakose; Rev. Pataki Andrew; Rev. Salachas Dimitrios; Rev. Sarraf Joussef; Rev. Seman Jan; Rev. Senetsky Robert; Rev. Sinai Andrew; Rev. Stefanos Gabriel; Rev. Vadakumcherry Joseph; Rev. P. Asghedom Samuel, S. Ord. Cist. ; Rev. P. Caloyeras Dominique, O. P. ; Rev. P. Dejaifve Georges, S. I. ; Rev. P. Dumont Christophe, O. P. ;

Rev. P. Malancheruvil Cyril, O. I. O.; Rev. P. Masson Jacques, S. I.; Rev. P. Mudryj Sofronio, O. S. B. M.; Rev. P. Nedungatt Georges, S. I.; Rev. P. Podipara Placido, O. M. I.; Rev. P. Pujol Clemente, S.I.; Rev. P. Éezác Jan, S. I.; Rev. P. Siegle Bernard, T. O. R.; Rev. P. Tocanel Pietro, O. F. M. Conv.; Sig. Plochl Willibald.

25 settembre 1973. Il Rev.mo Mons. Deskur André-Marie, *Presidente della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

» » » Il Rev.do P. Panciroli Romeo, F.S.C.I., *Segretario della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

» » » Il Rev.do P. Hoffmann Karlheinz, S.I., *Sotto-Segretario della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

» » » Il Rev.mo P. Tucci Roberto, S.I., *Direttore Generale-Delegato della Radio Vaticana.*

» » » Il Rev.mo P. Maffeo Sabino, S.I., *Direttore Tecnico della Radio Vaticana.*

» » ;> Il Rev.mo P. Stefanizzi Antonio, S.I., *Consulente Tecnico della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

» » » Il Rev.do Don El-Hachem Mounged, *Officiale Delegato della Filmoteca Vaticana presso la Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

Assistente al Soglio Pontificio:

23 giugno 1973. S. E. Mons. Burié Viktor, Arcivescovo di Rijeka-Senj.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

Protonotari Apostolici soprannumerari:

19 marzo 1973. Mons. Siyam Giorgio (Nkongsamba).
16 aprile » Mons. Hughes Tommaso Giovanni (Clifton).
» » » Mons. Langella Rocco (Sarno).
7 giugno » Mons. Martínez Sánchez Gaetano (Pinar del Río).

Prelati d'onore di Sua Santità:

30 ottobre 1972. Mons. Mauaki Sanualio Gennaro (Wallis e Fntuna).
19 dicembre » Mons. Byrne Laserian (Fresno).
» » » Mons. Meyer Gilberto (Fresno).
29 » » Mons. Pijnappels Peter A. (Saginaw).

3	gennaio	1973.	Mons. Horstkemper Gerardo Stefano (Paderborn)
15	»		Mons. Madsen Cletus (Davenport).
21		»	Mons. Cox James F. (New York).
»	»		Mons. Finnerty Edward G. (New York).
	»	»	Mons. Keogh Giovanni P. (New York).
			Mons. McCormack Tommaso J. (New York).
	»	»	Mons. Santulin Giuseppe (New York).
»	»	»	Mons. Sullivan Harold J. (New York).
25	febbraio		Mons. Berg Ermanno (Mainz).
2	marzo	»	Mons. Papa Giovanni (Andria).
»	»		Mons. Crisan Traiano (Oluj-Gherla).
17			Mons. Toomey Kevin (Melbourne).
»	»	»	Mons. Walsh Brian (Melbourne).
29			Mons. Galea Rapa Giuseppe (Gozo).
30		»	Mons. De Girolamo Carmine (Salerno).
»	»		Mons. Giudice Gaetano (Salerno).
»			Mons. Vigorita Mariano (Salerno).
6	aprile	»	Mons. Roucairol Giuseppe (Montpellier).
11			Mons. Bolzan Carlo (Vittorio Veneto).
12	»	»	Mons. Kessels Giovanni (Essen).
»			Mons. Küppers Leonardo (Essen).
		»	Mons. Bonfigli Casimiro (Luni-La Spezia).
		»	Mons. Morachioli Romano (Luni-La Spezia).
	»	»	Mons. Kalale Giovanni (Lusaka).
			Mons. Chirivella Tullio (Valencia in Venezuela).
»		»	Mons. Rodríguez Alfredo (Valencia in Venezuela).
11	maggio		Mons. Varanda José (Coimbra).
19	»	»	Mons. Giannini Filippo (Roma).
7	giugno	»	Mons. Patrone Stefano (Genova).
15	»	»	Mons. Giannecchini Mario (Lucca).
6	agosto		Mons. Kada Ludovico (Esztergom).
26	»	»	Mons. Cacciavillan Agostino (Vicenza).

Cappellani di Sua Santità:

3	gennaio	1973.	Mons. Anda Giuseppe (Paderborn).
»			Mons. Lenz Hubert (Paderborn).
»		»	Mons. Schmitdinger Giovanni (Paderborn).
15			Mons. Kluge Gerardo (Paderborn).
21		»	Mons. Velia Desmond J. (New York).
19	febbraio		Mons. Hermann Rodolfo (Freiburg im Breisgau).
»		»	Mons. Müller Agostino (Freiburg im Breisgau).
25		»	Mons. Hainzl Giovanni (Linz).
2	marzo		Mons. Alcini Angelo (Todi).
	»	»	Mons. Checcobelli Cesare (Todi).
»	»		Mons. Serafini Antonio (Todi).
11	»		Mons. Rinaldini Domenico (Cagli e Pergola).
29		»	Mons. Rehne Giuseppe (Essen).
»			Mons. Maioli Luigi (Urbanía).

29	marzo	1973.	Mons. Mancini Giovanni (Urbanía).
»	»	»	Mons. Montanari Franco (Urbino).
30			Mons. Pirone Giovanni (Salerno).
»	»		Mons. Saggese Giuseppe (Salerno).
5	aprile		Mons. Dzudzewicz Boleslao (Pinsk).
11			Mons. Nicosia Vito (Catania).
»	»		Mons. Alessandri Carlo (Lucca).
»	»		Mons. Parisio Aldo (Susa).
12	»		Mons. Chiaradia Giovanni (Luni-La Spezia).
»	»		Mons. Gallo Bernardo (Luni-La Spezia).
»	»		Mons. Ricchetti Cesare (Luni-La Spezia).
»			Mons. Esaa Lucio (Valencia in Venezuela).
28	»		Mons. Lorusso Domenico (Taranto).
8	maggio		Mons. Bucko Adalberto (Nitra).
19	»		Mons. Carletti Luigi (Roma).
»	»		Mons. De Angelis Alessandro (Roma).
»			Mons. Del Vescovo Dandolo (Roma).
»			Mons. Di Liegro Luigi (Roma).
»			Mons. Dioletta Franco (Roma).
			Mons. Forconi Franco (Roma).
»			Mons. Gregnanin Antonio (Roma).
»	»		Mons. Guerra Roberto (Roma).
	»		Mons. Manzetti Azelio (Roma).
			Mons. Marrese Raffaele (Roma).
	»		Mons. Ratti Pierino (Roma).
			Mons. Settepani Aldo (Roma).
»	»		Mons. Tamantini Mario (Roma).
»			Mons. Tucci Filippo (Roma).
23			Mons. Bressan Luigi (Trento).
28			Mons. Bertagna Bruno (Piacenza).
13	giugno		Mons. Gierse Enrico (Paderborn).
27			Mons. Blanco Prieto Félix (León).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

II Collare dell'Ordine Piano:

12 giugno 1973. A S. E. Gen. Sangoulé Lamizana *(Repubblica dell'Alto Volta).*

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

5 maggio 1973. A S. E. Wasfy Salah Eddine Mohamed *(Repubblica Araba d'Egitto).*

12 giugno » A S. E. Dr. Conombo Joseph *(Repubblica dell'Alto Volta).*

21	giugno	1973.	A S. E. De Estrada Santiago *(Argentina).*
»	»	»	A S. E. Logroño Batlle Alvaro *(Repubblica Dominicana).*
»	»	»	A S. E. Flores Venancio *(Uruguay).*
»	»	»	A S. E. Rojas G-aldames René *(Cile).*
»	»	»	A S. E. Phiri Amock Israel *(Zambia).*
»	»	»	A S. E. Amichia Joseph *(Costa d'Avorio).*
»	»	»	A S. E. the Air Chief Marshai Sing Ar jan *(India).*
»	»	»	A S. E. Ferreyros Balta José Carlos *(Perù).*

La Cran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

25	marzo	1973.	Al sig. François Michele Maria *(Belgio).*
»	»	»	Al sig. Van Bellinghen Carlo *(Belgio).*
2	maggio	»	Al sig. Neguib Ibrahim *(Repubblica Araba d'Egitto).*
12	giugno	»	A S. E. Garango Tiémoko Marc *(Repubblica dell'Alto Volta).*
»	»	»	A S. E. Dakoure Antoine *(Repubblica dell'Alto Volta).*
»	»	»	A S. E. Tientaraboum Félix *(Repubblica dell'Alto Volta).*
21	»	»	A S. E. Chetwode Crawley Desmond John *(Gran Bretagna).*

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

12	giugno	1973.	A S. E. Nana Grégoire *(Repubblica dell'Alto Volta).*
»	»	»	A S. E. Ilboudo Pierre *(Repubblica dell'Alto Volta).*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

25	marzo	1973.	Al sig. Genicot Leopoldo *(Belgio).*
29	»	»	Al sig. Allinger-Csollich Teodoro (Innsbruck).
»	»	))	Al sig. Haslinger Alfredo (Wien).
»	»	»	Al sig. Lehne Federico (Wien).
2	maggio	»	Al sig. Abdel Nour Amin *(Repubblica Araba d'Egitto).*
11	»	»	Al sig. Conte Guido (L'Aquila).
28	»	»	Al sig. De Zulueta y Dato Edoardo *(Spagna).*
15	giugno	»	Al sig. Verbist Andrea *(Belgio).*

La Commenda con Placca dell' Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

12	giugno	1973.	Al sig. Sekone François *(Repubblica dell'Alto Volta).*
»	»	»	Al sig. Konate Abdoulaye *(Repubblica dell'Alto Volta).*
»	»	»	Al sig. Cap. Salembere Kouaka *(Repubblica dell'Alto Volta).*

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

20	febbraio	1973.	Al sig. Cavazzi Vincenzo (Roma).
25	marzo	»	Al sig. Collin Ferdinando *(Belgio).*

29	marzo	1973.	Al sig. Liberotti Giacomo (L'Aquila).
17	aprile	»	Al sig. Machat Armando (Nanterre).
26	»		Al sig. Brezzi Paolo (Roma).
10	maggio		Al sig. Colauti Dante (Roma).
»	»	»	Al sig. Orisanti Mario (Roma).
11	»		Al sig. Pighi Giovanni Battista (Verona).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

13	dicembre	1972.	Al sig. Penati Pier Luigi (Tortona).
12	febbraio	1973.	Al sig. Rohr Enrico (Mainz).
17	marzo	»	Al sig. Sweeney Justice Oharies (Melbourne).
25	»	»	Al sig. D'Haenens Albert *(Belgio).*
5	aprile	»	Al sig. Roccioletti Arduino (Chieti).
12			Al sig. Natali Angelo Edoardo (Mechelen-Brussel).
16	»	»	Al sig. Guerin-Saumade Giovanni Maria (Paris).
25	»	»	Al sig. Gini Angelo (Como).
»		»	Al sig. Gervesie Pietro (Lyon).
26	»	»	Al sig. Boracchia Franco (Luni-La Spezia).
28	»	»	Al sig. Gallo Salvatore (Agrigento).
10	maggio		Al sig. Coppini Eithel (Roma).
»		»	Al sig. De Marsico Alfonso (Roma).
	»	»	Al sig. Gencarelli Angelo (Roma).
»		»	Al sig. Lo Voi Carmelo (Roma).
11	»	»	Al sig. Brachini Zino (Grosseto).
16	»	»	Al sig. Zofrea Aldo (Roma).
8	giugno	»	Al sig. Avallone Luigi (Velletri).
12	»		Al sig. Ilboudo Jean-Baptiste *(Repubblica dell'Alto Volta).*
»			Al sig. Diabre Paolo *(Repubblica dell'Alto Volta).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

5	gennaio	1973.	Al sig. Jebaily Giorgio (Saint Maron of Detroit).
22	»	»	Al sig. De Kok Gerardo Lorenzo (Breda).
6	febbraio		Al sig. Verbraak Guglielmo Pietro ('s-Hertogenbosch).
12		»	Al sig. Burghart Francesco (Wien).
»	»	»	Al sig. Reiter Lodovico (Wien).
19		»	Al sig. Conzon Giovanni (Roma).
28	marzo	»	Al sig. O'Neil Giovanni (Washington).
29	»		Al sig. Raymakers Giuseppe M. T. ('s-Hertogenbosch).
»		»	Al sig. Schreven Giovanni Pietro ('s-Hertogenbosch).
		»	Al sig. Oostveen Antonio Ermanno Pietro (Utrecht).
12	aprile	»	Al sig. de Koning Pietro Enrico ('s-Hertogenbosch).
»		»	Al sig. Erkens Endrigo Carlo Giovanni (Utrecht).
17	»	»	Al sig. De Marescaux Giuseppe (Versailles).
26	»	»	Al sig. Bellotti Carlo (Luni-La Spezia).
»	»	»	Al sig. Bottiglioni Ezio (Luni-La Spezia).
»	»	»	Al sig. Peroni Nello M. (Luni-La Spezia).

5	maggio	1973.	Al sig. Ciocci Anton Giulio (Roma).
»		»	Al sig. Rosati Riccardo (Roma).
8			Al sig. Tranquilli Antonio (Roma).
16	»	»	Al sig. Rautureau Andrea (La Rochelle).
29			Al sig. Arcieri Vincenzo (Roma).
30	»	»	Al sig. Malagò Umberto (Ferrara).
10	giugno	»	Al sig. Cascarin Francesco (Lyon).
»		»	Al sig. Lapierre Mario (Lyon).
14	»	»	Al sig. Sette Luciano (L'Aquila).
15	»	»	Al sig. Romeo Bartolomeo Carlo (L'Aquila).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

12	giugno	1973.	Al sig. Ouedraogo Philippe *(Repubblica dell'Alto Volta)*
»		»	Al sig. Some Sogbe Simon *(Repubblica dell'Alto Volta)*

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

12	aprile	1973.	Al sig. Strumendo Primo Giovanni (Roma).
»	»	»	Al sig. Troisi Antonio (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

27	luglio	1972.	Al sig. Krampe Willi (Paderborn).
12	febbraio	1973.	Al sig. Popper de Podhragy (Wien).
»	»	»	Al sig. Steigel Curzio (Wien).
28	marzo	»	Al s'.g. Bonapace Renzo (Roma).
»	»	»	Al sig. Lucarelli Gastone (Roma).
29	»	»	Al sig. Martoriati Mario (Roma).
	»	»	Al sig. Ottaviani Giovanni (Verona).
»	»	»	Al sig. Ploier-Niederschck Edoardo (Wien).
2	aprile	»	Al sig. Ra vicino Adamo (Alessandria).
12	»		Al sig. de la Serna de la Laguna Terminos Eric (Meche len-Brussel).
»	»		Al sig. Ciocci Fazio (Nocera e Gualdo Tadino).
25			Al sig. Palma Antonio (Como).
26			Al sig. Apicella Mario (Latina).
»			Al sig. Piccini Ugo (Luni-La Spezia).
»	»	»	Al sig. Brancaleone Marcello (Roma).
28		»	Al sig. Frangiamore Alfonso (Agrigento).
»	»	»	Al sig. Occell Giuseppe (Mondovì).
2	maggio	»	Al sig. Fahmy Awad Kamel *(Repubblica Araba d'Egitto).*
			Al sig. Fahmy Selim Kamel *(Repubblica Araba d'Egitto).*
»	»		Al sig. Ayoub Adly *(Repubblica Araba d'Egitto).*
»			Al sig. Faltas Charles *(Repubblica Araba d'Egitto).*
	»	»	Al sig. Nour Kamal Abdel *(Repubblica Araba d'Egitto).*
		»	Al sig. Abdalla Georges *(Repubblica Araba d'Egitto).*
16	»		Al sig. Oelker Carlo (San Sepolcro).

30 maggio 1973. Al sig. Fiorini Gioacchino (Comacchio).
» Al sig. Elmi Guelfo (Ferrara).
» Al sig. Veroni Giacomo (Ferrara).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

5 gennaio 1973. Al sig. Capponi Giovanni (Arezzo).
» Al sig. Malhame Fred (Saint Maron of Detroit).
22 » » Al sig. Kamphuys Simone Giovanni G. M. (Haarlem).
12 febbraio » Al sig. Busch Augusto (Essen).
25 » » Al sig. Lammerts Lamberto Ermanno Ignazio (Grò ningen).
2 marzo » Al sig. Manders Endrigo Carlo Pietro (Rotterdam).
» » » Al sig. Gatti Ermanno (Todi).
11 » » Al sig. Remeyn Giacomo (Groningen).
» » » Al sig. Groen Giovanni Cornelio (Haarlem).
» » Al sig. Hartemink Adolfo Adriano (Haarlem).
» Al sig. Laane Cornelio Maria (Haarlem).
28 Al sig. Falcucci Giuliano (Roma).
29 Al sig. Celant Giovanni (Concordia-Pordenone).
» Al sig. Zadro Mario (Concordia-Pordenone).
Al sig. Xuereb Giovanni (Gozo).
Al sig. Zammit Paolo (Gozo).
» » Al sig. Siepi Angelo (Pesaro).
» Al sig. Stacchiotti Alvaro (Recanati).
» » Al sig. Di Bari Savino (Roma).
» » » Al sig. Eggenhuizen Carlo Anna Antonio ('s-Hertogenbosch) .
» Al sig. Van-Den-Dobbelsteen Pietro Giuseppe ('s-Hertogenbosch).
» Al sig. Harzing Guglielmo A. M. (Utrecht).
12 aprile » Al sig. Jongstra Pietro (Breda).
» Al sig. Panisi Abro (Guastalla).
» » Al sig. Van den Campinter Corrado Francesco Uberto (Roermond).
Al sig. Ciocci Domenico (Senigallia).
» » Al sig. Schulten Giovanni Bernardo (Utrecht).
» » » Al sig. Marcoaldi Luigi (Viterbo).
16 Al sig. Denis Giovanni (Paris).
26 » » Al sig. Battisti Cesare (Luni-La Spezia).
» » Al sig. Zanardi Armando (Luni-La Spezia).
28 » Al sig. Sarcuto Salvatore (Agrigento).
5 maggio Al sig. Delplanque Marcel (Mechelen-Brussel).
21 » » Al sig. Bartoccini Secondo (Fossombrone).
23 » Al sig. Bellanti Francesco Paolo (Foligno).
» » » Al sig. Montenovo Franco (Foligno).
8 giugno » Al sig. Gottardo Luigi (Velletri).
12 Al sig. Mifsud Silvio Corrado (La Valletta).
15 » » Al sig. Sansone Romolo (L'Aquila).

NECROLOGIO

24	agosto	1973.	Mons. Hickey David Francis, Vescovo tit. di Cabasa.
31	»	»	Mons. Errázuriz Gandarillas Ismael, Vescovo tit. di Drusiliana.
3	settembre	»	E.mo Signor Cardinale Santos Rufino J., Arcivescovo di Manila.
5	»	»	Mons. Nguyen-van Hien Simon Hoa, Vescovo di Dalat.
8	»	»	Mons. Babana Joseph, Vescovo di Zaku.
16	»	»	E.mo Signor Cardinale Heard William Theodore, del Titolo di S. Teodoro.
18	»	»	Mons. Poncet Alexandre, Vescovo tit. di Basilinopoli.
19	»	»	Mons. Vehr Urban John, già Arcivescovo di Denver.

An. et vol. LXV 31 Octobris 1973 N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico — Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE

Sacra aedes Dominae Nostrae a Salute, in urbe Bangalore, in India, ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quanta pietate quantaque religione christianus populus per longam aetatum seriem Mariam, Christi Matrem eandemque caeli Reginam, sit prosecutus, tum alia multa ostendunt, tum praesertim tituli qui, tamquam laudis insignia, tam augustissimae Matri impositi sunt. In quibus sane cognomen « Dominae Nostrae a salute)) in quod Bangalorensis sacra plebs, in India, iamdiu Virginis Mariae suae pietatis ornamenta congessit, haud minimum est, quippe cum hac humana et aeterna hominum sorte conexum, ad quam procurandam Christi, Redemptoris Nostri, cruciatus et mors spectaverunt. Qua re, cum venerabilis Frater Packiam Arokiaswamy, Archiepiscopus Bangalorensis, suo suorumque cleri et fidelium nomine, Nobis preces adhibuisset, ut templum « Dominae Nostrae a salute », seu, ut populus dicere consuevit, « Annai Arockiamarie », quod est in sua archidioecesi, ad dignitatem Basilicae Minoris eveheretur, Nos, considerato templum illud esse ob antiquitatem, maiestatem, artem venerabile, castaeque pietatis erga Virginem fontem, bene fieri censuimus, si tanti Antistitis precibus concederemus, atque Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione curas quodammodo rependeremus. Iis ergo quae Sacra Congregatio pro Cultu Divino egit probatis, placet Nobis templum « Dominae Nostrae a salute », in Bangalorensi archidioecesi

situm, titulo atque honore Basilicae Minoris decorari, cum iuribus et concessionibus quae per Decretum « De titulo Basilicae Minoris », die vi factum, anno MDCCCCLXVIII, describuntur, certa spe fore, ut datus honor sive Dei laudi cedat atque Beatissimae Virginis Gloriae, sive christianam religionem amplificet. Ceterum hae Litterae Nostrae nunc et in posterum vim habere decernimus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xxvi mensis Septembris, anno MDCCCCLXXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco ₤B Sigilli

In Secret. Status tab., n. 242529.

EPISTULA

Ad Exc.mum P. D. Ioannem E. Taylor, Holmiensem Episcopum, sexto evoluto saeculo ab obitu S. Birgittae.

Flos aquilonis, sancta Birgitta, cuius ab obitu sextum saeculum expletum hoc abiit anno, merito praedicatur meritoque fideles excitantur, ut in eius spiritualem pulchritudinem, dum sollemnis eiusdem Caelitis memoria recolitur, novo quasi impetu acti animos intendant.

Lectissimae mulieri duplex patria erat : Suetia, ubi inito saeculo xiv in lucem est edita, et Roma, ubi viginti fere annos transegit et, ex Hierosolymitana peregrinatione reversa, ad aeternam Ierusalem die XXIII mensis Iulii anno MCCCLXXIII caelo matura migravit.

Horum omnium exemplum praebeat et ad haec excitet fratres, suae curae commissos, Abbas. Quamquam regendi munus his temporibus difficilius est redditum, tamen is, qui « Christi ... agere vices in monasterio creditur)),[14] omni ope annitatur, ut vigor vitae spiritualis et monasticae disciplinae firmetur, augeatur, et si opus est, restituatur. Eo etiam Abbas iugiter contendat, ut coniunctionem cum Magisterio Ecclesiae integram servet quasi canalem, per quem aqua viva ipsi et sodalibus, quibus praeest, derivatur.

Haec habuimus, quae amanti animo ad vos diceremus, nec dubitamus, quin operam daturi sitis, ut Ordo vester ad aedificationem Ecclesiae spiritualibus viribus, his etiam temporibus, ad cuius necessitates prudenter sese accommodet, polleat. Ad quod incitet vos etiam indictus Annus Sacer, quem, ut scitis, esse volumus tempus renovationis interioris.

Denique, veluti pignus caelestium munerum et testimonium certae dilectionis Nostrae, Benedictionem Apostolicam vobis, qui adestis, et cunctis familiarum vestrarum sodalibus in Domino impertimus.

[12] Cfr. Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. IS ; Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 42.

[13] Reg., cap. 4.

[14] Reg., cap. 2.

V

Ad Excellentissimum Virum Sami Droubi, Reipublicae Arabae Syriacae liberis cum mandatis Legatum, qui Summo Pontifici Litteras tradidit legationis fidem facientes. *

Monsieur l'Ambassadeur,

L'hommage que vous venez de rendre au Saint-Siège, la confiance que vous témoignez à son égard au nom du peuple syrien, Nous touchent profondément. Avec nos remerciements, Nous présentons à Votre Excellence nos souhaits de cordiale bienvenue. Nous accueillons avec gratitude les hommages de Son Excellence Monsieur le Président de la République Arabe Syrienne, dont vous vous êtes fait l'interprète en Nous remettant ces Lettres de créance.

La place que vous prenez aujourd'hui dans la lignée des Ambassadeurs de votre pays témoigne de la volonté de votre gouvernement et du peuple syrien d'entretenir et de renforcer avec le Saint-Siège une collaboration sincère et fructueuse, pour développer et mettre en oeuvre les idéaux les plus élevés de justice, de paix et de fraternité. Nous ne doutons pas que votre haute mission ne contribue à servir ce noble dessein.

Parmi ces valeurs humaines, inséparables à nos yeux d'une attitude spirituelle, Votre Excellence a tenu à souligner l'esprit universaliste. C'est bien là en effet un caractère essentiel du message dont l'Eglise catholique est porteuse. Si aucun peuple ne peut être exclu de la famille spirituelle de ceux qu'embrasse la miséricorde de Dieu, aucun non plus ne peut être exclu de la famille humaine : chacun doit pouvoir y être reconnu, faire valoir ses droits inviolables à l'existence, à la vie, à la dignité de ses membres, sans oublier ses obligations envers les autres partenaires.

Malheureusement, cette œuvre de raison et de justice, seule voie d'une fraternité durable, est très souvent bafouée. Aucun homme digne de ce nom, aucun croyant surtout, aucune nation non plus, ne saurait se désintéresser de situations qui pèsent si lourdement sur beaucoup de populations civiles et mettent en péril le bien commun de l'humanité. Il faut amener chacun à considérer dans tout homme un frère, former les consciences à ce devoir capital, obtenir le consensus de la plus large

* Die 4 mensis octobris a. 1973.

opinion publique, chercher sans relâche les concertations et les instruments juridiques garantissant la justice pour tous.

C'est sur ce terrain, Votre Excellence le sait, que nous déployons notre mission d'amour, de paix et de fraternité, et nous le faisons avec une ferveur renouvelée au bénéfice de ce Moyen-Orient qui nous est cher à tant de titres. Dans cet esprit, nous sommes très attentif aux espoirs et aux souffrances de vos peuples dont vous vous êtes fait l'écho en notre présence.

Nous pensons avec une affection particulière aux communautés catholiques de Syrie, heureux de les voir partager la culture et les aspirations de leurs compatriotes, dans la fidélité à leur Eglise, à leur foi et à tout ce qui en permet l'expression. Nous saluons cordialement leurs frères chrétiens qui ont aussi à cœur de vivre les exigences évangéliques. Nous exprimons pareillement notre estime à tous les croyants soucieux de rechercher la volonté du Dieu juste et miséricordieux. Sur tout le peuple syrien et sur ses dirigeants, et d'abord sur vous-même, Monsieur l'Ambassadeur, qui les représenterez auprès de Nous, Nous implorons les Bénédictions du Tout-Puissant, afin qu'il les conduise, les protège et les accompagne sur les chemins de la justice et de la paix.

VI

Sodalibus e Congregatione Sanctissimi Redemptoris, qui generali Coetui religiosae suae communitatis interfuerunt. *

Dilecti filii,

Salutem vobis ex animo impertimus, qui, in Capitulo Generali Congregationis vestrae Sanctissimi Kedemptoris congregati, magni momenti negotia tractatis ad vitam ipsam Familiae vestrae pertinentia; nominatim vero salvere iubemus novum Superiorem Generalem, cui munus et onus commissum est eandem Congregationem vestram inter difficultates nec paucas nec leves huius aetatis regendi et « in pascuis virentibus » collocandi.[1]

Capitulum Generale est praeclara opportunitas — quae singulis Institutis praebetur — recogitandi de vera sua natura, de fine sibi proposito atque officio in Ecclesia implendo, et deliberationes capiendi,

* Die 5 mensis octobris a. 1973.

[1] Cfr. *Ps. 22, 2.*

quae salutarem vim habeant ad ipsam sodalium vitam. Non enim Capituli Generalis munus absolvitur electionibus faciendis legibusque condendis, sed id oportet totius corporis vigorem spiritualem et apostolicum promoveat.[2] Quapropter in huiusmodi conventu tota Familia coram Deo colligitur, ut audiat vocem Dei et renovationi suae consulat, quae — quemadmodum pro tota Ecclesia — « essentialiter in aucta fidelitate erga vocationem eius consistit » .[3]

Congregatio vestra a Sancto Alfonso, Doctore piissimo, instituta est, ut membra ipsius se sanctificarent assidua et accurata imitatione Christi necnon actioni apostolicae insistèrent, potissimum extraordinariam curam animarum exercendo, et sic etiam animas maxime derelictas saluhriter contingerent.

Dilecti filii, vos estis servi Dei, propria quidem et principali huius vocis significatione; etenim « per vota Deo summe dilecto estis mancipati », ut Concilium Vaticanum Secundum docet ;[4] mancipari autem in lingua Latina idem valet ac in alterius dominium et proprietatem transferri. Vos oportet sitis imitatores Christi, quemadmodum eadem universalis Synodus cunctos religiosos monuit,[5] quasi confirmans et in ampliore luce ponens voluntatem legiferi patris vestri. Eo ergo est contendendum, ut vita cuiusque vestrum in unitate quadam componatur et Christus cotidie quaeratur corde sincero atque magnanimo. Cotidie oportet Christum induere, quod est principium et finis et compages totius conversationis vestrae, quod attinet sive ad singulos sive ad communitates vestras.

Ita profecto Christum praesentem redditis in mundo, qui ab eo, Redemptore suo, persaepe est prorsus alienus. Itaque ii, qui vos vident, qui vobiscum loquuntur et agunt, arcanam quandam vim sentiant a Salvatore exeuntem. Sic etiam sanctitatem Ecclesiae mundo commonstratis, qui sanctimoniam filiorum eius potissimum expetit.

Hic autem cotidianus nisus, quo Christo configuremini, est vita, quae ex caritate et cum caritate ducitur. Religiosi enim hac « impulsi... magis magisque vivunt Christo et corpori Eius quod est Ecclesia)).[6] Verumtamen amor, qui vere proprieque dicitur, non est ad tempus, non astringitur condicionibus, in difficultatibus non tepescit, finem non novit.

[2] Cfr. Litt. Apost. *Ecclesiae Sanctae* motu proprio datae, I, 2.

[3] Cfr. Conc. Vat. II, Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio, n.* 6.

[4] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 44.

[5] Cfr. Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 2 a.

[6] Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 1.

Merito ergo Concilium Vaticanum Secundum hanc cuique religioso adhortationem de fidelitate servanda adhibuit: ((Unusquisque ... ad professionem consiliorum vocatus sedulo curet, ut in quam vocationem a Deo vocatus est, in ea permaneat atque magis excellât » .[7]

Vita, qua quis Deo indiviso corde se devovet, efficitur instrumentum amoris Dei erga homines. Quemadmodum Deus ((sic dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret » ,[8] ita et religiosus, qui plenitudinem vocationis suae assequi nititur, quasi quoddam donum redditur, ipsi mundo impertitum. Apostolatus enim, qui precatione assidua, liturgica et privata, ascetica navitate et virtutum exercitatione vivificatur, vitam divinam in homines transfundit et est verum servitium fratrum in Christo.

Dilecti Nobis sodales Congregationis Sanctissimi Redemptoris : vos qui Ecclesiam iam illustrastis sanctimonia quorundam sodalium vestrorum, ex quibus libet memorare Sanctos Alfonsum Mariam de' Liguori, conditorem vestrum, Clementem Mariam Hofbauer, Gerardum Majella, Beatum Ioannem Nepomucenum Neumann, operositate apostolica vestra tot animis lucem attulistis gratiae divinae, huius Capituli Generalis oblata occasione, quasi nova impulsione acti, in egregio perseverate proposito, et, si opus est, vires resumite et conatus geminate, ut Ecclesia Dei a vobis, ut olim, ita et nunc et in posterum quam maximas accipiat utilitates.

Ad haec omnia paterne vos confirmantes, Benedictionem Apostolicam vobis, qui adestis, et cunctis sodalibus vestris, amanter largimur.

VII

Ad Excellentissimum Virum Lloyd Thomson, Summo Pontifici crediti muneris testes tradentem Litteras, quibus ab Australiae Praeside apud Sedem Apostolicam primus cum auctoritate Legatus constituitur. *

Mr Ambassador,

It is with great pleasure that we welcome Your Excellency and receive the Letters accrediting you as the first Ambassador of Australia to the Holy See.

[7] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 47.
[8] *Io.* 3, 16.

* Die 8 mensis octobris a. 1973.

The establishment of diplomatie relations between your country and the Holy See is a source of satisfaction to us. A new and important Channel of communication is opened up on matters of common interest both within and beyond your frontiers. These officiai links reflect the shared conviction that men must work together in the spiritual as well as in the politicai and economie Order if justice, peace and genuine progress are to be achieved.

Your Excellency pointed out that in recent years Australia has increased the number of her diplomatie relations with other States. We cannot but welcome this as a manifestation of your country's desire to contribute towards greater understanding among ali men. The Holy See for its part is fully conscious of the role it is increasingly called upon to fulfil in matters touching the spiritual interests of mankind and especially the promotion of peace at all levéis. It is only by strengthening understanding and coopération that we can hope to achieve this common task successfully.

This moment recalls to our mind very pleasant memories of the visit which we paid to your country in 1970. We remember with profound gratitude the warm welcome which was then extended to us. May we ask you, Mr Ambassador, to convey to the civil authorities of Australia the expression of our cordial esteem. Be assured that we invoke God's abundant blessings upon the beloved Australian people.

To Your Excellency we extend our heartfelt good wishes for the successful aecomplishment of your mission.

VIII

Membris Commissionis Theologicae Internationalis quintum plenarium Coetum habentibus. *

Venerabiles Fratres ac dilecti filii,
sodales Commissionis Theologicae Internationalis,

Postremam dum sessionem plenariam huius primi quinquennii celebratis, Nos una vobiscum Deo gratias agimus de muneribus luminis et sapientiae, quae hoc temporis spatio vobis est elargitus : gratiam etiam

* Die 11 mensis octobris a. 1973.

vobismet ipsis habemus pro opere, ad quod incubuistis quodque propterea gravius fuit quia exempla antecedentia deerant ideoque necessaria vobis erat quasi quaedam initiatio, cum labore non levi sed firma voluntate coniuncta.

Deus vobis pro hac re benedicat. Commissio Theologica condita est, ut Apostolicae Sedi cooperaretur — praeter alia iam exsistentia instituta — in implendo officio eius ad doctrinam pertinente. Hac ipsa de causa eam saepe ((Nostram » Commissionem Theologicam appellavimus. Eadem autem non minus cum votis congruit primae Synodi Episcoporum ; quocirca partes primarias obtinet in Ecclesia docente, siquidem ab hac est constituta ab eaque fovetur constanti cum spe.

Hoc profecto modo nova forma sociae operae, plenior quam ante actis temporibus fuit, inducta est inter studiosos theologiae, methodos scientificas et technicas, ut aiunt, servantes, atque ipsum Magisterium Pontificium. Ita etiam scholis theologicis, quae sunt in quinque continentibus, facultas praebetur suam doctrinam ratione legitima seu, uti dicunt, officiali proponendi.

Haec satis sint ad asserendum, quantopere de hoc laetemur, et ad confirmandam vobis benevolentiam, qua prosecuti sumus atque prosequimur vos ipsos et opus vestrum a tempore, id est ab anno millesimo nongentesimo sexagesimo nono, quo Commissionem Theologicam instituimus.

Peculiari ratione spem Nostram et fiduciam vobis sumus testati, cum die sexta mensis Octobris eodem anno Nos adiistis, quo quidem tempore Romam convenistis ad primam agendam sessionem plenariam. Tunc enim exercitium officiorum vobis commisimus, quae novo hoc Instituto vobis sunt demandata.[1]

1. Fatemur sane nunc iisdem animi sensibus Nos moveri, addentes gratam mentem et egregiam existimationem Nos convertere ad sodalem, qui hoc tempore diem obit supremum, et ad eos, qui alia de causa membra Commissionis vestrae esse desierunt.

Sed eo quod nunc circa Successorem beati Petri estis congregati, facere non possumus quin de natura Commissionis et de futura eius sorte, quam praesagire licet, breviter dicamus.

2. Iuvat imprimis animadvertere voluntate Ecclesiae deserviendi ducta esse membra Commissionis in opere ab omnibus simul praestando

[1] Cfr. *A.A.S.* 61 (1969), p. 713.

eo consilio ut « methodus laboris » efficeretur idonea et apta ad excitandam et confirmandam navitatem unius cuiusque.

Est etiam, cur laetemur de felici operositatis exitu, ad quem Commissio his quinque annis pervenit. Satis est in memoriam revocare auxilium, quod ea Synodo Episcoporum anni millesimi nongentesimi septuagesimi primi attulit, cum de accuratius describenda et proponenda doctrina circa sacerdotium ministeriale ageretur, necnon recordari perutilis operae, quam contulit ad varias quaestiones summi momenti illustrandas et enodandas.

3. Ex his, quae paucis verbis significavimus, spes firma concipitur fore, ut eiusdem Commissionis muneris functio adhuc magis magisque perficiatur eiusque ministerium ecclesiale manifestius in dies evadat.

Videtur autem Nobis imprimis amplius aptiusque expeti posse et adhiberi navitas Commissionis istius, praesertim eo quod nonnullae earum rerum, quas peregit (quemadmodum ex parte quidem iam factum est), una cum conclusionibus sessionum evulgentur : labores enim ipsius si Ecclesiae doctrinae congruere horumque temporum necessitatibus utiles esse putantur, honorandi sunt et propagandi. Itaque iidem labores quasi exeant oportet ex coetu, arctioribus finibus circumscripto, qui eos absolvit, ut cultores sacrarum disciplinarum excitent, omnibusque discipulis Domini viam aperiant ad gaudium et pacem in fide.[2]

Eiusmodi studia praeterea possunt, si casus fert, praeclarum auxilium peritorum praebere Sacrae Congregationi pro Doctrina Fidei, quae hodierne rerum statu cogitur, ac quidem modo semper acrius urgente, munus implere, quo debet « doctrinam de fide et moribus in universo catholico orbe tutari » .[3]

4. Expedit etiam asseverare omnes theologos, quasi lege muneris sui, participare, licet diversis gradibus auctoritatis, officium, quod Pastorum Ecclesiae circa hanc rem est proprium : scilicet officium, quo fidem fructificare faciant erroresque gregi suo impendentes vigilanter arceant.[4]

Officium autem Pastorum, maxime quidem Iesu Christi in terris Vicarii, authentico Magisterio, cuius origo est divina, exercetur; hoc enim certo charismate veritatis praeditum est, quod cum aliis commu-

[2] Cfr. *Rom.* 15, 13.

[3] Pauli VI, Const. Ap. *Regimini Ecclesiae universae: A.A.S.* 59 (1967), p. 897.

[4] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 25.

nicari nequit et pro quo nullum aliud potest substitui.[5] Sed hanc ob rem ii non eximuntur onere subsidia apta exquirendi, quibus divinam Revelationem indagent.[6] Authenticum igitur eorum Magisterium etiam « technico » adiumento indiget theologorum, qui, leges methodi sibi propriae observantes, faciant, ut iudicium Ecclesiae facilius maturescat.[7]

5. Quod attinet ad quorundam, qui theologicis studiis dediti sunt, inclinationem hodiernam — in quam studiose animum intendimus — expedire videtur, ut de aliqua re paterne et humane moneamus eosdem, qui hanc disciplinam difficilem sed mentes accendentem colunt, quam exemplo Patrum Ecclesiae Orientalis definire possumus ut « divinam theologiam » : scilicet ne, secundum historicam methodum inquirentes, indagationem speculativam neglegant, in quam rem haec apte cadunt verba : « oportet unum facere et aliud non omittere » ; neque peculiarem quandam partem pervestigantes, obliviscantur universitatem totamque amplitudinem doctrinae capitum, quarum ratio habenda est in rerum divinarum scientia comparanda magisque expolienda.

6. Quibus dictis, oportet magni aestimemus, dilaudemus, confirmemus ea, quae in hoc ministerio ecclesiali estis operati. Conspectus vester Nobis est solacio, utpote qui sciamus, quantopere Ecclesia indigeat doctrina theologica solida, sana, his temporibus apta; neque obliviscimur theologos oportere persuasos esse vocationis suae, ex qua esse debeant discipuli fideles et apostoli fidei, intra fines Revelationis et eorum omnium, quae Ecclesiae Magisterium expresse et cum auctoritate doceat. Hanc viam tenens, Commissio Theologica erit, ut probe confidimus, cunctis theologis quasi ductrix in officii tam gravis perfunctione. Sine dubio hoc praestitutum sibi munus implebit, si in opere suo exsequendo obtutum suum defiget in « Apostolo et Pontifice confessionis nostrae Iesu » ;[8] si pluralismus, quem dicunt, sententiarum, quas eiusdem Commissionis membra defendunt, nedum noceat unitati fidei (quatenus imminuat illam rationem *obiectivam*, univocam, concordem, quam *intellectus fidei* oportet habeat, quod quidem proprium est fidei catholicae), si, dicimus, idem pluralismus reapse erit vis impellens ad ampliorem et penitius perspiciendum intellectum eiusdem fidei, qui sem-

[5] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum*, n. 8, 10.

[6] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 25.

[7] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum*, n. 12.

[8] Cfr. *Hebr.* 3, 1.

per ad Evangelium refertur, ab Apostolis annuntiatum,[9] et servatum integrum et continenter vivum ab iis, quos illi reliquerunt successores, iisdem suum ipsorum locum magisterii tradentes.[10]

Exoptamus ergo, ut Commissio Theologica id agat, ut praesentia sua in Ecclesia, potius quam prospero eventu, commendetur vi sua et gravitate : scilicet ut sit praesentia « signi » muneris salvifici, quod etiam theologis, sacram doctrinam inquirentibus, pro ipsorum competit parte.

Haec, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, sunt vota Nostra, quae Benedictione Apostolica libenter confirmamus.

[9] Cfr. *Gal.* 1, 8.

[10] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* n. 7.

ACTA SS. CONGREGATIONUM
ACTA SS.

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 22 Iunii 1973. — Cathedrali Ecclesiae Columbensi praefecit Exc. P. D. Eduardum Herrmann, hactenus Episcopum titularem Lamzellensem.

die 2 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Edmontonensi Exc. P. D. Iosephum N. MacNeil, hactenus Episcopum Sancti Ioannis Canadensis.

die 9 Augusti. — Archiepiscopali Ecclesiae Spoletanae Rev.mum P. D. Ottorinum Petrum Alberti, e clero dioecesis Nuorensis, qui simul constitutus est Episcopus Nursinus.

— Cathedrali Ecclesiae Nursinae Rev.mum P. D. Ottorinum Petrum Alberti, e clero dioecesis Nuorensis, qui simul constitutus est Archiepiscopus Spoletanus.

die 22 Augusti. — Metropolitanae Ecclesiae Zamboangensi Exc. P. D. Franciscum Cruces, hactenus Episcopum Ilaganensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Lipensi Exc. P. D. Richardum Vidal, hactenus Episcopum titularem Claternensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Zabaënsi R. P. D. Cyrillum Almario, e clero archidioecesis Lipensis, quem deputavit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Emmanuelis Dei Rosario, Episcopi Malolosini.

die 1 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Gerundensi R. D. Iacobum Camprodón Rovira, Vicarium Episcopalem dioecesis Vicensis.

— Cathedrali Ecclesiae Gadicensi et Septensi Exc. P. D. Antonium Dorado Soto, hactenus Episcopum Guadicensem.

die 10 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Hamiltonensi, Exc. P. D. Paulum F. Reding, hactenus Episcopum titularem Liberaliensem.

die 2k Septembris. — Metropolitanae Ecclesiae Reginatensi R. P. D. Carolum Halpin, Officialem Curiae Archiepiscopalis Vinnipegensis.

die 25 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Malaniensi Exc. P. D. Eduardum Andream Muaca, hactenus Episcopum titularem Insulensem.

die 27 Septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Thahracensi R. D. Antonium Augustinum Marochi, curionem paroeciae vulgo nuncupatae «*.is.* S. de Fatima », quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Geraldi Fernandes Bijos, Archiepiscopi Londrinensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Munatianensi Exc. P. D. Iosephum Dalvit, Episcopum olim Sancti Matthaei, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Rezende Costa, Archiepiscopi Bellohorizontini.

die 2 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Guairensi Exc. P. D. Franciscum de Guruceaga Iturriza, hactenus Episcopum Margaritensem.

die 5 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Tacnensi Rev.mum. P. D. Ansgarium Rolandum Cantuarias Pastor, Vicarium Generalem dioecesis Huachensis.

— Cathedrali Ecclesiae Icensi R. P. Vidonem Breña López, sodalem Ordinis Fratrum Praedicatorum.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

CREMONENSIS SEU LAUDENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Vincentii Grossi, Parochi loci « Vicobellignano », fundatoris Instituti Filiarum Oratorii.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Presbyteri, ((munus Christi Pastoris et Capitis pro sua parte auctoritatis exercentes, familiam Dei, ut fraternitatem in unum animatam, colligunt et per Christum in Spiritu ad Deum Patrem adducunt. In medio gregis Eum in spiritu et veritate adorant. In verbo demum et

doctrina laborant, credentes quod in lege Domini meditantes legerint, docentes quod crediderint, imitantes quod docuerint » *(Lumen gentium,* n. 28).

Nullo non tempore, etiam recentiore nostra aetate, fuerunt in Ecclesia presbyteri, qui hanc a Concilio Vaticano II egregie delineatam sacerdotis novae Legis imaginem, integerrima sua vita ac fecunda actione, veluti expressam referrent nobisque vivide repraesentarent. Quibus, ex iis dumtaxat qui saeculo xix vertente vel praesentis saeculi initiis populo Dei praesidio et adiumento exstiterunt, Vincentius Grossi, Cremonensis dioecesis sacerdos et parochus, iure ac merito accensendus venit.

Natus est Vincentius probis piisque parentibus Balthasare Grossi et Magdalena Capellini, septem fratrum paenultimus, die 9 Martii anno 1845 in oppido *Pizzighettone,* dicionis Cremonensis, eodemque die Baptismi fonte regenera tus. Puer bonam sortitus indolem atque vitae primordiis in timore Domini educatus, Confirmationis gratia novennis roboratus est et, biennio post, ad eucharisticam dapem primum admissus, dum, etiam prima progrediente aetate, sapientiae quoque ac pietatis manifesta praebere coepisset indicia cum certa ad Deum resque divinas propensione. In iuventutis flore, divinae obsecundans vocationi et difficultatibus haud paucis, quae a proposito amplectendo, ob rei potissimum familiaris inopiam, eum praepediebat, feliciter superatis, Cremonense seminarium a. 1866 ingressus est, in quo religiosa pietate, disciplinae laude sollertique in studiis diligentia ceteris exemplo fuit.

Sacerdos Cremonae die 22 Maii a. 1869 ordinatus, mox pastoralibus obeundis ministeriis deputatus fuit, vicarii coadiutoris primo in variis dioecesis paroeciis, parochi deinde muneri ab anno 1873 ac per subsequens decennium in vico *Regona,* tandem ab anno 1883 ad annum 1917, quoad vixit, in oppido *Yieotellignano.* In tam diuturno pastorali ministerio Servus Dei, « habens fidem et bonam conscientiam » atque ((ad omne opus bonum instructus » *(1 Tim.* 1,19 ; et *2 Tim.* 3,17), alacrem et indefessam pro spirituali paroecianorum bono impendit operam, praeclara apostolici zeli ac sacerdotalium virtutum relinquens exempla.

Quae enim Vincentii sacerdotis fuissent ornamenta virtutum, insignis ille Cremonensis episcopus Ieremias Bonomelli his verbis, dum Servum Dei ad praefatam regendam paroeciam anno 1882 invitaret,

veluti adumbravit : « Paroecia haec, loca ista parochos postulant apostolico zelo repletos, magna caritate summaque prudentia ornatos ac doctrina praestantes, non suis commodis sed animarum utilitati servientes : quae quidem in te animi ornamenta perspicio, nec res me fallet, prouti probe confido. Vade itaque in nomine Domini : spero equidem, decem annorum spatio, te posse depressam paroeciam valide erigere erroresque radicitus evellere. Haec tibi concredita opera, hic labor ». Nec spe episcopus est destitutus. Nam vir Dei perdifficilem illam paroeciam per 34 circiter annos vigilantissime administrans optimis renovavit institutis, exemit abusibus, erroribus expurgavit, fecitque ut, evulsis vepribus, christianis moribus ac restauratae pietatis vigore reflouresceret.

At inter praeclara Servi Dei opera, peculiari mentione dignum habetur Institutum *Filiarum Oratorii* anno 1885 ab eo conditum aptisque legibus instructum, cui potissimum propositum est, secundum S. Philippi Nerii spiritum atque exemplum, operam christianae iuventutis educationi peramanter impendere eamque ad pietatis exercitia necnon ad sacramentorum usum, catechetica praesertim in paroeciis ac scholis instructione, suaviter et firmiter allicere.

Servum Dei Vincentium in virtutibus exercendis tum theologalibus cum cardinalibus aliisque adnexis, iis praesertim quae sacerdotali vitae ac pastorali ministerio apprime congruentes habentur, heroicum attigisse gradum, testes uno ore praedicarunt. Praebuit speciem diuturnae sacerdotalis vitae in paroecialibus ministeriis per decem fere lustra alacriter impensae. Sed et perspicua, in eius spirituali figura, conspicitur « continuata illa innocentia per integrum vitae cursum ... », quae « una cum exacta observantia praeceptorum et consiliorum — iuxta Magistri Benedicti XIV doctrinam — arduitatem constituunt et considerantibus admirationem ingerunt » *(De Servorum Dei Beatificatione et Beatorum Canonizatione,* lib. III, c. 23, n. 4).

Re quidem vera, tabulis undequaque perpensis, omnino constat Vincentium Grossi praeclaris virtutibus sacerdotalibus et pastoralibus ornatum fuisse, dum eius heroicae virtutis habitus atque summum desiderium christianae assequendi perfectionis apicem, etiam ex actibus communis vitae sed sublimiore modo peractis facile dignoscuntur. Vir fuit eximiae fidei, quod satis elucet non solum ex assidua precandi consuetudine ac supernaturali operandi spiritu rerumque sacrarum cura ac singulari quo ferebatur pietatis ardore erga Eucharistiae sacr amen-

tum, Deiparam Virginem aliosque beatos Caelites, sed etiam ex magna diligentia ac zelo in rudibus puerisque catechizandis, in verbi Dei assidua praedicatione, in dissidentibus quoque fratribus sua prudentia ac dexteritate ad catholicam fidem recte disponendis. Mira eius in Deum caritas eluxit ex eo quod omnimode praesertim divinae voluntati tum in prosperis cum in adversis adhaesit, iugiterque conatus est arctiorem cum Deo assequendi amoris et amicitiae coniunctionem. Caritas vero erga proximum in diuturno ac fidelissimo paroeciali ministerio egregie resplenduit, dum « forma factus gregis ex animo » *(1 Petr.* 5, 3), vires et opes in fratrum servitium, ad obitum usque, libenter alacriterque impendit, maxime in egenorum ac infirmorum necessitatibus subveniendis, in pueris ac iuvenibus catechismo instruendis, aliisque promovendis christianae caritatis operibus : quae quidem praecipua ratio et finis fuerunt condendi religiosarum Sororum institutum. Nec minus eiusdem prudentia refulsit, una cum virtute fortitudinis, sive in praefatae Congregationis moderamine in spiritu sapientiae ac lenitatis, sive praesertim in perarduo regimine utriusque paroeciae vel factionibus laniatae vel erroribus aut abusibus enervatae. Sed et paupertatis atque abnegationis spiritu vitaeque austeritate, necnon plena erga Summum Pontificem propriumque Ordinarium submissione et oboedientia, praeclaro omnibus extitit exemplo. Item animi mansuetudinem cum continua quadam hilaritate et iucunditate coniungens, quam et religiosis Sororibus enixe commendabat, multorum fiduciam facile sibi conciliabat ut omnes Christo lucrifaceret. Humilitatem vero adeo coluit, ut eius veluti peculiaris nota inter virtutes a testibus praedicaretur.

Assiduis tandem curis pro suo grege consumptus, Ecclesiaeque sacramentis devotissime susceptis, Servus Dei piam iustorum mortem oppetiit die 7 Novembris anno 1917, annos natus duos supra septuaginta.

Fama sanctitatis Servi Dei post obitum magis in dies inclarescens aditum aperuit inquisitionibus informativis super ea conficiendis in episcopali Curia Laudensi anno 1947. Quibus expletis et Romam ad S. Rituum Congregationem transmissis, eiusdem Servi Dei scriptis diligenter revisis, editum est decretum die 23 Decembris anno 1952 nihil obstare quominus ad ulteriora procederetur. Hinc servatis de iure servandis, Pius Papa XII commissionem introductionis Causae die 2 mensis Aprilis a. 1954 propria ipsius manu obsignavit. Instructis deinde processibus apostolicis annis 1955-1958 in ecclesiasticis Curiis Laudensi et Cremonensi super virtutibus in specie, editoque die 9 Novembris a. 1959

decreto super omnium processuum validitate iuridica, quaestio agitata est apud tunc S. Rituum Congregationem et quidem in Coetu Antepraeparatorio, quem vocabant, die 6 mensis Maii a. 1969 celebrato super virtutibus Servi Dei theologalibus et cardinalibus iisque adnexis. Quae quidem disceptatio, iuxta normas S. Congregationis pro Causis Sanctorum interea institutae, resumpta est die 21 Novembris anno 1972 in Congressu Peculiari, quem subsecuta est Plenaria Patrum Cardinalium Congregatio diei 27 mensis Martii anni huius 1973, Rev.mo Cardinali Carolo Confalonieri Causae Ponente seu Relatore, omnesque affirmative responderunt, Famulum nempe Dei Vincentium Grossi christianas virtutes heroum in modum exercuisse.

Summus autem Pontifex Paulus VI, cui praedicta omnia die 13 insequentis mensis Aprilis per Rev.mum Cardinalem Aloisium Raimondi, huius Congregationis Praefectum, relata sunt, sententiam Patrum Cardinalium ratam habens, decretum conscribi mandavit super Servi Dei heroicis virtutibus.

Hoc denique die idem Summus Pontifex, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto et Carolo Confalonieri, Causae Ponente, meque Antistite a Secretis aliisque vocari solitis, iisque adstantibus edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide., Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Vincentii Grossi, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum inseri mandavit.

Datum Romae, die 10 mensis Maii a. D. 1973.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

Ii. © S.

® Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

II

RUREMUNDENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Arnoldi Janssen, Sacerdotis fundatoris Societatis Verbi Divini necnon duarum Congregationum Missionalis Servarum Spiritus Sancti et Servarum Spiritus Sancti ab Adoratione Perpetua.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adiunctis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Messis quidem multa, operarii autem pauci: rogate ergo Dominum messis ut mittat operarios in messem suam » (Mt. 9, 37-38; *Lc.* 10, 2). Hoc ipsum Famulo Dei Arnoldo Janssen erat propositum, ut pro vinea Domini, id est pro exteris missionibus, et preces funderet et viros ac mulieres institueret, qui ibi operarentur.

Natus die 5 mensis Novembris anno 1837 in oppido *Goch,* intra Monasteriensis dioecesis fines, Famulus Dei die sequenti sacri baptismatis aqua est ablutus eique inditum nomen Arnoldi. Studiorum curriculum in seminario episcopali loci *Gaesdonck* emensus, mathematicae et disciplinis naturalibus prius, Episcopo probante, operam dedit, deinde sacrae theologiae Monasterii. Qua in urbe, die 15 Augusti anno 1861 auctus est sacerdotio.

Cui ab episcopo munus mandatum est magistri in schola superiore artibus exercendis, quae paulo antea in oppido Bocholt condita erat. Ab anno 1865 ad Apostolatum Precum animum applicabat, cuius pro dioecesi Monasteriensi factus est moderator. Sic lucra Christi et profectum Ecclesiae impensiore in dies voluntate quaerebat. Stipem quoque colligebat pro missionibus Africae centralis atque pecuniam conquirebat ad Missam perpetuam cotidie celebrandam Fuldae ad S. Bonifatii sepulchrum pro restituenda unitate fratrum a catholica communione seiunctorum, ut et ipsi pervenirent « *ad illam plenitudinem unitatis, quam Iesus Christus vult* » (Conc. Vat. II, Decr. *Unitatis redintegratio,* 1, 4).

Mense Octobri anno 1873, postquam duodecim annos docuit, commentarium periodicum, populo aptum et ad exteras pertinentem mis-

siones, edidit, ut de re missionali accurata afferret nuntia et preces pro missionibus deposceret, cum sibi persuasum haberet eum, qui pro his oraret, etiam paratum esse ad easdem iuvandas. Re quidem vera omnes fideles « *officio tenentur ad Eius* (Christi) *Corporis expansionem et dilatationem cooperandi* » (Decr. *Ad gentes divinitus,* 1, 36).

Re mature perpensa, onus suscepit in Neerlandia seminarium missionale condendi, quod prope fines Germaniae situm erat, siquidem illa aetate, propter leges Ecclesiae catholicae infensas, eiusmodi domus in Germania constitui non potuit. Itaque, die 8 mensis Septembris anno 1875, Summo Pontifice benedicente, seminarium missionale in loco *Steyl* est erectum pro Germania, Neerlandia, Austria. Quamvis Famulus Dei in admittendis candidatis destrictius se gereret statimque eos arceret, qui minus idonei esse viderentur, tamen numerus eorumdem candidatorum continenter augescebat. Ab omnibus autem spiritum orationis postulabat, qui humilitate et moribus integris comprobantur. Praeterea laborem exigebat assiduum et congruentem, qui inde perciperetur, fructum, animum ad oboediendum promptissimum, vitae rationem simplicem et spiritu paupertatis evangelicae innixam, quo quis etiam asperrima tolerare non dubitaret; illam scil. spiritualem formationem quam nostra aetate Concilium Vaticanum II expostulat (cfr. *Optatam totius,* 6 et 9; *Ad Gentes,* 25).

Anno demum 1885 sacerdotes et fratrum laicorum coetum, quem interea constituerat, in Congregationem missionalem congregavit, cui nomen Societas Verbi Divini. Haec ipsa anno 1901, eius vero Constitutiones anno 1905 a Sede Apostolica sunt approbatae.

Primos missionarios anno 1879 in Sinas misit, anno vero 1892 item primos Evangelii praecones in Togum, 1896 in Novam Guineam, 1905 ad homines nigri coloris Americae Septentrionalis, 1906 in Iaponiam, 1908 ad autochthones Paraquarianos. Ab anno 1889 sacerdotes et fratres paroeciis, scholis et seminariis Americae Meridionalis auxilio esse iussit, ubi scilicet exiguus esset numerus sacerdotum; quos anno 1889 in Argentinam misit, 1893 in Aequatoriam, 1895 in Brasiliam, 1900 in Chiliam. Paulo antequam morte abriperetur, ut sacrorum administri etiam in Insulas Philippinas se conferrent curavit. Presbyteris autem permulti fratres laici et sorores se adiungebant. Re enim diu praeparata, anno 1889 Congregationem sororum missionalium condidit, quae Servae Spiritus Sancti appellantur. Anno 1896 partem sororum, arctioris clausurae legibus astrictarum, quae perpetuae adorationi incumberent, instituit; quae quidem pars anno 1917 Congregatio sui iuris est

facta. Praeterea complures domos missionales in Germania et Austria, necnon collegium Romae condidit; anno 1908 primas eiusmodi aedes in Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis erexit.

Quoniam in cunctas partes orbis terrarum missionarios emittebat, Famulus Dei omni ope annitebatur, ut sermones et culturae formae exterarum gentium serio et ad altioris doctrinae rationem pervestigarentur. Qui futuri erant missionarii varios modos vitae socialis eiusque significationem, quod ad vitam spiritualem alicuius populi attinet, discebant, vestigia veritatis divinae detegere studentes in religione populorum, qui doctrinae salvificae Christi nondum compotes erant. Itaque, cum disciplinam ethnologicam, sociologicam, historiam religionum induxisset Famulus Dei magnopere contulit ad eorum, qui futuri erant missionarii, institutionem novasque vias apostolatui missionali Ecclesiae aperuit, veluti anticipando novissimi Concilii postulata (cfr. *Ad Gentes,* 26 et 34; *Lumen gentium,* 16).

Ut in hoc campo, ita in provincia apostolatus, qui scriptis edendis exercetur, vir fuit in posterum prospiciens. Ad quod opus fratres composuit, eos sive artibus technicis sive re mercatoria instituens, et pro sua parte efficiens, ut nova quaedam imago eiusmodi fratris laici formaretur. Hi dena et dena milia laicorum quodam ordine disposuerunt, qui in centenis et centenis milibus familiarum commentarios periodicos propagarent et sic animos in rem missionalem exacuerent. Hoc profecto modo Servus Dei multitudinem hominum comparavit, qui pro missionibus orarent iisque opitularentur, utpote qui urgerentur conscienti actuosaque responsabilitate in missionali Ecclesiae opere adiuvando, quemadmodum et nostris temporibus ut Populus Dei agat Concilium Vat. II monet (cfr. *Apostolicam Actuositatem,* 3, 10, 33).

Dum igitur veri nominis progressioni favebat, Famulus Dei simul Ecclesiam amore ardenti et sincero prosequebatur, quem a fide hauriebat inconcussa. Deus, Christus, Ecclesia, gratia, sacramenta, Angeli, Sancti veritates ipsi erant certae ac definitae, quibuscum indesinens ei erat consuetudo et usus. Cum singulis horarum quadrantibus campana insonabat, animum ad preces fundendas colligebat. « Vivat Deus unus et trinus in cordibus nostris » : hoc eius effatum usitatius ; ac Societatem, quam primum condidit, Verbo Divino Incarnato sacram esse voluit. Oculi eius micabant, quotiescumque de amore Dei personali, id est de Spiritu Sancto, loquebatur, cui Congregationem mulierum, a se constitutam, dicavit. Hac assidua cum Deo coniunctione factum est, ut Famulus Dei, quamvis in vita sua rerum exitus singu-

lares prorsus consequeretur, tamen modestiam semper et simplicitatem servaret, quippe qui sibi persuasum haberet se non esse nisi Domini instrumentum.

In opere suo regendo eo semper contendebat, ut iustus esset et aequus, principium illud ut certam normam secutus : « audiatur et altera pars ». In rebus necessariis et primariis severam se praebuit, in secundariis autem opinionis, quam quisque habebat, rationem ducebat, quippe qui esset pacis amantissimus et benevolentiae plenus. Etiam cum quaestiones perarduae erant dissolvendae, semper virum se praestitit ingenio probo sinceraque fide, a quavis callida ambiguitate abhorrentem.

Hortationes suas non solum sodalibus humilibus ac tenuibus adhibere solebat, sed etiam in altiore loco constitutis : verumtamen in monendo alios semper reverebatur, affectum amoris veri et supernaturalis ostendens. Nec dubitabat consilia exquirere sodalium iuniorum eosque suos creare consultores. In omnibus vero difficultatibus eo imprimis spectabat, ut voluntati Dei se conformaret eiusque se providentiae committeret ; atque per triginta annos exemplo suo sodalibus significavit non expedire, ut externae actioni se penitus dederent, sed iterum iterumque precationi et coniunctioni cum Deo esse insistendum, qua in re robur et auxilia divina pro laboribus suis invenirent.

Cum mortis eius indicia animadverterentur, opus ab ipso conditum erat eiusmodi, ut quotannis quinquaginta fere sacerdotes ac totidem fratres et sorores apostolatui missionali ab eo suppeditarentur, scilicet homines verbo et exemplo eiusdem instructi, quibus fundamentum cuiusvis actionis apostolicae esset vita interior et coniunctio intima cum Deo. Summa autem sodalium trium Congregationum quas Dei Famulus condidit est hodie plus quam decem milia.

Septuagesimum aetatis annum paulum egressus, mortem sereno animo oppetiit. Postquam enim duobus mensibus aegrotavit, servus fidelis, qui regni Dei propagationi se totum impenderat, die 15 mensis Ianuarii anno 1909 in gaudium Domini sui intravit.

Sanctitatis fama, qua Dei Famulus vivens quoque condecoratus erat, post obitum non deferbuit, imo aucta est eamque Deus caelestibus signis visus est confirmare. Quam ob rem factum est ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis ageretur. Vix igitur actoribus licuit, processus ordinaria auctoritate Ruremundensi in Curia et per rogatorias in Curiis Romana, Vindobonensi, Bonaerensi, Chicagiensi et Ienchowfuensi instructi Romamque transmissi sunt. Scriptis

deinde Servi Dei recognitis, S. Rituum Congregatio die 22 Novembris anno 1939 decrevit nihil obstare quominus ad ulteriora procederetur, atque, servatis de iure servandis, auctoritate Pii Papae XII Causa beatificationis die 10 Iulii a. 1942 introducta est. Adornatis deinde processibus apostolicis super virtutibus et miraculis in specie editoque, die 15 Octobris a. 1954, decreto super omnium processuum validitate, quaestio agitata est apud Sacram tunc Rituum Congregationem et quidem in Coetu Antepraeparatoria, quem vocabant, die 6 mensis Iunii anno 1967 super virtutibus Servi Dei theologalibus et cardinalibus iisque adnexis. Quo autem ad ulteriora procedi posset, Officium Historicum Sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum, interea conditae, amplam inquisitionem historicam in Servi Dei vitam et circa quasdam quaestiones a Patribus Consultoribus excitatas concinnavit annoque 1971 publici iuris fecit. Hinc disceptatio super virtutibus resumpta est die 10 mensis Octobris anno 1972 in Congressu Peculiari, quem subsecuta est Congregatio Plenaria Patrum Cardinalium die 28 Novembris eodem anno celebrata, Rev.mo Cardinali Agnelo Rossi Causae Ponente seu Relatore, et omnes affirmative responderunt, Famulum nempe Dei christianarum virtutum culmen attigisse.

Summus autem Pontifex Paulus VI, cui praedicta omnia die 16 mensis Decembris superioris anni 1972 per Rev.mum Cardinalem Paulum Bertoli tunc Praefectum huius Congregationis relata sunt, sententiam Patrum Cardinalium ratam habens, iussit decretum super heroicis virtutibus Servi Dei conscribi.

Hoc denique die idem Summus Pontifex, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto et Agnelo Rossi, Causae Ponente, meque Antistite a secretis aliisque vocari solitis, iisque adstantibus edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Arnoldi Janssen, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta huius Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 10 Maii a. D. 1973.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

L. © S.

ffi Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì 24 Settembre 1973, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor POLYS MODINOS, primo Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Cipro.

Lunedì 1 Ottobre 1973, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Dott. PAOLO FARRUGIA, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Malta.

Giovedì 4 Ottobre 1973, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor SAMI DROUBI, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica Araba Siriana.

Lunedì 8 Ottobre 1973, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor LLOYD THOMSON, primo Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario d'Australia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

2 ottobre 1973. S. E. Mons. Prigione Girolamo, Arcivescovo tit. di Lauriaco, *Delegato Apostolico per VAfrica Centro-Occidentale.*

5 » » S. E. Mons. Etteldorf Raymond, Arcivescovo tit. di Tindari, *Pro-Nunzio Apostolico in Nuova Zelanda.*

» » » Il Rev.mo Mons. Clementi Mariano, *Prelato Uditore del Tribunale della Sacra Romana Rota.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

5 ottobre 1973. Gli E.mi Signori Cardinali Baggio Sebastiano, Prefetto della Sacra Congregazione per i Vescovi, e Tabera Araoz Arturo, Prefetto della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari, *Membri dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.*

10 » » Il Rev.do Mons. Jacqueline Bernard, *Sotto-Segretario del Segretariato per i Non Credenti.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotari Apostolici soprannumerari:

16 aprile 1973. Mons. Markham Tommaso H. (Sacramento).
28 » » Mons. O'Donnell William Emmett (Saint Paul and Minneapolis).
19 giugno » Mons. Stumpe Giovanni Ermanno (Köln).
21 Mons. Spatuzza Domenico (Lacedonia).
27 » Mons. Laguna Justo Oscar (San Isidro).
3 agosto » Mons. Pellegrini Astutillo (Grosseto).

Prelati d'onore di Sua Santità:

29 dicembre 1972. Mons. Villabona Luis E. (Barranquilla).
28 aprile 1973. Mons. Cristiano Nicol Konrad (Bamberg).
» » » Mons. Berntson Terranee Wilfred (Saint Paul and Minneapolis).
» » » Mons. Boxleitner John Jerome (Saint Paul and Minneapolis).
» » Mons. Fleming Francis Joseph (Saint Paul and Minneapolis).
» » » Mons. Koscielniak Paul Lawrance (Saint Paul and Minneapolis).
» » » Mons. Moudrj Richard Paul (Saint Paul and Minneapolis).
» Mons. Quinn Jerome Donald (Saint Paul and Minneapolis).
16 maggio » Mons. Krautwurst Giuseppe (Wroclaw).
21 » » Mons. Zell Martin (Freiburg im Breisgau).
» » » Mons. Vobbe Heinrich (Köln).
» » Mons. Vennemann Joseph (Münster).
» » Mons. Nealon Giuseppe (Steubenville).
30 » Mons. Deissler Alfonso (Freiburg im Breisgau).
» » » Mons. Knauber Adolfo (Freiburg im Breisgau).

30	maggio	1973.	Mons. Stiefvater Luigi (Freiburg im Breisgau).
7	giugno	»	Mons. Fehily Tommaso (Motherwell).
»	»	»	Mons. De Sanctis Benedetto (Roma).
8	»	»	Mons. Abberton Tommaso (Leeds).
21	»	»	Mons. De Michele Giuseppe (Ariano Irpino).
»	»		Mons. Paglia Rocco (Ariano Irpino).
»	»	»	Mons. Rizzo Angelo (Ariano Irpino).
»			Mons. Tedeschi Vincenzo (Lacedonia).
27	agosto		Mons. De Magistris Luigi (Cagliari).

Cappellani di Sua Santità:

28	dicembre	1972.	Mons. Sistig Giovanni (Aachen).
12	febbraio	1973.	Mons. Henrichs Bernardo Leo Martin (Köln).
»	»	»	Mons. Jacquemain Giuseppe Giovanni (Köln).
21	»	»	Mons. Purdy William (Nottingham).
29	marzo	»	Mons. Derda Benno (Köln).
5	aprile	»	Mons. Küpper Gerardo Filippo (Köln).
»	»	»	Mons. Nafíah Giovanni (Saint Maron of Detroit).
»			Mons. Alvárez Germano (Solóla).
12			Mons. Balsamo Vincenzo (San Marco e Bisignano).
»	»	»	Mons. Campise Francesco (San Marco e Bisignano)
»	»		Mons. Longobucco Luigi (San Marco e Bisignano).
	»	»	Mons. Tocci Settimio (San Marco e Bisignano).
»	»	»	Mons. Vadigno Francesco (San Marco e Bisignano)
11	maggio	»	Mons. Peter Helmut Giovanni (Sankt Pölten).
16	»	»	Mons. Krapp Giovanni (Gualeguaychú).
»	»	»	Mons. HeinçLrichs Guglielmo Giuseppe (Köln).
»	»	»	Mons. Pees Peter (Köln).
»	»	»	Mons. Schorn Federico Giuseppe (Köln).
21	»	»	Mons. Faber Hans (Essen).
»	»	»	Mons. Grave Franz (Essen).
»	»	»	Mons. Jenne Giuseppe (Essen).
	»	»	Mons. Ley Giovanni (Essen).
»		»	Mons. Peltzer Eberardo (Essen).
	»	»	Mons. Heinrichs Carlo (Köln).
»	»	»	Mons. Kopf Francesco Rodolfo (Wien).
»	»	»	Mons. Krammer Mattia (Wien).
29	»	»	Mons. Hagel Giuseppe (Rottenburg).
»	»	»	Mons. Kner Antonio (Rottenburg).
»	»	»	Mons. Müller Max (Rottenburg).
30		»	Mons. De Giorgi Salvatore (Lecce).
8	giugno	»	Mons. Parrini Ugo (Firenze).
12	»	»	Mons. Ungrad Konrad (Praha).
15	»	»	Mons. Fortino Francesco (Lungro).
21	»	»	Mons. Staffiere Rocco (Lacedonia).
12	luglio	»	Mons. Mattiazzo Antonio (Padova).
31	agosto	»	Mons. Balzarini Attilio (Bobbio).
»	»	»	Mons. Lavezzoli Mario (Bobbio).

31 agosto 1973. Mons. Mariani Angelo (Bobbio).
» » » Mons. Marini Martino (Bobbio).
» » » Mons. Traversone Gerolamo (Bobbio).

Gentiluomo di sua Santità:

18 giugno 1973. Sig. Maccolini Alberto (Firenze).

ONORIFICENZE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 giugno 1973. Al sig. De Block Antonio Leone (Rotterdam).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

9 luglio 1973. Al sig. Simon Jacques *(Francia).*

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

11 maggio 1973. Al sig. Pighi Giovanni Battista (Verona).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

24 gennaio 1973. Al sig. Tacke Carlo H. W. (Köln).
28 » Al sig. Becker Theo (Köln).
» » » Al sig. Jentgens Enrico (Köln).
» » » Al sig. Movers Ferdinando (Köln).
5 aprile » Al sig. Dowe Wilhelm (Köln).
23 maggio Al sig. Huber Antonio (Rottenburg).
» » » Al sig. Leber Ludovico (Rottenburg).
» » Al sig. Thuma Roberto (Rottenburg).
30 » » Al sig. De Lencastro Giuseppe (Braga)
7 luglio Al sig. Marzotto Arnaldo (Barra do Pirai-Volta Redonda).
10 » » Al sig. Girardi Luigi (Padova).
» » » Al sig. Van-den-Heuvel Nicolao Enrico L. ('s-Hertogenbosch).
11 » » Al sig. Hadot Daniel *(Francia).*
» » » Al sig. Caporali Aldo (Roma).
18 Al sig. Lo Giudice Gino (Roma).
» » Al sig. Teewen Francesco Giuseppe P. M. ('s-Hertogen bosch).
22 » » Al sig. Poncin Jeann (Haarlem).
8 agosto Al sig. Vivarelli Nino (Grosseto).

II Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

3	gennaio	1973.	Al sig. Müller Giuseppe (Köln).
28	»		Al sig. Dahmen Karl (Köln).
ii	marzo	»	Al sig. Okaaa Francesco Tommaso (Osaka).
5	aprile	»	Al sig. Schröer Francesco Giuseppe (Köln).
16	»	»	Al sig. Caselli Vincenzo M. (Sacramento).
»	»	»	Al sig. Desmond M. Luigi (Sacramento).
»	»	»	Al sig. Forbes Allan Edward (Sacramento).
»		»	Al sig. Murphy Giovanni (Sacramento).
7	giugno		Al sig. Fester Stanley (Cardio).
»	»	»	Al sig. Caruso Elio (Roma).
12	»	»	Al sig. Battersby Giovanni Filippo (Middlesbrough).
10	luglio		Al sig. Weeber Leonardo Adriano (Rotterdam).
»	»	»	Al sig. Van Dijk Francesco ('s-Hertogenbosch).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

21	maggio	1973.	Al sig. Nowak Alberto (Wien).
»	»	»	Al sig. Giesrigl Carlo (Wien).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

29	marzo	1973.	Al sig. Simon Claudio Luigi (Namur).
21	maggio	»	Al sig. Amashaufer Giovanni (Wien).
»	»	»	Al sig. Bischof Francesco (Wien).
»	»	»	Al sig. Martinek Giovanni (Wien).
»	»		Al sig. Westphalen Ferdinando (Wien).
23		»	Al sig. Hundhausen Carlo (Essen).
30		»	Al sig. Baier Federico (Freiburg im Breisgau).
4	giugno		Al sig. Mertens Pietro Giuseppe Giovanni (Utrecht).
7			Al sig. Sattler Ulderico (Eisenstadt).
12	»	»	Al sig. Van Noort Giovanni Gerardo Enrico (Rotterdam)
10	luglio		Al sig. Loevendie Enrico Guglielmo ('s-Hertogenbosch)
18			Al sig. Moschini Danilo (New York).
»	»	»	Al sig. Sacconi Pasquale (Roma).
8	agosto	»	Al sig. Iannotta Lorenzo (Roma).
17	settembre	»	Al sig. Zocco Giuseppe (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

5	dicembre	1972.	Al sig. Schmitz Guglielmo (Aachen).
20	»	»	Al sig. Weichsel Hugo (Köln).
28	gennaio	1973.	Al sig. Wessel Stefano (Köln).
6	febbraio	»	Al sig. Delheid Francesco (Aachen).
5	aprile	»	Al sig. Meulendijks Giuseppe (Antwerpen).
»	»	»	Al sig. Mongkhom Vangtan Luca (Ratchaburi).
21	maggio	»	Al sig. Galler Giovanni (Wien).
»	»	»	Al sig. Kellermann Ernesto (Wien).
»	»	»	Al sig. Mayer Carlo (Wien).

21 maggio 1973. Al sig. Schwarz Amando (Wien).
23 » » Al sig. Dini Adamo (Roma).
12 giugno » Al sig. Mol Marcello Giovanni Maria (Roermond).
» » » Al sig. Van Well Endrigo Federico Lamberto ('s-Hertogenbosch).
» » » Al sig. Van Dijk Teodoro Gerardo (Utrecht).
10 luglio » Al sig. Gimondo Giuseppe (Padova).
» » » Al sig. Kok Teodoro ('s-Hertogenbosch).
15 » » Al sig. Andrade Keller José Ernesto (Zacapa).
18 » » Al sig. Lopez Edmondo (Roma).

NECROLOGIO

30 settembre 1973. Mons. Buteler Alfonso Maria, Arcivescovo di Mendoza.
» » » Mons. Derouineau Alexander, Arcivescovo di Kunming.
8 ottobre » Mons. Murphy Henry, Vescovo di Limerick.
14 » » Mons. Dos Santos Armando Amarai, Vescovo di Benguela.
15 » » Mons. Rolland Claude, Vescovo di Antsirabe.

An. et vol. LXV 30 Novembris 1973 N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico — Città del Vaticano •— *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Normae quaedam statuuntur ad processus matrimoniales apud Ecclesias Orientales expeditius absolvendos.

PAULUS PP. VI

CUM MATRIMONIALIUM causarum numerus nostris temporibus magis in dies augeatur, Nos, sanctitatem germanamque naturam sacri vinculi matrimonii tueri ac simul spirituale fidelium bonum fovere intendentes, Apostolicis Litteris die 28 mensis Martii anno 1971 motu proprio datis, quibus index ((Causas matrimoniales », iam consuluimus causis matrimonialibus in Ecclesia Latina expeditius solvendis.

Nunc autem, cum Nobis sollicitudo omnium Ecclesiarum divinitus concredita sit, ut pastoralis caritas Ecclesiae pari modo in Ecclesiis Orientalibus eniteat, auditis Sacra Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus, Venerabilibus Fratribus Nostris Patriarchis et plerisque locorum Hierarchis, de ecclesiasticis Tribunalibus apud Ecclesias Orientales componendis deque processu iudiciario matrimoniali simpliciore forma ordinando normas quasdam statuendas esse decrevimus.

Ad hunc igitur finem, firmis manentibus reliquis iuris canonici orientalis vigentis praescriptionibus in Litteris Apostolicis ((Sollicitudinem Nostram » a Decessore Nostro Pio PP. XII die 6 Ianuarii .1950 sancitis, Nos, praesentibus hisce Litteris, motu proprio ac de certa scientia, auctoritate Nostra Apostolica has, quae sequuntur, normas pro Ecclesiis Orientalibus ubique terrarum, decernimus et statuimus.

DE FORO COMPETENTI

I. Causae matrimoniales baptizatorum iure proprio ad iudicem ecclesiasticum spectant.

II. Firmis, ubi vigeant, Statutis Personalibus, causae de effectibus matrimonii mere civilibus, si principaliter agantur, pertinent ad civilem magistratum, sed si incidenter et accessorie, possunt etiam a iudice ecclesiastico ex propria auctoritate cognosci ac definiri.

III. Omnes causas matrimoniales, ad eos spectantes, de quibus in Litteris Apostolicis ((Sollicitudinem Nostram », can. 15, n. 1, illa Congregatio vel Tribunal aut specialis Commissio exclusive cognoscit, cui eas Summus Pontifex in singulis casibus commiserit.

IV. § 1. In ceteris causis nullitatis matrimonii competens est r

a) Tribunal loci in quo matrimonium celebratum est, vel

b) Tribunal loci in quo pars conventa commorationem non precariam habeat, quae ex aliquo ecclesiastico documento vel alio legitimo modo probari possit, vel

c) Tribunal loci in quo de facto colligendae sint pleraeque depositiones seu probationes, dummodo accedat consensus tum Ordinarii loci commorationis habitualis partis conventae, tum Ordinarii loci et praesidis Tribunalis aditi.

:§ 2. Si casus accidat de quo in praecedenti § 1, c), Tribunal, antequam causam admittat, exquirat a parte conventa, num quid excipiendum habeat contra forum aditum a parte actrice.

§ 3. Mutatis substantialiter circumstantiis aut locorum aut personarum de quibus in § 1, instantia ante conclusionem in causa potest transferri in casibus particularibus de uno ad aliud Tribunal aeque competens, si accedat consensus partium et utriusque Tribunalis.

DE CONSTITUTIONE TRIBUNALIUM

V. § 1. Si in Tribunali primi et secundi gradus collegium trium iudicum clericorum efformari nequeat, Patriarcha vel Archiepiscopus Maior audita Synodo permanenti, facultate instruitur permittendi in praedictis gradibus constitutionem collegii ex duobus clericis et uno viro laico ; extra patriarchatus vel archiepiscopatus, eadem facultate

gaudet Metropolita auditis duobus, ordine praecedentiae, prioribus provinciae episcopis; in aliis casibus recurratur ad Sedem Apostolicam.

§ 2. In primo gradu, cum nec per aggregationem viri laici collegium de quo in § 1 efformari possit, singulis in casibus causae nullitatis matrimonii clerico tamquam iudici unico per easdem auctoritates et eodem modo ac in § 1 demandari possunt. Qui iudex procedere debet iuxta canones 227-452 et 468-500 Litt. Apost. « Sollicitudinem Nostram », et, ubi fieri possit, assessorem et auditorem in iudicio sibi asciscat.

VI. Ad munus assessoris et auditoris in Tribunalibus cuiusvis gradus viri laici possunt vocari; munus autem notarii sive viri sive mulieres suscipere possunt.

VII. Laici ad huiusmodi munera assumendi fulgeant catholica fide et bonis moribus ac simul iuris canonici scientia. Cum autem agitur de munere iudicis viro laico conferendo, de quo in n. V, § 1, ii praeferantur qui etiam consuetudinem fori habeant.

DE APPELLATIONIBUS

VIII. § 1. A prima sententia, matrimonii nullitatem declarante, vinculi defensor ad superius Tribunal provocare tenetur intra legitimum tempus: quod si facere neglegat, auctoritate praesidis vel iudicis unici compellendus est.

§ 2. Apud Tribunal secundae instantiae vinculi defensor suas animadversiones exhibeat ut dicat utrum contra decisionem latam in primo gradu aliquid opponendum habeat necne. Contra quas animadversiones collegium, si opportunum censuerit, partium earumve patronorum animadversiones exquirat.

§ 3. Visa sententia et perpensis animadversionibus defensoris vinculi necnon, si exquisitae et datae fuerint, partium earumve patronorum, collegium suo decreto vel decisionem primi gradus ratam habet, vel ad ordinarium examen secundi gradus causam admittit. In priore casu, nemine recurrente, ius est coniugibus, qui alioquin non impediantur, decem diebus a decreti publicatione elapsis, novas nuptias contrahere.

IX. § 1. Adversus decretum collegii, sententiam primi gradus ratam habens, defensor vinculi vel pars, quae se gravatam putet, ius habent recurrendi, intra decem dies a die publicationis decreti, ad superius Tribunal, sed tantummodo prolatis novis et gravibus argumentis, quae tamen praesto sint. Huiusmodi argumenta debent exhiberi Tribunali tertii gradus intra mensem ab interposito recursu.

§ 2. Defensor vinculi tertii gradus, audito praeside Tribunalis, potest a recursu recedere ; quo in casu Tribunal declarat litem finitam. Si autem pars recurrat, Tribunal, perpensis argumentis allatis, intra mensem ab interposito recursu vel recursum reicit per decretum, vel causam admittit ad ordinarium tertii gradus examen.

DE REGULIS IN CASIBUS SPECIALIBUS

X. Cum ex certo et authentico documento, quod nulli contradictioni vel exceptioni obnoxium sit, constiterit de exsistentia impedimenti dirimentis, simulque pari certitudine, ex certo et authentico documento vel etiam alio legitimo modo habita, patuerit dispensationem super his impedimentis datam non esse, hisce in casibus, praetermissis sollemnitatibus in iure recensitis, poterit Hierarcha citatis partibus et interveniente defensore vinculi, matrimonii nullitatem declarare.

XI. Item sub iisdem clausulis et eodem modo de quibus in n. X, Hierarcha matrimonii nullitatem declarare tunc etiam poterit, cum causa, instituta est ex defectu formae canonicae vel ex defectu validi mandati procuratoris.

XII. Adversus hanc declarationem defensor vinculi, si prudenter existimaverit impedimenta aut defectus, de quibus in nn. X et XI, non esse certa aut dispensationem super eisdem probabiliter intercessisse, provocare tenetur ad iudicem secundae instantiae, ad quem acta transmittenda sunt, quique scripto monendus est agi de casu speciali.

XIII. Iudex alterius instantiae, cum solo interventu defensoris vinculi, decernet eodem modo, de quo in n. X, utrum sententia sit confirmanda, an potius procedendum in causa sit ad ordinarium tramitem iuris : quo in casu eam remittit ad Tribunal primae instantiae.

NORMAE TEMPORARIAE

1. Die quo praesentes Litterae Apostolicae vigere incipient, causa matrimonialis, quae, post primam sententiam matrimonii nullitatem declarantem, apud superius Tribunal ex appellatione legitima prosequitur, interim suspendatur.

2. Vinculi defensor Tribunalis secundae instantiae animadversiones suas exhibeat super omnia, quae sive decisionem latam in primo gradu respiciunt, sive actis in altero gradu eo usque expletis continentur, ut dicat utrum contra decisionem latam in primo gradu aliquid opponendum habeat necne. Contra quas animadversiones collegium, si opportunum censuerit, partium earumve patronorum animadversiones exquirat.

3. Perpensis animadversionibus defensoris vinculi necnon, si exquisitae et datae fuerint, partium earumve patronorum et visa sententia primi gradus, collegium suo decreto vel decisionem primi gradus ratam habet, vel causam in ordinario examine secundi gradus prosequendam esse decernit. In priore casu, nemine recurrente, ius est coniugibus, qui alioquin non impediantur, decem diebus a decreti publicatione elapsis, novas contrahendi nuptias. In altero vero casu instantia prosequenda erit usque ad definitivam sententiam.

Supra statutae normae valebunt donec disciplina canonica orientalis iuxta Decreta et ad mentem Concilii Oecumenici Vaticani II organice recognoscatur.

Quae igitur a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia rata ac firma esse volumus, contrariis quibuscumque, etiam specialissima mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die 8 mensis Septembris, in festo Nativitatis B. Mariae Virginis, anno 1973, Pontificatus Nostri undecimo.

PAULUS PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

MANGOCIENSIS

Praefectura Apostolica Arcis Iohnstonensis ad gradum dioecesis attollitur, nomine « Mangociensis ».

P A U L U S   E P I S C O P U S

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Nostrum apostolicum sit munus, in quod summo studio summaque animi contentione incumbimus, Ecclesiae catholicae prolationi ad ultimas terrae regiones consulere, iisque favere inceptis, quae ad evangelicam Christi legem cunctis gentibus noscendam aptius conducant, Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione sententiae accedendum esse censuimus : ea enim, post auditum Venerabilem Fratrem Lucianum Angeloni, Archiepiscopum titulo Vibonensem et in Malawi Apostolicum Pro-Nuntium, statuit ut praefectura apostolica Arcis Iohnstonensis in dioecesibus annumeraretur. Nos igitur, aestimantes id nonnisi maxima cum catholicarum rerum utilitate fieri itemque in laudem cedere sacri Evangelii praeconibus operose ibi laborantibus, suprema Nostra potestate ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. Praefecturam apostolicam Arcis Iohnstonensis ad dignitatem dioecesis evehimus, *Mangociensis* ab urbe principe appellandae, quam metropolitanae Sedi Blantyrensi suffraganeam facimus. Decernimus praeterea ut Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione pergat esse obnoxia ; ut episcopalis sedes in urbe Mangochi sit episcopalisque magisterii cathedra in templo Sancti Augustini, ibidem exstante; ut denique, pro Canonicorum collegio, consultores dioecesani deligantur, Episcopo consilio et auxilio iuvaturi. Cetera ad normas iuris communis temperentur. Haec denique quae praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Lucianus Angeloni, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui vero negotium perfecerit, congrua documenta ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittat, de more signata sigilloque impressa.

Has autem Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo septimo mensis Septembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Eduardus Martínez
Adsessor

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Secret. Status tab., n. 2J/8946.

II

MINNAËNSIS

Praefectura Apostolica Minnaënsis ad gradum dioecesis evehitur iisdem nomine et finibus.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Prophetiae de regno caelorum, quibus Christus, Dei Filius, providit ut illud, quasi granum sinapis, quod in immensum creverit, receptaculum omnibus hominibus esset futurum (cfr. *Matth.* 13, 31 sqq.), aut etiam, ad fermenti similitudinem (cfr. *ib.* 33), totam hominum massam sua virtute pervaderet, quam apte Ecclesiae sanctae incrementa adumbrare videntur, quae humilibus quidem initiis iam per totum orbem terrarum divina largiente gratia diffusa est. Cui sane fidei nostrae progressioni, semper intentis, visum est Nobis bene fieri, si Praefecturam Apostolicam Minnaènsem, in qua christiana res prospere procederet, in dioecesis formam redigeremus : per hoc enim sacris Christi praeconibus ibidem allaborantibus digna laus tribuetur, et animus ad novos labores addetur, et christiana fides ibi loci, spes est, adole-

scet. Qua re, audito Venerabili Fratre Amelio Poggi, Archiepiscopo titulo Cercinitano eodemque in Africa Media et Occidentali Apostolico Delegato, de sententia Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione, Apostolica Nostra potestate, haec statuimus atque iubemus. Apostolicam Praefecturam *Minnasnsem* in Nigeria, ad gradum et dignitatem dioecesis tollimus, eodem nomine iisdemque finibus, quam profecto Kadunaënsi metropolitanae Sedi suffraganeam facimus, atque iurisdictioni Sacrae Congregationis Pro Gentium Evangelizatione obnoxiam. Eius urbs caput Minna erit, cathedra in templo S. Michaelis Archangeli collocata, in eadem urbe. Ad Canonicorum Collegium quod attinet constituendum, si ad praesens id fieri nequeat, Consultores dioecesani condantur, qui Episcopum consilio et opera iuvent. Cetera, electio Vicarii Capitularis, Sede vacante, iure cleri atque populi, similia, iure Canonico temperentur. Has vero Litteras Nostras Venerabilis Frater Amelius Poggi ad exitum deducat, vel quem ipse legaverit, factis ad id necessariis facultatibus. Re vero acta, documenta exarentur, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur.

Has vero Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo septimo mensis Septembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Eduardus Martínez
Adsessor

© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyren., *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco *Cß* Plumbi

In Secret. Status tab., n. 243886.

LITTERAE APOSTOLICAE

Templum B. M. V. in pago Sejny, in dioecesi Lomzensi, ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Suave Beatae Mariae Virginis mysterium, quo Christi Mater, concepto castissime aeterni Patris Filio, instinctu Spiritus Sancti Elisabeth cognatam suam adiit in montana Redemptoris gratiam allatura, tum in se est miraculo, ob prodigia quae utriusque matris sanctitatem produnt, tum etiam beatissimae illius humilisque Virginis caritatem ostendit, qua nulla maior est aut vivacior in mortalibus. Quae sane causa est, cur iam a primaevae Ecclesiae temporibus Christi asseclae, sanctissimae atque communis Matris quasi progenies, ea quae in beata visitatione gesta sunt, et coluerint summa pietate et monumentis omne genus honoraverint. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Nicolaus Sasinowski, Episcopus Lomzensis, suo atque cleri populique suae circumscriptionis nomine id prece a Nobis petierit, ut templum paroeciale situm in pago Sejny, in sua dioecesi, atque Beatae Mariae titulo Visitationis ad honorem et dignitatem Basilicae Minoris eveheretur, Nos, re, qua opus esset consideratione reputata, tam egregio Antistiti ac nobili populo annuendum esse arbitrati sumus. Sacra enim illa aedes non solum est antiqua religione insignis, et arte, et Sanctorum memoriis, sed est etiam spectatae pietatis fons et opportunum alendae fidei subsidium. Quae cum ita sint, probatis quae Sacra Congregatio pro Cultu Divino statuerit esse facienda, Apostolica Nostra auctoritate aequo animo petitis concedimus, atque idcirco templum B. **M.** V. a Visitatione, cuius mentionem fecimus, titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestamus, factis iuribus atque concessionibus quae per decretum « De titulo Basilicae Minoris », die sexto interpositum, anno MDCCCCLXVIII, describuntur, salvis iis quae ibi iubentur. Ceterum, hae Litterae Nostrae ratae erunt sive nunc sive in posterum, contrariis nihil impedientibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis Septembris, anno MDCCCCLXXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco jji Sigilli

In Secret. Status tab., n. 242511.

EPISTULAE

I

Ad E.mum P. D. Alfredum S. R. E. Cardinalem Bengsch, Berolinensem Episcopum, duobus saeculis expletis a consecratione cathedralis ecclesiae, S. Hedvigi sacrae.

Berolinensis dioecesis, cui sollerter praeesse cognoscens, merito de ecclesia cathedrali, sanctae Hedvigi sacra, gloriatur, a cuius consecratione mox duo saecula explebuntur ; cuius memoriae causa sollemnia, te praeeunte, ibi agentur. Quod templum, opere nobile, cunabulorum loco habetur, siquidem, eo exstructa, communitas catholica, ista in urbe degens, paroecialia iura est olim adepta. Crescente vero fidelium numero, anno MCMXXX dioecesis Berolinensis est condita ideoque idem templum ecclesiae cathedralis donatum honore.

Verumtamen anno MCMXLIII, dum per totum fere orbem terrarum bellum desaeviebat, hoc vitae catholicae veluti centrum misere disiectum est ac paene eversum. Postquam ab armis discessum est, amor, mortem superans, restituit, quod deletum erat, et fecit, ut ex ruinis, quas humana discordia acervaverat, domus orationis et pacis resurgeret.

In his ergo sollemnibus dilecti Nobis filii istius dioecesis habent, cur magnitudinem doni fidei, cuius haec princeps ecclesia est quasi visibilis sedes, altius considerent, in animis penitius imprimant, in vitae usum transferre diligentius studeant. Unusquisque enim impellitur, ut hoc modo ipse veluti templum Dei evadat; de qua re sanctus Augustinus, populum die dedicationis ecclesiae allocutus, his monuit verbis : « Quod igitur hic factum corporaliter videmus in parietibus, spiritaliter fiat in mentibus ; et quod hic perfectum cernimus in lapidibus et lignis, hoc aedificante Dei gratia, perficiatur in corporibus vestris ».[1]

Praeterea haec aula Dei, circa quam tota dioecesis Berolinensis quodammodo congregatur, hac oblata occasione efficit, ut Ecclesia particularis, cuius momentum Concilium Vaticanum Secundum in sua posuit luce, mentibus vivacius obversetur. Est ergo cunctis annitendum, ut haec vigeat et sic in ea quasi praesentem esse sentiatur ipsam Ecclesiam unam, sanctam, catholicam.

[1] *Sermo 336; PL* 38, 1475.

Istud denique templum cogitationem ac desiderium ingerit beatissimae illius sedis caelestis, ubi ii, qui per huius vitae tempus fideliter fortiterque in christiano agone certaverunt, praemio fruuntur sempiterno et inenarrabili. Ad hanc «domum non manufactam»[2] si animi saepius convertuntur et si ad eius rationem tota conversatio componitur, vita christiana efflorescit, scilicet feliciter contingit, ut homines sint «fide formati, spe solidati, caritate compacti».[3]

Haec visum est Nobis spectabile istud pietatis monumentum hortari; cuius causa decreta sollemnia mente participantes, tibi, Venerabilis Frater Noster, Episcopo Auxiliari tuo, sacerdotibus, fidelibus, pastorali curae tuae concreditis, et universis, qui commune hoc gaudium spirituale participabunt, Benedictionem Apostolicam, certae dilectionis Nostrae testem, amanter in Domino impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die IX mensis Septembris, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

PAULUS PP. VI

II

Exc.mo P. D. Dominico Yoshimatsu Noguchi, Hiroshimaënsi Episcopo, cum decem conderentur lustra ex quo territorium illud ecclesiasticum in Vicariatum Apostolicum erectum est.

Ad urbem, quae Hiroshima appellatur, cum mens convertitur, adhuc maestitia affici solet, quod ante XXVIII annos eam pyroboli atomici primum verberarunt, quibus displosis effectum est, ut tot hominum mortes, tot ruinae essent lugendae. Nunc vero de alia memoria laetandi occurrit opportunitas, siquidem mox decem condentur lustra ex quo istud territorium ecclesiasticum ut Vicariatus Apostolicus erectum est, qui anno MCMLIX in dioecesim excrevit.

Est quidem ad Nos allatum te salubri consilio statuisse, ut huius eventus recordatio ad religionem potissimum pertineret atque adeo in singulis paroeciis piae fierent celebritates, per quas Annus sacer in ista Ecclesia particulari et excellentior proposito ac modo celebraretur. Quod quidem inceptum sane probamus, cupientes Deumque enixe rogantes, ut praedicta sollemnia ad fidem augendam christianamque conversationem confirmandam plurimum valeant.

[2] *2 Cor.* 5, 1.

[3] S. Aug. *Sermo 337; PL* 38, 1476.

Cum de Hiroshimaënsi calamitate recogitamus, mentem subit optatissimum bonum pacis, cui in ista urbe egregium monumentum est positum. Quamvis paci multae parentur insidiae, non levia eam circumsaepiant impedimenta, immo gravia ei impendeant pericula, tamen pro apostolico munere Nostro non desinimus eam extollere, eam suadere atque, quibus viribus possumus, provehere.

Recte autem studium pacis cum iis, ad quae praedictus Annus sacer spectat, congruit : etenim ad veram pacem consequendam inter homines singulos et gentes, opus est imprimis « metanoia » et renovatione spirituali, secundum illud Apostoli: «edocti estis... deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem ... renovari autem spiritu mentis vestrae et induere novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis » -[1]

Dilecti Nobis filii istius dioecesis Hiroshimaënsis, huius memoriae recolendae fausta oblata occasione, sine dubio preces geminabunt, ut verae pacis veluti aurora, Dei munere hominumque bona voluntate praeditorum cooperante diligentia, tandem exsurgat.

Vota denique facimus, ut eadem portio Dominici gregis laetis foveatur incrementis magisque in dies spiritualibus viribus polleat. Quae omnia confirmet Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater, clero ac fidelibus, curae tuae commissis, amanti animo impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xv mensis Octobris, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

PAULUS PP. VI

III

Ad E.mum P. D. **Carolum S.** R. **E. Cardinalem Gonfalonieri quem Missum Extraordinarium eligit, ut celebritatibus praesideat ob inaugurandas aedes « Altioris Centri studiis pastoralibus exercendis ».**

Merito laetatur Archidioecesis Mediolanensis, Nobis sane carissima, de restitutis aedibus, quae Seminarii Maximi sedes erant, donec hoc, anno MCMXXX, in novum et amplissimum aedificium, in loco Venegono positum, transferretur. Vetustum illud Seminarium non uno nomine est venerandum : etenim Sanctus Carolus Borromaeus, delibe-

[1] *Eph.* 4, 21-24.

rationes Concilii Tridentini ad effectum adducens, id condidit, ut institutioni iuvenis cleri recte salubriterque consuleret et sic bonum spirituale fidelium sibi commissorum promoveret. Ipse et venustam porticum quadrilateram erexit, Fridericus autem Cardinalis Borromaeus, eius in munere successor, portam, egregie confectam, adiunxit.

Sed tempus, quo labente consumi solet quidquid est ab hominibus factum, aliaeque causae, praesertim calamitas belli, quod ante pauca decennia per orbem terrarum desaeviit, effecerunt, ut istae aedes usui, quem Sanctus conditor statuerat, non amplius aptae essent, immo dilaberentur atque fatiscerent.

Cum nosmet ipsi Ecclesiam Ambrosianam regeremus, in animum induximus tam praeclarum aedificium ad pristinum revocare splendorem ; verumtamen, ad beati Petri sedem evectis non datum est Nobis eiusmodi exsequi opus. Quod quidem, magno cum gaudio Nostro, Ioannes Cardinalis Colombo, Archiepiscopus Mediolanensis, cui, hac etiam oblata occasione, fraternam dilectionem Nostram testamur, non parvo labore, modo praecellenti perfecit. Splendet ergo nunc iterum hoc monumentum estque iis rebus omnibus instructum, quae horum temporum condicionibus postulantur.

Usus autem, cui refecta haec domus destinatur, non ita alienus est ab illo, quem Sanctus Carolus olim constituerat : etenim sedes est « Altioris Centri studiis pastoralibus exercendis » ; quod quidem complectitur Institutum Pastorale regionis Langobardicae pro sacrorum administris, religiosis, laicis, et alia duo Instituta, alterum, in quo altiore ratione scientiae religiosae tradantur, alterum pro Educatoribus.

Vota igitur facimus, ut hoc pastoralium studiorum domicilium, novis Ecclesiae necessitatibus patens simulque sanae traditionis catholicae utilitates servans, quasi fons evadat, unde plurima bona in Archidioecesim Mediolanensem et etiam extra eius fines emanent.

Volentes autem sollemnibus, quae proxime ob inaugurandum hoc opus fient, amanti quidem animo sed etiam per Ecclesiae Cardinalem, Nostram personam gerentem, interesse, te, Venerabilis Frater Noster, Missum Extraordinarium Nostrum eligimus et renuntiamus, munus tibi mandantes festae celebritati statutae nomine Nostro praesidendi, nec dubitamus, quin pro mentis dotibus, quibus ornaris, et pro pastorali studio, quo praeditus esse cognoscens, creditum officium sis frugifere impleturus.

Peculiari modo te rogamus, ut Archidioecesi Mediolanensi, cuius suavis apud Nos viget memoria, salutem nunties Nostram, amorem

declares sincerum, quo eam prosequi non desinimus, ac spem enunties fore, ut restitutae aedes istae quasi signum evadant illius renovationis spiritualis, quae indicto Sacro Anno est ut finis proposita.

Tibi demum, Venerabilis Prater Noster, Ioanni Cardinali Colombo, quem supra memoravimus, Praesulibus, Magistratibus, sacerdotibus, fidelibus, qui praedicta sollemnia participabunt, Benedictionem Apostolicam, superni auxilii auspicem Nostraeque benevolentiae testem, libenter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxvn mensis Octobris, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Iis qui interfuerunt Coetui e tota Europa Romae habito de pastorali Migratorum cura. *

Monsieur le Cardinal,
Chers Frères dans VEpiscopat, Chers Fils,

Votre visite et les paroles qui viennent d'être prononcées Nous remplissent de gravité et d'espérance. A travers vos personnes, Nous rejoignons la foule immense des migrants. Ne parle-t-on pas d'environ douze millions pour la seule Europe occidentale? Et si les travailleurs manuels constituent la grande majorité, Nous ne saurions oublier tous les réfugiés pour raisons politiques ou religieuses, les étudiants, les techniciens, le personnel des organismes internationaux. Mais votre présence témoigne aussi du travail accompli dans vos pays respectifs par tant d'équipes nationales, régionales, diocésaines ou autres, au service des populations déracinées. Nous mesurons combien ce travail est délicat, obscur, souvent incompris. Nous espérons avec vous que ce Congrès de Rome fera encore avancer, de manière audacieuse et réaliste, la pastorale de l'Emigration. Nous n'avons pas besoin de multiplier, dans cet entretien, les références aux documents qui demeurent la charte d'une authentique présence d'Eglise au monde des

* Die 17 mensis octobris a. 1973.

migrants. Vous avez médité, commenté, diffusé « Pastoralis Migratorum Cura », ((Apostolicae Caritatis », « Populorum Progressio », « Octogésima Adveniens ». C'est une étape nécessaire, et Nous vous en félicitons. Elle appelle des réalisations concrètes, que Nous vous invitons à poursuivre et que Nous voudrions stimuler de toutes nos forces.

C'est un fait : dans les pays d'Europe les plus industrialisés, la migration des travailleurs a pris des proportions gigantesques. Tel d'entre eux n'a-t-il pas jusqu'à 28 pour cent d'immigrés dans sa population ouvrière? Cette situation crée de tels problèmes que certains se posent la question : ne vaudrait-il pas mieux exporter des usines plutôt que d'importer des hommes? Encore faudrait-il que de telles implantations aient le souci constant d'une réelle promotion des travailleurs du lieu. En tous cas, les conditions du phénomène migratoire actuel, qui se prolongera sans doute demain sous une forme ou sous une autre, demandent une réforme. Si les Eglises locales n'ont pas à se substituer aux gouvernements en place, qui ont leur propre responsabilité face à cette sorte de nomadisme moderne, elles ont une part spécifique à apporter à la solution des graves problèmes qu'il ne cesse d'engendrer. Sans renoncer à leur personnalité propre, ces Eglises locales sont appelées à vivre de plus en plus leur vocation universelle. Nous aimerions que la réflexion sur la signification de la migration, et plus largement de la mobilité, soit approfondie et nourrisse davantage l'action pastorale de l'Eglise contemporaine.

Nous encourageons d'abord les Eglises affectées par l'exode de leurs populations, à développer, rajeunir, créer si besoin est, des services pastoraux de préparation et d'accompagnement des travailleurs et de leurs familles. Il existe parfois des disproportions surprenantes entre les chiffres donnés pour telle ou telle ethnie et les chiffres de missionnaires, laïcs, religieuses, consacrés à leur évangélisation. Les diocèses d'origine n'ont-ils pas à réviser encore l'emploi de leurs effectifs apostoliques et de leurs ressources matérielles pour les diriger vers les points stratégiques, avant qu'il ne soit trop tard? A la mobilité contemporaine doit répondre la mobilité pastorale de l'Eglise.

D'autre part, Nous invitons de nouveau les Eglises d'accueil à coopérer humblement et loyalement aux divers besoins pastoraux des immigrés. Un travail, souvent admirable, est réalisé. Bien des ouvriers évangéliques cependant pourraient être appelés, préparés et envoyés à ces nouvelles moissons. Le premier accueil et les premiers temps

d'accompagnement sont tellement importants pour l'insertion, momentanée ou définitive, des groupes ethniques ! Il demeure très difficile aux habitants des pays qui s'estiment évolués de se faire pauvres avec les pauvres, d'apprendre à les regarder, à les écouter, à recevoir d'eux. C'est pourtant cette attitude fondamentale qui permettra aux personnes et aux communautés migrantes d'être elles-mêmes, de s'exprimer, de comprendre leurs problèmes d'insertion, de prendre confiance en elles-mêmes pour les résoudre progressivement. Les méthodes purement directives ou démagogiques sont à proscrire définitivement. Nous lançons aussi un appel tout spécial aux responsables spirituels des diverses ethnies et au clergé local pour qu'ils collaborent davantage. Cette unité des pasteurs est absolument indispensable à l'unité de chaque communauté migrante et des communautés entre elles.

Nous espérons toujours que cette solidarité, sainement éduquée, hâtera, pour sa part, la venue d'un véritable statut des travailleurs migrants. Ce statut, pouvant connaître des variantes d'une nation à l'autre, garantirait les droits des migrants au respect de leur personnalité propre, à la sécurité du travail, à la formation professionnelle, à la vie en famille, à la scolarisation adaptée des enfants, à la prévoyance sociale, à la liberté d'expression et d'association. Comme on l'a dit justement : les pays industrialisés appellent ou acceptent une main-d'œuvre à bon marché, mais ce sont des hommes qu'ils reçoivent, des hommes qui ont une tête et un coeur. N'oublions pas que le Christ s'est identifié à l'étranger : « J'étais un étranger, et vous m'avez accueilli ».[1]

Toute cette coopération à l'authentique développement des migrants est dans la droit ligne de l'Evangile de justice et de paix. Mais Nous nous empressons d'ajouter que les hommes ont également besoin de vie spirituelle. D'ailleurs les immigrés sont presque tous porteurs de valeurs religieuses. Critiquer trop rapidement ou ignorer systématiquement ce donné religieux, sous prétexte qu'il n'est pas suffisamment vécu, est un manquement grave au respect et à la confiance; qui plus est : la porte ouverte à l'indifférentisme ou à la déchristianisation. Nous supplions instamment tous les responsables de la vie religieuse des migrants de faire converger avec beaucoup de patience les coutumes religieuses traditionnelles et les engagements qui expriment une foi vivante. Il s'agit, en somme, d'aider les migrants à mûrir leur

[1] *Mt.* 25, 35.

propre foi. Si les Eglises de départ et les Eglises d'accueil intensifient leur dialogue loyal et confiant, mettent davantage en commun leurs ressources humaines et matérielles, nous verrons encore la Lumière du Seigneur briller au dessus des Nations.

Ensemble, chers Frères et chers Fils, gardons la sérénité et l'espérance. A travers le phénomène migratoire, très préoccupant certes, ne peut-on pas dire que Dieu nous invite à abattre les barrières du racisme, à faire éclater les égoïsmes économiques et politiques? Les communautés chrétiennes qui craignent de perdre leur homogénéité ne devraient-elles pas voir dans la migration un appel pressant à édifier de vraies communautés, plus mûres et plus œcuméniques, où la reconnaissance de l'autre, le partage avec l'autre devienne la règle de vie? A de telles relations, ne pourrait-on pas proposer comme idéal les paroles si brèves et si denses de l'Evangile de l'Apôtre Jean, destinées d'abord à caractériser la communion du Père et du Fils, dans l'Esprit : ((Tout ce qui est à moi est à toi, et tout ce qui est à toi est à moi »?[2]

Voilà ce que nous avons eu grande joie à partager avec vous. Et c'est dans ces sentiments que Nous vous accordons, ainsi qu'à l'immense famille des migrants si présente à notre cœur, la Bénédiction Apostolique.

II

Ad Excellentissimum Virum Paulum Tremblay, Canadensis Nationis liberis cum mandatis Legatum, qui Summo Pontifici Litteras tradidit legationis fidem facientes. *

Monsieur V Ambassadeur,

Nous remercions vivement Votre Excellence des paroles généreuses qu'Elle vient de Nous adresser au moment où Elle prend officiellement ses fonctions d'Ambassadeur auprès du Saint-Siège,

Nous agréons avec plaisir les vœux que vous formez pour notre Pontificat, en votre nom comme au nom du Gouvernement fédéral et du Peuple canadien. Veuillez être auprès d'eux l'interprète de notre gratitude et des souhaits fervents qui surgissent, dans notre cœur et

[2] *Jn.* 17, 10.

* Die 20 mensis octobris a. 1973.

notre prière, pour le bonheur, la prospérité et le rayonnement de ce grand pays du Commonwealth.

En des termes qui ont retenu toute notre attention, Votre Excellence a eu la bonté d'évoquer quelques lignes de force de notre action sur la scène internationale. Ces objectifs doivent d'ailleurs rejoindre ceux de tout peuple civilisé, à plus forte raison de ceux dont la tradition chrétienne désigne en tout homme un frère. Et Nous savons que le Canada apporte volontiers son concours aux initiatives généreuses de paix et de développement, à travers le monde.

Comment ne pas œuvrer en effet pour un désarmement progressif et contrôlé, quand l'humanité reste sous la menace d'une accumulation des engins les plus meurtriers? Comment ne pas tenter d'empêcher les peuples de recourir à la violence pour des différends que des tractations pacifiques devraient toujours régler, selon la raison et la justice, sans verser le sang, sans accumuler les ruines, sans augmenter le gaspillage? Mais il faut aller plus loin, envisager les causes profondes de beaucoup de conflits et de tensions au sein de la grande famille humaine : la violation de droits fondamentaux, le mépris de certaines minorités, le sort immérité dans lequel on maintient des pays dont le développement est difficile. Le climat général de sécurité ne peut s'établir sans le souci constant d'une plus grande justice pour tous : il appartient à chacun de la promouvoir, tout en renforçant le crédit et l'efficacité d'une autorité publique internationale.

Sur ce chemin, le Saint-Siège, au nom de l'Eglise catholique tout entière, met l'accent sur deux perspectives que Votre Excellence a très heureusement soulignées : le souci d'universalité qui, au-dessus des parties et des blocs, cherche la juste place de chacun dans le concert des nations ; et celui d'un humanisme plénier, selon lequel le développement économique et même culturel apparaît radicalement insuffisant sans le progrès social et l'épanouissement spirituel.

Dans cette perspective, le Saint-Siège apprécie les efforts réalistes que poursuit le Canada pour faire face aux problèmes de notre époque : intégration sociale de toutes les populations jointe au respect de leur particularité; équitable participation aux responsabilités du bien commun de l'ensemble et aux bienfaits du progrès; souci des moins favorisés; recherche de la qualité de la vie et des relations humaines au-delà du bien-être matériel; éducation aux exigences de la liberté ; approfondissement des raisons de vivre et de l'espérance. N'est-ce pas en envisageant lucidement ces questions et en entreprenant cou-

rageusement de les résoudre chez lui, qu'un pays se met en mesure d'apporter son concours à leur solution internationale?

L'Eglise catholique, pour sa part, veut y contribuer selon sa mission spirituelle, en alertant, en formant, en encourageant les consciences. Elle s'adresse d'abord à ses fidèles, mais étend volontiers son dialogue aux autres : chrétiens, croyants et hommes de bonne volonté. En cette occasion solennelle, Nous saluons avec une affection particulière nos Frères et Fils de la communauté catholique du Canada : Nous apprécions leur volonté de s'enraciner toujours plus profondément dans la foi, et suivons avec intérêt leur recherche pastorale. Nous exprimons aussi notre amitié à leurs compatriotes qui partagent leur foi chrétienne. Et Nous assurons de notre estime comme de notre collaboration, tous ceux qui travaillent à promouvoir le bien plénier de leurs frères humains.

Sur eux, sur tout le Peuple canadien et sur ses dirigeants, Nous implorons les Bénédictions abondantes du Dieu Sauveur. Et pour vous-même, Monsieur l'Ambassadeur, Nous ajoutons les vœux cordiaux que nous formons pour votre nouvelle mission auprès du Saint-Siège.

III

Iis qui interfuerunt annuo plenario Coetui habito a Pontificio Consilio instrumentis Communicationis Socialis praeposito. *

Messieurs les Cardinaux,
Chers Frères et chers Fils,

Aux travaux intenses, au programme déjà chargé de votre Congrégation plénière, vous avez voulu ajouter cette démarche filiale à laquelle Nous sommes très sensible. Nous sommes heureux de cette occasion qui Nous est donnée de prendre un contact, à la fois simple et chaleureux, avec ceux qui ont une responsabilité de premier rang pour promouvoir les Communications sociales dans l'Eglise, et aussi pour aider l'Eglise à remplir sa mission au regard du phénomène des mass media dans le monde.

Nous saluons d'abord les Cardinaux, Evêques et autres Membres de notre Commission pontificale, responsables des orientations de son travail, avec son nouveau Président, Monseigneur André Deskur, et

* Die 20 mensis octobris a. 1973.

l'équipe chargée d'assurer les tâches permanentes. Nous rencontrons avec plaisir les nombreux Consulteurs, que Nous avons appelés à collaborer avec eux, d'horizons très divers, ayant chacun son expérience particulière. Nous souhaitons une cordiale bienvenue aux Directeurs des Agences catholiques de Presse, dont le rôle est capital pour l'information quotidienne du monde : et de même aux responsables des trois grandes Organisations catholiques pour la presse, la radio et télévision et le cinéma, à qui échoit un service d'Eglise qualifié, selon les normes de leurs statuts rénovés. Votre Assemblée, au grand complet et passablement renouvelée, ne nous fait pas pour autant oublier le cher Monseigneur Edward Heston, rappelé à Dieu en pleine activité.

A vous tous, Nous exprimons nos vœux cordiaux, nos encouragements fervents. Et derrière vous, Nous évoquons tous ceux qui, au niveau diocésain, national, continental, ont compris l'importance actuelle des mass media, et s'y emploient avec cœur et compétence. C'est de ces multiples centres nerveux que la Commission pontificale tire en grande partie sa vitalité. A elle, il revient d'assurer au moins trois fonctions : celle de coordonner, de mettre en communication l'essentiel des besoins et des expériences ; celle d'assurer une réflexion plus profonde; celle enfin de donner l'éveil, l'impulsion, le soutien qui sont nécessaires lorsque cette pastorale connaît de lourds handicaps. Les vingt-cinq années d'existence de la Commission pontificale vous permettent d'envisager ce travail avec réalisme, avec dynamisme. Et le dixième anniversaire du Décret conciliaire ((Inter Mirifica » est un rappel opportun du vaste programme qui vous est confié.

Nous avons suffisamment parlé, à maintes occasions, de la déontologie de la presse, de la radio, de la télévision, du cinéma, du spectacle, de la publicité, pour ne pas y revenir ce matin, d'autant plus qu'il s'agit là de secteurs spécialisés qui méritent chacun une considération particulière. De façon globale, Nous vous rappelons seulement ce triple rôle qu'il faut assurer au cœur de l'Eglise et auquel les Communications sociales doivent largement coopérer : communion fraternelle, service de la vérité, témoignage de l'Evangile.

Oui, n'oublions jamais les premiers mots de l'Instruction pastorale qui est comme votre charte: ((Communion et progrès». Les mass media doivent permettre aux hommes d'approfondir leurs relations, de se mieux découvrir et respecter, de se communiquer les richesses de leur esprit et de leur cœur, d'entrer dans un dialogue vrai et fécond. Comme Nous le souhaitons pour l'ensemble de la société ! Comme

Nous le souhaitons d'abord pour l'Eglise elle-même au seuil de cette Année Sainte de réconciliation à laquelle, Nous l'espérons bien, les moyens de Communication sociale sauront donner tout l'écho qu'elle mérite ! Beaucoup de langues se parlent dans l'Eglise : puissent-elles être comme celles de la Pentecôte, des chemins de vie et d'unité, et non pas comme celles de Babel !

Les artisans des Communications sociales sont appelés à satisfaire le droit à l'information. C'est un service magnifique, mais exigeant, car nos contemporains attendent à juste titre une information précise, honnête, cohérente, complète, comme le dit votre Instruction.[1] Ce service rencontre aujourd'hui les obstacles que vous savez, qui ne tiennent pas seulement à nos moyens limités, mais parfois aussi à des passions qui colorent une présentation ou opèrent plus ou moins consciemment un choix. Dans ce climat, les chrétiens devraient toujours être au premier rang de ceux qui cherchent inlassablement tous les éléments objectifs de la vérité et qui les proposent avec respect, en les situant dans leur contexte.

Enfin, avons-nous suffisamment saisi l'importance des mass media pour le témoignage que l'Eglise a pour mission d'offrir au monde? Certes, le film, l'émission de radio ou de télévision, le journal ont chacun leur langage propre, dont il faut respecter l'originalité et les règles d'expression ; et l'ensemble de l'Eglise n'a sans doute pas encore suffisamment étudié et mis en œuvre ces puissants moyens : nous en sommes souvent à une utilisation trop superficielle. Mais de toute façon les chrétiens ne doivent pas craindre d'y donner d'abord un témoignage explicite de leur propre foi, de leur idéal, de leur exigence, de leur espérance. Le thème du prochain Synode nous rappelle l'urgence de cette évangélisation. Dans un monde qui cherche sa voie au milieu d'incertitudes ou d'ambiguïté, une parole forte et claire est attendue. Aux artisans des mass media, de saisir ces témoignages en faveur du beau, du juste, du vrai.

Et un mot, chers amis, vous Nous êtes étroitement associés dans notre ministère de héraut de la Parole de Dieu, de témoin de la charité du Christ. Le canal des Communications sociales constitue désormais une voie nécessaire et féconde. Que l'Esprit Saint vous éclaire et vous fortifie dans cette œuvre capitale ! Avec notre affectueuse Bénédiction Apostolique.

[1] N. 34.

IV

Sodalibus e Congregatione Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis Beatae Mariae Virginis, qui generali Coetui religiosae suae communitatis interfuerunt. *

Amadísimos Misioneros Hijos del Inmaculado Corazón de María:

Os expresamos nuestra viva complacencia por esta visita que nos hacéis apenas culminadas las sesiones de vuestro Capítulo General. Auguramos que sea fecundo el trabajo que habéis realizado durante estos días. Hacemos votos para que el abnegado servicio del Superior General y de los demás miembros elegidos para formar parte de su Consejo, sea eficaz y saludable a los fines de vuestra Familia religiosa.

No podemos pasar por alto una circunstancia, particularmente iluminadora, que hace más atractivo este gozoso encuentro : ayer hemos celebrado la fiesta litúrgica de San Antonio María Claret. Vosotros mismos habéis manifestado con tal motivo el deseo de visitar al Sucesor de Pedro. Os agradecemos este gesto de adhesión, en el que descubrimos un testimonio de exquisita afinidad espiritual con vuestro padre fundador. ¿Cómo no recordar ante sus hijos la entrañable devoción que sentía hacia el Vicario de Cristo? Y ¿cómo no venerar su memoria ante su elocuente y conmovedora profesión de fe de la infalibilidad pontificia en el Concilio Vaticano I? Todo ello nos obliga a abriros confiadamente nuestro ánimo agradecido, para que lo sepáis en perfecta sintonía de sentimientos religiosos con el vuestro.

Estamos seguro de que, durante estos días de retiro capitular, la presencia protectora y orientadora de San Antonio María se ha hecho más intensa y exigente entre vosotros. Y nos place adivinar también que a la hora de señalar las líneas de renovación habéis tenido como punto fijo de referencia la fidelidad más genuina a los orígenes de vuestro Instituto y a las enseñanzas sobre la vida de consagración que el Concilio Vaticano II propuso y Nos mismo repetidamente hemos inculcado. Permitidnos saborear con qué pureza de rasgos característicos se ofrecía a la contemplación de San Antonio María la imagen del claretiano. Lo leíamos ayer en el Oficio de Lectura : ((Yo me digo a mí mismo : un Hijo del Inmaculado Corazón de María es un hombre que arde en caridad y que abrasa por donde pasa .... Nada

* Die 25 mensis octobris a. 1973.

le arredra; se goza en las privaciones, aborda los trabajos, se complace en las calumnias y se alegra en los tormentos. No piensa sino cómo seguirá e imitará a Jesucristo, en trabajar, sufrir y en procurar siempre y únicamente la mayor gloria de Dios y la salvación de las almas)).*

Ved ahí, proyectado hacia vosotros, todo un programa de santidad, fundado en la renuncia valiente de sí mismo, fruto de su fecunda vitalidad evangélica. Os señala claramente, con expresiones de neto dinamismo paulino, el bien a que debe aspirar vuestra vida personal y comunitaria : el seguimiento y la imitación de Cristo a impulsos de una caridad siempre operante.

Si a este programa de vida interior añadimos el culto particularísimo que os inculcó a la Virgen María, junto con la dedicación primordial al ministerio de la Palabra, tenemos el cuadro completo de la vocación a la espiritualidad claretiana. Esos mismos y no otros fueron los móviles que dieron vida y sentido al incontenible celo misionero del hijo de Sallent. Y no fue otro el sello de austeridad religiosa que se impuso a sí mismo para hacer su propio ministerio más fidedigno y más conforme a las exigencias de la llamada divina. Anunciar la Buena Nueva hasta gastarse en sacrificio por el bien de los hermanos, enseñar a los hombres el lenguaje siempre nuevo de la caridad, caracterizaron su desbordante tarea de pastor como Arzobispo de Santiago de Cuba.

Podríamos decir muy bien de éí, como del Apóstol de las Gentes, que su fibra de ((heraldo y maestro en la fe y en la verdad »[2] no sufrió mengua alguna en medio de las dificultades. Al contrario, sus afanes pastorales, su inquietud misionera hallaron modo de expresarse continuamente en nuevas iniciativas ministeriales, dentro y fuera de la madre patria, inspiradas y alimentadas por una conciencia de servicio fiel a la Iglesia.

Amadísimos hijos : apreciad este vuestro patrimonio espiritual ; no escatiméis desvelos en cuidar sus raíces, si de veras queréis ser un árbol siempre florido y joven, capaz de adaptarse al medio ambiente, a las exigencias cambiables de los tiempos, para seguir dando frutos maduros a la Iglesia, como ha dado en el pasado y sigue dando en la actualidad, a través de sus hijos más preclaros.

[1] *El celo,* c. I, *BAC* 188 (1959), p. 777.

[2] Cfr. *1 Tim.* 2, 7.

En el Capítulo que acabáis de celebrar habeis podido convenceros de que sois portadores de unos valores que no envejecen, porque son parte selecta de la herencia y de la vocación universal de la Iglesia. La misma comunidad cristiana os pide fidelidad y discreción, generosidad y desprendimiento para aceptaros y reconoceros como signo viviente y solidario de sus aspiraciones humanas y espirituales.

No queremos alargarnos más. Al confiaros estas reflexiones, queremos alentaros en vuestros anhelos de santidad con nuestras plegarias al Inmaculado Corazón de María para que, con la ayuda de su maternal intercesión, seáis ejemplares hijos de la Iglesia. Como confirmación de estos deseos y como testimonio de particular benevolencia impartimos de corazón a vosotros y a toda la Familia claretiana la Bendición Apostólica.

V

Ad Excellentissimum Virum Vergilium Octavium Tevoedjre, Dahomeyensis Reipublicae cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras commissi muneris testes tradentem. *

Monsieur l'Ambassadeur,

Par cette cérémonie officielle débute aujourd'hui votre mission de Représentant du Dahomey auprès du Saint-Siège. Nos premières paroles seront pour vous souhaiter la bienvenue. Nous sommes heureux de vous accueillir. Nous apprécions la conception que vous avez de votre tâche, et vous assurons que vous rencontrerez ici l'écoute et la compréhension indispensables à son bon accomplissement.

Vous apportez avec vous les salutations de Monsieur le Président de la République et les vœux du Gouvernement du Dahomey. La courtoisie de ces hautes Autorités est pour Nous une raison supplémentaire d'espérer un renforcement des liens unissant le Saint-Siège à votre pays. A ces rapports déjà confiants s'ajoute l'affection particulière que Nous portons aux Dahoméens. Vous pourrez en témoigner auprès de Son Excellence le Lieutenant-Colonel Mathieu Kerekou qui vous a mandaté, en lui transmettant l'expression de notre gratitude pour les souhaits dont vous êtes l'interprète.

Votre aimable allocution, Monsieur l'Ambassadeur, s'attachait à relever, parmi les efforts de l'Eglise catholique, ceux qui trouvaient

* Die 8 mensis novembris a. 1973.

selon vous le plus d'écho au Dahomey. Vous citiez notamment les diverses interventions que Nous avons cru devoir faire depuis le début de notre Pontificat, en faveur du développement et de l'établissement progressif d'une plus grande justice économique et sociale. Vous avez touché là un thème qui Nous tient spécialement à cœur, car la possibilité d'accroître ses biens, la façon de les répartir et de répartir responsabilités et travail, ont une grave répercussion sur toute la vie humaine ; elles ne doivent pas devenir une source de discriminations entre les peuples ni entre les classes sociales. En ce domaine, notre mission évangélique Nous oblige à parler, à rappeler sans cesse aux dirigeants et même aux simples citoyens, chrétiens ou non, la clairvoyance et la générosité qui font la grandeur d'une nation : d'une part utiliser réellement pour le bonheur de l'ensemble de ses habitants toutes les ressources dont elle dispose, et d'autre part établir une sorte de partage, mieux encore aider chaque Etat à se doter lui-même des conditions de son propre essor. Nous affirmons aussi, devant les multiples tensions assombrissant l'horizon, qu'il est urgent de trouver des solutions durables en cas de crise ouverte, dans le respect d'une Autorité internationale, mais qu'il est préférable encore, et combien plus efficace, de rechercher les véritables causes de ces conflits, pour en juguler à temps les effets possibles. Et puisque l'occasion en est ici donnée, Nous soutenons qu'au-delà de cette motivation simplement réaliste doit prendre corps peu à peu une autre conviction : tous les hommes sont frères ; ce que commande l'intérêt véritable acquiert en cette maxime, si chère aux chrétiens, une force nouvelle.

Nous avons relevé également dans vos propos l'hommage rendu à l'action bénéfique des missionnaires zélés et courageux, qui se donnent sans compter depuis de longues années au service du Dahomey et de ses habitants. Nous sommes très sensible à ce témoignage de Votre Excellence. La semence évangélique a germé dans un terrain préparé. Aujourd'hui, si la collaboration de ces apôtres reste très utile, si leur générosité trouve abondamment à s'employer dans la poursuite de nombreuses tâches éducatives, sociales et évangélisatrices, ainsi que dans la mise en valeur des richesses ancestrales de l'âme africaine, l'Eglise a pris un nouveau visage au Dahomey. Vous avez salué l'avènement d'un épiscopat et d'un clergé autochtones, prenant en charge les communautés chrétiennes locales. Nous attachons également une grande importance à l'épanouissement d'un laïcat conscient de ses devoirs, et à l'éveil déjà sensible de vocations religieuses ou catéchis-

tiques. C'est le signe d'une Eglise vivante, où les divers ministères sont assumés de plus en plus par les habitants du pays. Ainsi se réalise l'un des objectifs primordiaux que s'est fixés notre Congrégation pour l'Evangélisation des Peuples, dont vous avez évoqué l'un des principaux responsables en la personne de Monseigneur Bernardin Gantin. C'est dire que Nous envisageons avec confiance la vitalité religieuse des catholiques du Dahomey, et leur participation fructueuse à l'effort de tous leurs compatriotes pour le plus grand bien du pays.

Laissez-Nous terminer, Monsieur l'Ambassadeur, en vous offrant nos vœux les plus fervents pour votre mission, et en appelant en abondance les bienfaits du Très-Haut sur votre personne, sur votre noble pays et ses dirigeants. Que tous les Dahoméens, en ce jour, se sentent particulièrement chers à notre cœur ! Nous leur redisons, à travers vous, notre estime et notre affection.

ACTA SECRETARIAE STATUS

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA

De opportunitate transferendi competentiam circa causas inconsummationis matrimonii ad unam tantum Sacram Congregationem.

Exorta quaestione de opportunitate transferendi competentiam circa causas inconsummationis matrimonii ad unam tantum Sacram Congregationem, E.mi Cardinales SS. Congregationibus pro Doctrina Fidei et pro Disciplina Sacramentorum praepositi, Beatissimo Patri proposuerunt ut, ad mentem n. 56, § 1 Constitutionis Apostolicae «Regimini Ecclesiae Universae », in posterum Sacra Congregatio pro Disciplina Sacramentorum cognosceret etiam de causis inconsummationis, in quibus una pars non est baptizata.

SS.mus Dominus Noster Paulus Pp. VI, in Audientia infrascripto Cardinali Secretario Status concessa die XIV mensis Iulii hoc anno, supra memoratum votum ratum habuit, adprobavit et publicari iussit.

Ex Aedibus Vaticanis, die XV mensis Iulii, anno MCMLXXIII.

I. Card. VILLOT
a Secretis Status

ACTA SS. CONGREGATIONUM
ACTA SS.

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 2 Octobris 1973. — Cathedrali Ecclesiae Guairensi praefecit Exc. P. D. Franciscum de Guruceaga Iturriza, hactenus Episcopum Margaritensem.

die 6 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae a Vico Augusti Rev.mum P. D. Iulium Salimei, e clero romano, quem deputavit Delegatum E.mi Cardinalis Vicarii Urbis ad officia et totius dioecesis pastorales actiones coniunctim ordinanda.

die 10 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Buxentinae R. P. Iosephum Mariam Márquez Bernal, sodalem Congregationis Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. M. V., quem constituit Praelatum Humahuaeensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Gaguaritanae R. P. Didacum Gutiérrez Pedraza, sodalem Ordinis S. Augustini, quem constituit Praelatum Cafayatensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Simitthensi Exc. P. D. Antonium Sahagún López, hactenus Episcopum Linarinum, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Iosephi S. R. E. Cardinalis Salazar López, Archiepiscopi Guadalaiarensis.

die 22 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Nobensi Rev. D. Eduardum Koaik, Vicarium episcopalem in archidioecesi S. Sebastiani Fluminis Ianuarii, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Eugenii Cardinalis de Araújo Sales, Archiepiscopi S. Sebastiani Fluminis Ianuarii.

die 3 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Illicitanae R. D.

Iosephum Freiré de Oliveira Neto, e dioecesi Mossorensi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Gentilis Diniz Barreto, Episcopi Mossorensis.

die IS Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Thinisensi in Numidia R. D. Marium Revollo Bravo, vicarium episcopalem in archidioecesi Bogotensi, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Hannibalis S. R. E. Cardinalis Muñoz Duque, Archiepiscopi Bogotensis.

II

IOANNOPOLITANAE A LACUBUS

DECRETUM

De mutatione nominis curialis dioeceseos

Constitutione Apostolica « Qui omnium christifidelium », diei 25 martii 1972, dioecesis « Ioannopolitana a Lacubus » erecta fuit, cuius princeps civitas ubi cathedra Episcopi surgit commune loci sermone ((San Juan de los Lagos» vel simpliciter «San Juan» appellatur. Quapropter Exc.mus P. D. Franciscus Xaverius Ñuño Guerrero, Archiepiscopus-Episcopus Ioannopolitanus a Lacubus, ab Apostolica Sede expostulavit ut in nomine de Curia claris verbis Sanctus Ioannes declararetur.

His precibus libenter annuens Sacra Congregatio pro Episcopis, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, praesenti decreto statuit ut Ioannopolitana a Lacubus dioecesis posthac « Sancti Ioannis a Lacubus » nominetur, idque novum sit nomen de Curia.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 25 mensis Septembris anno 1973.

SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

III

COLIMENSIS - GUSMANOPOLITANAE

DECRETUM

De finium mutatione

Concrediti gregis spirituali bono apprime studentes, Exc.mi PP. DD. Rogelius Sánchez González, Episcopus Colimensis, et Leonardus Viera Contreras, Episcopus Gusmanopolitanus, audita Conferentia Episcopali Mexicana, unanimi consensu, ab Apostolica Sede expostulaverant ut ecclesiastici fines circumscriptionum sibi concreditarum aliquantulum immutarentur et ita aptius disponerentur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Marii Pii Gaspari, Archiepiscopi titularis Numidensis, in Republica Mexicana Delegati Apostolici, rata petitam immutationem aeternae animarum saluti cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto a dioecesi Colimensi distrahit integrum territorium paroeciae vulgo *Santa María del Oro* nuncupatae, intra fines civilis municipii cui nomen *Manuel M. Diéguez* exstans, illudque dioecesi Gusmanopolitanae adnectit.

Quamobrem documenta et acta memorati territorii clericos, fideles et bona temporalia respicientia a Curiae Colimensis tabulario ad Curiae Gusmanopolitanae archivum, quam primum, transmittantur.

Ad clerum quod attinet, simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut oificium detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis praefatum Exc.mum P. D. Marium Pium Gaspari deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum,

onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 5 mensis Novembris anno 1973.

SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo ÍPastore dignatus est providere, nimirum :

die 17 Maii 1973. — Cathedrali Ecclesiae Palayamkottaiensi, noviter erectae dioecesi, praefecit R. D. Savarinathen Iruthayaraj, dioeceseos Ootacamundensis Vicarium Capitularem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Lamzellensi R. D. Ioannem Mariam Compaorè, sacerdotem indigenam, Vicarium Generalem archidioeceseos Uagaduguensis, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Pauli S. R. E. Cardinalis Zoungrana, Archiepiscopi Uagaduguensis.

die 5 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Nunensi R. D. P. Zephyrinum Toè, e clero saeculari autochthone, eiusdem dioecesis Vicarium Generalem.

— Cathedrali Ecclesiae Gibraltariensi R. D. P. Eduardum Rapallo Vicarium Capitularem Gibraltariensis dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Isseleukuanae, noviter erectae dioecesi, R. D. Antonium Gbuji, e clero saeculari Urbis Beninensis dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Molicunzensi R. P. Thomam Romero Gross, ex Ordine Fratrum Praedicatorum, eorumque in Republica Aequatoriana Superiorem Provincialem, quem deputavit Vicarium Apostolicum Canelosensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tubusuptitanae R. D. Armandum Trindade, sacerdotem archidioecesis Karachiensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Felicissimi A. Raeymaeckers, Episcopi Lahorensis.

die 9 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Machakosensi R, D. Urbanum Kioko, curionem in Machakosensi civitate.

die 7 Augusti. — Metropolitanae Ecclesiae Ugiungpandanganae R. D. Theodorum Lumanauw, dioecesis Ketapangensis sacerdotem, adiutorem Conferentiae Episcopalis Indonesianae secretariatus.

— Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Cluentensi, R. D. Vincentium Farano, e clero saeculari Tranensi, Antistitem Urbanum, quem deputavit Pro Nuntium in Republica Indonesiana.

— Cathedrali Ecclesiae Gulielmopolitanae R. D. Gulielmum Michaelem Ellis, e clero dioecesano, curionem Sanctae Mariae Dominae Nostrae paroeciae in oppido vulgo Coromoto nuncupato.

die 17 Septembris. — Metropolitanae Ecclesiae Kasamaënsi Exc. P. D. Eliam Mutale, hactenus Episcopum Mansaënsem.

— Cathedrali Ecclesiae Bururiensi R. D. Bernardum Bududira, e clero eiusdem dioeceseos necnon et Vicarium Generalem.

— Cathedrali Ecclesiae Minnaënsi, noviter evectae dioecesi, R. D. Christophorum Abba, sacerdotem archidioecesis Kadunaènsis, directorem spiritus seminarii minoris.

— Cathedrali Ecclesiae Krishnagarensi, R. P. Matthaeum Baroi, indigenam sacerdotem, Sancti Francisci Salesii Societatis sodalem, eiusdem dioeceseos Administratorem Apostolicum.

— Cathedrali Ecclesiae Mangociensi, nuper evectae dioecesi, R. P. Alexandrum Assolari, Societatis Mariae Montfortanae, hucusque Praetectum Apostolicum Arcis Iohnstonensis.

die 19 Septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Tanaramusensi Exc. P. D. Ioannem A. Choi, hactenus Episcopum Pusanensem.

die 25 Octobris. — Metropolitanae Ecclesiae Kvangiuensi Exc. P. D. Victorinum Kong-Hi Youn, hactenus Episcopum Suvonensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ardcarnensi R. D. Eduardum Be-

dam Clancy, e clero archidioecesis Sydneyensis, professorem Sacrae Scripturae in seminario maiori de Manly, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Iacobi S. R. E. Cardinalis Freeman, Archiepiscopi Sydneyensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Congensi R. D. Davidem Cremin, e clero archidioecesis Sydneyensis, patrimonii Basilicae Metropolitanae curatorem, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Iacobi S. R. E. Cardinalis Freeman, Archiepiscopi Sydneyensis.

II

NOMINATIONES

Decretis ut infra datis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit :

die 25 Maii 1913. — R. P. Lambertum van den Boorn, Societatis Mariae Montfortanae sodalem, *Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Sintangensis.*

*die **14** Septembris.* — R. P. Electorem Jaramillo Duque, socium S. Francisci Salesii Societatis, *Praefectum Apostolicum Ariariensis Apostolicae Praefecturae.*

die 17 Septembris. — R. P. Edmundum Iosephum Fitzgibbon, e societate Sancti Patricii pro Missionibus ad Exteros, *Administratorem Apostolicum « sede vacante » dioeceseos Portus Harcurlensis.*

die 18 Octobris. — Exc. P. D. Gilbertum Ramanantoanina, Archiepiscopum Fianarantsoaënsem, *Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Mananiarensis.*

III

NYERIENSIS - MELITENSIS

DECRETUM

De finium mutatione

Cum ad bonum animarum provehendum expostulatum sit ut ea pars districtus civilis, vulgo « Isiolo », usque adhuc ad dioecesim Nyeriensem pertinens, a memorata dioecesi abstrahatur et dioecesi Meruensi uniatur, Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando, accepto favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Petri Aloisii Sartorelli, Archiepiscopi titulo Castellani atque Apostolici in Kenya Pro-Nuntii,

itemque consensu Exc.morum Ordinariorum, quorum interest, prae oculis habito, putans huiusmodi immutationem in bonum animarum cessuram esse, vigore specialium facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re haec Sacra Congregatio statuit ut territorium supra memoratum a dioecesi Nyeriensi separetur atque dioecesi Meruensi adscribatur, praesensque ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 22 mensis Septembris, a. D. 1973.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

* D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

IV

ARCIS LAMY - NDJAMENANA

DECRETUM

De mutatione nominis

Cum Exc.mus ac Rev.mus Dominus Paulus Dalmais, Archiepiscopus Arcis Lamy, proposuisset ut praesens denominatio suae archidioecesis ita permutaretur ut deinde Ndjamenana nuncuparetur, iuxta novum nomen civitatis vulgo N'Djaména ubi sedes archiepiscopalis exstat, Sacra haec Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa auditoque favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Marii Tagliaferri, Archiepiscopi titulo Formiani et Apostolici in Ciad Delegati, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI concessarum, supramemoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 15 mensis Octobris a. D. 1973.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

€B D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

DECRETUM

Ritus qui inscribuntur « De sacra communione et de cultu mysterii eucharistici extra Missam » vulgantur editione quae typica declaratur.

Eucharistiae sacramentum, tamquam spiritalem fidelium alimoniam et aeternae vitae pignus, Christus Ecclesiae, dilectae sponsae suae, concredidit, quod ipsa cum fide et caritate iugiter accipit.

Celebratio Eucharistiae in Missae sacrificio vere est origo et finis cultus, qui eidem extra Missam exhibetur. Sacrae vero species post Missam propterea praecipue asservantur, ut fideles, qui Missae interesse non possunt, praesertim infirmi et aetate provecti, per communionem sacramentalem Christo eiusque sacrificio, quod in Missa immolatur, uniantur.

Conservatio sacrarum specierum, quae ob communionis susceptionem fieri consuevit, induxit morem hoc sacramentum adorandi eique cultum latriae, qui Deo debetur, tribuendi. Qui quidem adorationis cultus valida firmaque ratione nititur. Quin immo quaedam eius formae publicae et communitariae ab ipsa Ecclesia sunt institutae.

Ritu igitur Missae instaurato et, per Instructionem *Eucharisticum mysterium,* die 25 mensis maii anno 1967 editam, normis propositis « de practica ordinatione cultus huic sacramento etiam post Missam debiti deque eiusdem compositione cum recta ordinatione sacrificii Missae ad mentem praescriptionum Concilii Vaticani II et aliorum hac de re Apostolicae Sedis documentorum Sacra Congregatio pro Cultu Divino ritus, qui inscribuntur *De sacra communione et de cultu mysterii eucharistici extra Missam,* recognovit.

Qui quidem, a Paulo Pp. VI approbati, nunc vulgantur hac editione, quae typica declaratur, ut loco rituum in Rituali Romano nunc exstantium assumantur et statim adhiberi possint lingua Latina, lingua autem vernacula a die, quem Conferentiae Episcopales pro sua dicione statuerint, postquam interpretationem popularem confecerint confirmationemque ab Apostolica Sede obtinuerint.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 21 Iunii 1973, in sollemnitate Corporis et Sanguinis Christi.

ARTURUS Card. TABERA, *Praefectus*

© H. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis*

[1] S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium,* n. 3g: *A.A.S.* 59 (1967), p. 543.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

BURDIGALEN, SEU VICTORIEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Guilelmi Iosephi Chaminade, fundatoris Societatis Mariae *(Marianistarum)* et Instituti Filiarum Mariae Immaculatae.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

B. Mariae Virginis in oeconomia gratiae maternitas ((indesinenter perdurat, inde a consensu quem in Annuntiatione fideliter praebuit, quemque sub cruce incunctanter sustinuit, usque ad perpetuam omnium electorum consummationem. In caelis enim assumpta salutiferum hoc munus non deposuit, sed multiplici intercessione sua pergit in aeternae salutis donis nobis conciliandis. Materna sua caritate de fratribus Filii sui adhuc peregrinantibus in periculis et angustiis versantibus curat donec ad felicem patriam perducantur » (Const. *Lumen Gentium*, n. 62).

Suavis huius doctrinae, quam labentibus saeculis Ecclesia incunctanter exposuit, Concilium autem Vaticanum II apertius declaravit, adsertor egregius, inter alios, fuit Servus Dei Guilelmus Iosephus Chaminade, Societatis Mariae, seu *Marianistarum*, necnon Instituti Filiarum Mariae Immaculatae fundator, eximiis virtutibus operibusque pro Dei gloria in animarum salutem exantlatis merito clarus.

Natus in oppido Périgueux in Gallia die 8 Aprilis anno 1761, parentibus piissimis qui tredecim genuerant filios, atque Guilelmus ad baptismi fontem appellatus, Iosephi nomen in sacramento Confirmationis ob enixam in beatissimum Virginis Mariae Sponsum devotionem sibi addidit. Humaniorum studiorum viam adulescens ingressus, prima sentire coepit sacrae vocationis germina, ita quidem ut, quintum decimum annum vix agens, privatis religionis votis sese Deo dicaverit, et brevi post consociationi a sancto Carolo nuncupatae nomen dederit, in qua per tria ferme lustra variis caritatis operibus se impendit.

Magistri primum ac procuratoris munere in seminario Burdigalensi functus, ad presbyteratus ordinem circa a. 1785 promotus est.

Mox, exorta in Gallia rerum publicarum perturbatione, civilem, quae dicebatur, cleri constitutionem, aliquot etiam in hunc finem vulgatis opusculis, aperte refutavit, atque impium iusiurandum clericis impositum forti animo detrectans, hic illic inter aerumnas ac difficultates fere innumeras in ipsoque interdum vitae discrimine, ad annum usque 1795 versari cogitur. Mox nova, post brevem intermissionem, exsurgente cleri insectatione, Caesaraugustana Hispaniae urbem, se recepit, ibique haud paucos sacrorum alumnos e Gallia pariter exsules ope ac consilio fovit, atque caelesti illustratione, prout ipse narrat, ad aram B. Mariae Virginis « a Columna » recreatus fuit.

In patriam a. 1800 reversus, atque missionarius apostolicus renuntiatus, Bazensem dioecesim, vicaria potestate, ad biennium sapienter administravit. Interim Famulae Dei Mariae Teresiae de Lamourous in condenda Congregatione Sororum a Misericordia eiusque apparandis Statutis adiutricem praestitit operam.

Haud ita post, apostolica incepta alacri persequens animo, Marianam consociationem excitavit, quae scilicet esset veluti « militia sancta nomine Mariae progrediens ad inferni potestates debellandas, sub eiusdem Immaculatae Virginis, cui datum est serpentis caput conterere, ductu et patrocinio ». In eius nempe consociationis sinu actuosam prae primis laicorum participationem in variis apostolatus operibus, cum facultate etiam privatis sese votis Deo obstringendi, efficaciter exstimulavit, Institutorum saecularium veluti praecursor, quae hodie in Ecclesia efflorescunt, merito habitus. Praeterea ex praefata Mariana consociatione, aliquot coadiuvantibus sociis, religiosam veri nominis familiam a. 1817 sibi adscivit, quae *Societas Mariae* nuncupatur, ex clericis laicisque pariter coalescens, cui et aptissima in apostolicum finem Statuta providit, a Sede Apostolica deinde probata, cum alterum pro feminis religiosum Institutum, quod *Filiarum Mariae Immaculatae* dicitur, a. 1816 item condidisset.

Sic strenuus Christi athleta, Deiparae Immaculatae ope suffultus, varii generis excitatis sodaliciis, multorum ex diversis hominum ordinibus vires atque opera consociavit, quae ad tuendam et amplificandam Ecclesiam simulque civilem societatem in Christo restaurandam valide alacriterque conferrent, catechetica praesertim populi instructione, iuvenum ad bonas disciplinas informatione, pauperum adiumento, infirmorumque cura, christianorum opificum tutela ac patrocinio, optimorum item librorum editione ac diffusione. Sane longaevum vitae cursum actuosissime in haec impendens, numquam Servus Dei sibi quievit, nulli pepercit labori, quo graviora rei christianae illata damna pro viribus repararet, devios in salutis semitam revocaret, obfuscatas erroribus mentes sanae doctrinae principiis imbueret, id unice animo contendens ut Christi Ecclesia veluti signum in salutem gentium clariore in dies luce coruscare!.

Inter haec Vir Dei, christianae perfectionis viam alacri percur-

rens pede, praeclaris animum exornavit virtutibus, quas omnes admirati sunt et admirantur. Intrepida eius fides in primis refulsit cum, saeviente in Gallia religiosa persecutione, inter pericula sane innumera atque acerbas exsilii aerumnas, inconcussam servavit Christo et Ecclesiae fidelitatem, ac deinde profligandis erroribus vel abusibus exstirpandis strenuam et constantem impendit operam. Flagrans quoque fuit eius zelus pro Dei gloria, quo, apostolicam traducens vitam, Ecclesiae servitio proximorumque utilitati per sexaginta annos et ultra in dioecesibus Petrocoricensi ac Burdigalensi totum se devovit, varias idoneasque apostolatus formas tempestive invexit ac promovit, sanam doctrinam sinceramque pietatem inter christianum populum alere atque fovere numquam destitit. Fervens item Servi Dei pietas ; assiduo praesertim Eucharistici mysterii cultu, necnon filiali erga Immaculatam Virginem devotione singulariter enituit, quam et validissimum praesidium in assequendum perfectionis apicem habuit, et peculiarem alumnis suis veluti tesseram reliquit.

Invicta vero animi fortitudo tum potissimum innotuit cum, senectae iam attingens limen aetatis, inaudito probationis experimento, Deo sic disponente, subiectus fuit. Nam ingravescentibus naturae incommodis, spiritus quoque angores et deceptiones, ob quorumdam etiam sodalium diffidentiam ac simultatem, acerbaeque omnis generis accessere tribulationes, quae Dei Servum velut aurum in cubano exquisite probarent. Tot vero tantisque aerumnis pressus, sibique soli fere relictus, at bonae conscientiae testimonio necnon inconcussa in Deum fiducia suffultus, admiranda edidit patientiae, tolerantiae, magnanimitatis atque humilitatis documenta.

Tandem viribus non animo fractus, in fraterna suorum reconciliata societate, Burdigalae die 22 Ianuarii a. 1850, fere nonagenarius, pie quievit in Domino.

Sanctitatis fama Servi Dei, qua vivens fruebatur, magis post eius obitum increvit, adeo ut, cum Actoribus demum licuit, canonicae inquisitiones apud Curias ecclesiasticas Burdigalensem in Gallia et Victoriensem in Hispania anno 1909 inchoatae fuerint atque anno 1912 absolutae ; rogatoriales quoque processus instructi sunt in Curiis Auxitana et Parisiensi; qui processus omnes absoluti Romam sunt transmissi. Cum ex scriptorum Servi Dei capite nihil inventum sit quominus ad ulteriora procedi posset, Causa ipsa introducta est, probante Benedicto Papa XV, die 8 mensis Maii anno 1918. Hinc apostolici processus super virtutibus in specie adornati sunt annis 1920-1923 in Curia archiepiscopali Burdigalensi.

Omnium processuum agnita iuridica vi per decretum S. Rituum Congregationis die 22 Iunii a. 1926 datum, quaestio apud eandem Sacram Congregationem agitari coepta est super virtutibus theologalibus et cardinalibus eiusdem Famuli Dei, et quidem primum, die 21 Iulii a. 1931, in Coetu antepraeparatorio, quem dicebant; deinde

in Coetu praeparatorio diei 14 Maii a. 1935, et iterum praeparatorio diei 24 Novembris a. 1936, in quo, ut ad ulteriora procederetur, expetitum fuit ut Causae acta comparentur et Votum historicum-theologicum ex officio concinnaretur. Cui condicioni satis est factum ampla *Inquisitione Historica ex officio concinnata* ab huius Sacrae Congregationis Officio Historico-Hagiographico anno 1970 publici iuris facta.

Hinc disceptatio super virtutibus Servi Dei resumpta est die 6 mensis Februarii anni huius 1973 in Congressu Peculiari, quem subsecuta est Congregatio Plenaria Patrum Cardinalium die 5 Iunii mensis eodem anno celebrata, Rev.mo Cardinali Aloisio Traglia, Causae Ponente seu Relatore, et omnes affirmative responderunt, videlicet Servum Dei christianas virtutes in gradu heroico exercuisse.

Summus autem Pontifex Paulus VI, cui praedicta omnia die 23 Augusti a. 1973 per subscriptum Cardinalem relata sunt, sententiam Patrum Cardinalium ratam habens, iussit ut decretum super virtutibus heroicis Servi Dei conficeretur.

Quod cum factum esset, idem Summus Pontifex hoc die ad Vaticanas Aedes Reverendissimos Cardinales arcessivit infrascriptum Praefectum et Aloisium Traglia, Causae Relatorem, meque insimul subscriptum a Secretis, aliosque vocari solitos, atque iis adstantibus sollemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, Servi Dei Gulielmi Iosephi Chaminade, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in Acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 18 Octobris a. D. 1973.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

DECRETUM

Statuitur opus requisitum ad lucrandum « Donum indulgentiae » in variis ecclesiis localibus Anni Sacri occasione.

E.mus Cardinalis Praeses Consilii Primarii Anno Sacro celebrando, ab hac Sacra Paenitentiaria Apostolica postulavit, ut statueretur opus requisitum ad lucrandum « donum Indulgentiae)), quod Beatissimus Pater pollicitus est ad spiritum confirmandum reconciliationis et renovationis, quae huius Anni Sacri sunt propriae.

Sacra Paenitentiaria, de mandato Summi Pontificis, haec concedit, ut nempe a die Dominica prima Adventus huius anni usque ad diem, quo Annus Sacer hic Romae sollemniter inaugurabitur, christifideles variarum Ecclesiarum localium lucrari possint :

1) Indulgentiam Plenariam, temporibus a Conferentiis Episcopalibus statuendis, si sacram peregrinationem susceperint ad cathedrale templum, vel ad alias sacras aedes a loci Ordinario designatas, in quibus sollemnis celebratio communitaria habeatur ;

2) Indulgentiam Plenariam, item temporibus a Conferentiis Episcopalibus statuendis, si in coetus congregati (v. gr. familiares, scholarum alumni, iisdem artibus vel muneribus addicti, piarum consociationum sodales) templum cathedrale, vel alias sacras aedes a loci Ordinario designatas, visitaverint ibique animo piis considerationibus intento constiterint per congruum temporis spatium, concludendum recitatione vel cantu Orationis Dominicae et Symboli Apostolorum, et invocatione Beatissimae Virginis Mariae ;

3) Indulgentiam Plenariam, si, morbo vel alia gravi causa impediti, spiritualiter piae peregrinationi se adiunxerint, preces suas suosque dolores Deo offerentes.

Quod autem attinet ad Romanam Dioecesim, quam sane addecet hac in re exemplo et incitamento esse ceteris communitatibus ecclesialibus, eadem Sacra Paenitentiaria decernit ut tempora ac modi lucrandi praedictam Indulgentiam Plenariam ab E.mo Cardinali Vicario in Urbe Generali statuantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Sacra Paenitentiaria Apostolica, die 24 mensis Septembris 1973.

IOSEPHUS Card. PAUPINI, *Paenitentiarius Maior*

Ioannes Sessolo, *Regens*

ACTA SECRETARIATUUM

SECRETARIATUS AD CHRISTIANORUM UNITATEM FOVENDAM

COMMUNICATIO

Quoad interpretationem Instructionis de peculiaribus casibus admittendi alios Christianos ad communionem eucharisticam in Ecclesia Catholica, die 1 mensis Iunii 1972 editae.

Nota su alcune interpretazioni della ((Istruzione sui casi particolari di ammissione di altri cristiani alla comunione eucaristica nella Chiesa Cattolica ».

1) Dopo la pubblicazione della « Istruzione sui casi particolari di ammissione di altri cristiani alla comunione eucaristica nella Chiesa Cattolica)) del I° giugno 1972, sono state date varie interpretazioni, di cui alcune si scostano dal dettato e dallo spirito del documento. Per evitare che simili interpretazioni inesatte e le loro conseguenze si propaghino, crediamo di rendere utile servizio richiamando alla memoria alcuni elementi.

2) Con quella Istruzione, di carattere pastorale, il Segretariato per l'unione dei cristiani in nessun modo ha inteso mutare le norme stabilite dal decreto conciliare sull'Ecumenismo e precisate nel Direttorio Ecumenico. Si è voluto spiegare che la disciplina vigente emana dalle esigenze della fede e perciò mantiene tutto il suo vigore.

3) I principi fondamentali dell'Istruzione sono :

a) Vi è un legame indissolubile fra il mistero della Chiesa e il mistero dell'Eucaristia, o tra la comunione ecclesiale e la comunione eucaristica; per se stessa la celebrazione dell'Eucaristia significa la pienezza della professione della fede e della comunione ecclesiale.[1]

b) L'Eucaristia per i battezzati è un nutrimento spirituale il quale fa sì che essi vivano della vita stessa di Cristo, vengano incorporati

[1] Cfr. *Instructio,* n. 2, a, b, c.

più profondamente in lui e partecipino più intensamente a tutta l'economia del suo mistero.[2]

4) All'interno della piena comunione di fede, la comunione eucaristica è l'espressione di questa comunione e quindi dell'unità dei fedeli e, nello stesso tempo, il mezzo che mantiene e rinforza questa unità.

Invece praticata in comune da persone che non sono in piena comunione ecclesiale tra loro, la comunione eucaristica non può essere l'espressione della piena unità che l'Eucaristia per natura sua significa e che in tal caso non esiste ; perciò tale pratica della comunione non può considerarsi un mezzo da usare per condurre alla piena comunione ecclesiale.

5) Tuttavia tanto il Direttorio Ecumenico quanto l'Istruzione sulla base di ciò che era già stato detto dal Decreto conciliare sull'Ecumenismo ammettono la possibilità di eccezioni in quanto l'Eucaristia è un nutrimento spirituale necessario per la vita cristiana.

